TRACTATVS
De Remedijs Subſidiarijs
IO. BAPTISTÆ COSTÆ
I. C. PAPIENSIS,
Et in Patrio Gymnaſio Iur. Pontif. horis Matut.
PRIMÆ SEDIS ANTECESSORIS;

In quo methodicè explicantur multiplices materiæ, tam Canonicæ, quam Ciuiles, Criminales quoq; & aliquæ Theologicæ, ex ipſis Legum, Canonum, Bullarum, Statutorum, ac Conſtitutionum fontibus exhauſtæ, necnon indicati conſignantur complures caſus Conciliares, quatenus in ſubſidium dumtaxat prodita Remedia vtrinque cōperiuntur, quæ poſteà ad quotidianam praxim pro vltimo præſidio, frequentius reuocantur.

Cum Apoſtillis permultis hac ſecunda editione ſuo loco annexis, & inſertis, nonnullisq; pariter remedijs ad calcem operis accommodatis.

Addito inſuper nouo Elencho Apoſtillas quaslibet hoc ſigno ✠ demonſtrans.

Ad Perill. Virum, ac Doct. celeberrimum Io. Baptiſtam Paſtorem Ianuen.

Cum Priuilegio Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Gubernatoris Status Mediolani D. D. Gonzali Fernandez de Cordoua, & Senatus Excellentiſſimi approbatione.

PAPIÆ ANNO MDCXXVIIII.

EX TYPOGRAPHIA IO. BAPTISTÆ RVBEI.

Reperitur in actis Tribunalis Illustriss. I.C. Reg. & Duc. Mediolani Senatoris D. Prætoris, & maioris Magistratus Ciuitatis, & Principatus Papiæ, ac eius perill. I.C. D. Iudicis Rationis, sic inter cætera fore, & adesse scriptum prout infra vz.

1629. Die X. Ianuarij in Vesperis.

IBiq; &c. necnon & coram Illustriss. I.C. Regioq; & Duc. Sen. D. Prætore Ciuit. & Princip. Papiæ. Comparet Io. Baptista Rubeus Impressor in Ciuitate Papiæ, qui præsentat Priuilegium eidem Io. Baptistæ concessum per Illustriss. & Excellen. D. D. Gonzalem Fernandez de Cordoua ex Consilio Status Reg. Cath. Maiestatis, & eius Capitaneum Generalem, ac totius Status Mediol. Gubernatorem ad eius preces concessum illasq; inclusas habens, in Castro super Casali datum die 26. Augusti præteriti, & anni proxime decursi 1628. Et Confirmationem atq; approbationē eiusdem Priuilegij, per eundem Rubeum Impressorem obtentam à Senatu Excellen. Dat. Mediolani die 16. Decembris 1628. proxime præteriti: Et quorum Priuilegij, & Confirmationis ac approbationis tenor talis est videlicet.

PHILIPPVS IIII. Dei gratia Hispan. &c. Rex & Mediol. Dux &c.

Gonzalo Fernandez de Cordoua del Consiglio di Stato di Sua Maestà, suo Capitano Generale, & Gouernatore dello Stato di Milano.

ER parte di Gio. Battista Rossi Stampatore della Città di Pauia, ci è stato supplicato come segue. Illustrissimo, & Eccellentissimo Sig. Il Diuotissimo Ser. di V. E. Gio. Battista Rossi Stampatore della Città di Pauia, è per far Stampare à sue spese il TRATTATO DE REMEDIIS SVBSIDIARIIS del sù Dottore Gio. Battista Costa, con le Additioni fatte da lui stesso Dottore sin'hora non Stampate, Il qual Trattato di quanto beneficio sia, per apportare vniuersalmente à tutti, si crede che sia noto à V. E. Mà perche dubita, che le sue fatiche è le grandissime spese che ci vanno in far Stampare questo Trattato, che saranno discuti più di 300. non riuscischano vane à suo grandissimo danno. Perciò confidato dall'innata benignità di V. E. la Supplica restar seruita di concedere al Supplicante, suoi Heredi, è Successori, & à chi hauerà causa, ragione, & authorità da lui licenza per special Priuilegio per anni dieci à cominciare dal giorno, che egli publicarà, & metterà fuori detta Opera di poter quella far Stampare, & ristampare, & vendere à suo piacere & come meglio li piacerà, Inhibendo, & espressamente commandando, dur. do detti anni dieci, ad ogni persona di qualsiuoglia stato, grado, & conditione di non far Stampare, ò far ristampare detta Opera, & quella ristampata da loro vendere, ò da altri vendere, ò far vendere, e tener in publico, ne in priuato in tutto, ò in parte in questo Stato di Milano, se non licenza del Supplicante, ò suoi Heredi, ò di quelli che haueranno da lui ragione sotto pena della perdita dell'Opere, che si trouaranno ristampate, e di scudi mille per ogn'vno, & ogni volta che si contrauerrà di esser applicata per vn terzo al Reg. Fisco, l'altro terzo al Supplicante, & il restante all'accusatore, che tanto spera ottenere dalla benigna mano di V. E. Noi stando la qualità dell'Opera, & considerato il beneficio che è per apportare al publico, ci è parsa giusta la dimanda; E però in virtù della presente Concediamo al sudetto Gio. Battista Rossi, suoi Heredi, Successori, & à chi hauerà causa ragione, & authorità da lui amplo, & libero Priuilegio valituro per dieci anni prossimi di Stampare, & far ristampare, & vendere detta Opera, & che nissuno sia chi si voglia, possa nella detta Città di Pauia, & Stato di Milano Stampare, ne far Stampare, vendere ne far vendere, ne in altro luogo Stampato introdurre, vendere, ne far vendere, ne tener in publico, ne in priuato la detta Opera, se non hauerà licenza da detto Supplicante, ò suoi come sopra, sotto pena de scuti cento per ogni volta, & per ciaschuno contrafaciente oltre la perdita dell'Opera, d'applicarsi per terzo alla Reg. Cam. al Supplicante, ò suoi come sopra, & all'accusatore, il quale volendo sarà tenuto secreto, con che però sia noua Opera, e non più data in luce da altri, & commandiamo à tutti gli Iusdicenti, & Officiali di questo Stato, & ad ogn'altro à chi spetta, che così osseruino, e facciano osseruare. Da... nel Campo sopra Casale a' 26. Agosto 1628. Signat. Gonzalo Fernandez de Cordoua, Subscript. à parte Platonus &c. & à parte V. Ferrer. Regist. lib. B. fol.--- & Subscript. V. E. Concede Priuilegio per dieci anni à Gio. Battista Rossi Stampatore in Pauia, & suoi di Stampare, & vendere il TRATTATO DE REMEDIIS SVBSIDIARIIS del Dottor Gio. Battista Costa, con le Additioni &c. & sigill. &c. solito sigillo rubeo.

PHILIPPVS IV. Dei gratia Hispan. Vtriusq; Siciliæ &c. Rex & Mediol. Dux III. &c.

IO. Baptista Rubeus Impressor in Ciuitate nostra Papiæ, impetrato ab Illust. Locumtenenti nostro sub alligato diplomate, quod eidem Rubeo conceditur, eiusq; Filijs ac descenden. & ius ab eis habentibus, vt possint ipsi soli hinc ad annos decem proximos imprimere, & vendere in dicta Ciuitate, & hoc Statu Mediol. TRACTATVM DE REMEDIIS SVBSIDIARIIS Doctoris Io. Baptistæ Costæ Lectoris in Gymnasio illo Ticinensi, cum Additionibus, priuatiuè quò ad alios omnes Impressores, ita vt alijs quibuscunq; non liceat, nisi id Supplicans, aut Filij, successores, & ius habentes vtsup. permiserint imprimere, aut venalem habere in Ciuitate prædicta, neq; in vlla Ciuitate, vel loco huius Status sub pena scutorum centum auferendorum cuicunq; contrafacienti & quotiescunq; fuerit contrafactum applican. pro tertia parte Fisco nostro, pro alia tertia Supplicanti, vel hæredibus, aut successoribus aut ius habent. vtsup. & pro altera demum accusatori, qui etiam non publicetur, si ita petierit pertitaq; à nobis huius diplomatis approbatione, Nos qui solemus omnibus rem litterariam ad augere studentibus semper fauere, audito etiam Fisco nostro, morem Supplicanti gerendum censuimus. Quare diploma ipsum vt iacet his nostris approbamus, & confirmamus mandamusq; omnibus ad quos spectat, & spectabit vt illud seruent, & exequantur seruariq; & exequi faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus. Mediolani die 16. Decembr 1628. & sigilat. &c. cum solito sigillo magno in cera rubea, & Subscript.

Comes Maioraggius, & vinculo serico rubeo alligat. cum Priuilegio, & cum sigillo alio eisdem appenso in cera rubea, petens horum Priuilegij, Confirmationis, ac approbationis exequutionem, & obseruantiam, & pro eorum exequutione, per præf. Illustriss. D. Prætorem fieri, & exequi, prout dict. Priuilegium, & confirmatio ac approbatio mandant, & disponunt &c.

Qui præf. Illustriss. D. Sen. & Prætor visis prædict. sequens &c. & omni iure &c. ordinauit, & declarauit, ac ordinat, & declarat dict. Priuilegium, & approbationem, ac confirmationem eiusdem exequend. fore, & executioni mandandum in omnibus, & per omnia prout dictum Priuilegium, & approbatio, & confirmatio cantant, & disponunt &c. & inde &c. Signat. PICENARDVS, Subscript. Hieronymus Biscossia Not. Act. &c.

Perilluſtri Viro, ac Doctori celeberrimo

IO. BAPTISTÆ PASTORI IANVENSI.

Ioannes Baptiſta Rubeus. F.

O. BAPTISTÆ COSTÆ TRACTATVM DE REMEDIIS SVBSIDIARIIS: *Tibi dedico immortalis Viri monumenta immortalis famæ Viro, celeberrimi Doctoris opus, celeberrimo Doctori, Vtriuſq; iuris oracula iuriſconſultiſſimo, ac vtriuſq; tū humanæ, tum Diuinæ ſapientiæ peritiſſimo. Quod ſi Doctorum imagines olim in bibliothecis ad ipſa nempe muſarum puluinaria dedicari accepimus, vt eorū poſteritati gloriæ conſultum foret, æquum ſane fuit, nos, qui quaſi literarum Ædiles* Reipub. *ſumus, tanti viri poſthumam effigiem ad omnes artis numeros expreſſam de ſupremo famæ tholo (qui eſt mortalium circulus, et ambitio) pene collapſam Papienſi prælo erigere, ac ſublimem tueri: cumq; videamus optimas has curas multarumq; olympiadum commenta, priori excidium moliente poſteriori ætate, fato mox eidem obnoxias fore, ſupra fragiles, ac vitreas fortunæ vices collocare pietatis, operæq; pretium duximus, quo ſcilicet inuidia temporis, fataliſq; magnorum nominum labes irrepere non poſſet; quare in ſinum tuum velut in aſylum intuli viam indicantibus muſis Omnibus, & Gratijs, quæ toto orbe tot bacchantibus vbiq; furijs afflicto profugæ apud Penates tuos velut in ipſo Pacis gremio conquieſcunt. Huc vbi primum pedem inferet IO. BAPTISTA COSTA ingenuo pudore ſuffuſus vltro tibi primam iuriſprudentiæ palmam deferet, Inſubreſq; faſces tam celebris Doctrinæ ad tua limina ſubmittet is, cui vniuerſa prope Europa ſubmiſit. Iamq; illi e tuo ſolo nomine ſubolere incipit illa Maieſtas virtutis, & eruditionis tuæ, quæ tanta celebritatis famam implet, ac diſertæ Sapientiæ, cordataq; ſimul facundiæ vtramq; paginam facit. Ad cuius Canonem & amuſſim iam ſe ſe parat exigere, ac diuinioribus inaugurari. Tu interim hunc librum accipe, meumq; ſimul animum, qua fronte ſoles deuotos, addictoſq; Clientes recreare: cumq; tibi melius quam Homerico Heroi PASTORIS populi nomen conueniat hoſpitem, ac mancipem tuum ad te pro gloria ſua tutela confugientem, paſcere ne graueris ea, quam rebus omnibus impertiri ſoles nominis immortalitate. Vale.*

HENRICVS FARNESIVS

EBVRO I. C.

Artisq; Oratoriæ Ticini interpres Regius. Lectori S.

IVRISPRVDENTIAM vt procreatricem amo virtutis, vt ingenij magistram & doctrinæ dominam, vnicè colo & obseruo: vt denique iuris simul & iustitiæ alumnam, non minus ad extruendas, quam ad instruendas vrbes de Cælo lapsam esse prædico. Cum igitur Io. Bapt. Costa Ticini primarius iuris interpres, totus sit ex iurisprudentia concretus & conglutinatus, nullum est in Ara iurisprudentiæ lumen, aut numen potius, quod ab eo tamquàm ab eximio rerum humanarum, & diuinarum sacerdote, non sit expectandum. Nam quemadmodum virtus in docto viro subsidium est publicæ salutis: ita doctrina in bono viro Hasta est Achillis, cui omnis cedit vis, quāq; nec Patroclus, nec quisquam potest vibrare, nisi quis sit fortis. Non parum est igitur tali tantoq; viro sapere, multum de superiori loco fas docere, nefasq; dedocere, amplissimamq; auditorum ab eius ore pendere coronam, hoc autem multo est maximum, quòd talem in scribendo præstet se I.C. vt vnicum sit apud omnes gentes iuris specimen, splendor ingenij, & decus doctrinæ: quippe qui non solum Gordium nodum in omni disciplina nouit soluere, sed etiam omnes quæstionum tempestates hoc opere, quasi vno societatis vinculo, constringere. Cætera eius volumina prætereo in lucem edita, quæ multa sunt, quorumq; veluti quodam sole obscurissimæ ex iure pelluntur inscitiæ nebulæ. Hoc autem opus, de Subsidiarijs Remedijs, sine culpa non possum præterire. Nam quod in iure æquæ artis habet subsidium, atq; erroris remedium, id demum disputationes omnes ex difficillimis, reddit facillimas. Sicuti igitur Hippocrates omnia remediorum genera, quatuor locorum traxit ex aliquo, aut ex plantis, aut ex animantibus, aut ex metallis, aut ex lapillis: ita ille subsidiorum fontes potissimum vnde vniuersi errorum fluunt propè remedia, sibi præscripsit tres. Quærit enim primum an sit id, quod in controuersiam trahitur, deinde quæ eius sit vis, & natura, tum quale sit suo pondere, & momento examinat: vbi autem in iustificatione est cōtrouersia coniecturæ, remedia adducit ex probabilitate, collatione, signo, argumento, cōsecutione, & approbatione. Vix autem in coniectura is aberrat à scopo, qui arcum Phœbi nouit sic intendere, vt ex eo spicula excutiantur non opinionis, sed rationis. Sin quid res sit, quæritur, controuersiæ remedia, atq; simul intelligentiæ subsidia accersit ex contrarijs legibus, ex scripto & sententia, ex ambiguo, ex diffinitione, ex traslatione & ratiocinatione, quorum locorum subsidio, vix dici potest, quantum ad fidem faciendam, acies exacuatur auctoritatis, quantumq; proficiscatur ad inuestigationem veri momenti, & monimenti. Quid? vbi de genere facti controuersia est, tum quid naturæ, quid legis, quid consuetudinis ius ferat, quid æqui boni postulet ratio, quid peccatum, quid iudicatum exigat: ita aperit vt non tam æqua sequentes videatur docere, quam iniqua sectantes dedocere. Ostendit deniq; vbi in concessione criminis detur, aut purgationi, aut deprecationi locus: quid ad deprecationem, vel necessitas, vel imprudentia, vel fortunæ casus, valeat. Quare vnus ægroti iuris Hippocrates videtur Costa: etsi ille habet ægrotationis tantum remedia, mortis etiam hic medicinam: nec temerè. Etenim cur legibus decemuiralibus quas XII. tabulas vocant, non modo viris, sed etiam mulieribus eiulatus fletusq; funebris prohibitus est? Quia de iure mors malum dici minimè potest, cum in mortis gremio habitet fortitudo, quæ vexillum est cæterarum virtutum omnium. Itaq; mortem delinquentibus non penæ afferunt, (quia afflicto non est addenda afflictio) sed medicinæ loco. Quare iure Costa à custodiendo est dictus, eo quod iuris præcordia, in Costæ custodia ab omni periculo, & offensione tenentur munita.

AD

AD EXCELLENTISS. I. C.

D. IOANNEM BAPTISTAM COSTAM,

COMITIS CÆSARIS TABERNÆ SOMNIVM
De Iurisprudentia.

PALLIDA iam medium biiugis demiserat orbem
Cynthia, cum tremulis ignibus astra silent,
Clara per incertam mentem cum serpit imago,
Qua vasto pectus turbine corripitur;
Illa soporiferas sensim dilapsa per vmbras,
Qua notis latitans somnia sub foliis,
Tentauit feros non excussura sopores.
Et tandem menti clarior apparuit,
Tum grauis aspectu, sancte venerandaq; virgo
Sistitur, & mentis robur ab ore ciet.
Tum coma candenti serpens argentea collo
Ambrosia spirat, nectaris efflat opes;
Qualis ab arata cedrus concussa bipenni,
Aut olet admotis virga sabea focis;
Olli sera quidem sed non effœta senectus
Fortia magnanimo pectore corda gerit.
Obstupui aspectu primo gelidusq; cucurrit
Sanguis, in egroto tam grauis ore decor.
Textilis ex humeris plantas fluitabat ad imas
Vestis, qua bino, bina labore alitet.
Para collum fugiens pectusq; illapsa decorum,
Astrorum, flauas cerula pandit opes.
Hanc lapis & gemmis nitidum, flauoq; metallo
Circulus, & tantum fibula surgit opus;
At reliqua vndoso fluitat qua libera lapsu
Dona super viridi tegmine veris habet;
Hic varia illudunt species, nam spumeus inde
Tibris, anhelantes gurgite voluit aquas,
Hinc praclara micant nascentis mœnia Romæ,
Purpureaq; micat Romulus in Chlamide,
Hinc alta curias compellat voce silentes,
Promit & in lato pristina iura foro.
Aurea tum cernes bis quina iura tabella,
Quo cupida vndoso murmure turba ruit.
Plura quidem viridi in spatio dum picta reuolue,
Nec crispata sinunt tegmina cuncta sequi.
Tum longaua senex aurata pondera lancis
Extulit, & tales edidit ore sonos.
Surge age rumpe moras somnum quid lenta morantur
Lumina, quin vigili pectore cura sedet?
Illa ego siderea sedis cui iura patescunt.
Sunt fine qua vestri, iurgia, iura fori,
Illa procellosa cadunt cui murmura plebis,
Qua duce sanguineus mars sua tela tegit,
Hac mea, victrici, reges in sede coronat
Dextera, tum placidos donat habere dies.
Hac scelera imperijs torquet, sua præmia rectis
Largitur, valido robore cuncta domans;
Mortalis quid dextera mali, quid fecerit equi,
Librat in ancipiti sedula lance manus.
Surge age rumpe moras tacitamq; ex pectore Cyrram
Excute, dum ad cantus plurima musa vacat.
Excute digna meo, quid cessas, carmina alumno,
Carmina qua votis victa Thalia dabit.
Audin qui resonent cantus, Costam vndiq; Costam
Vt concussa cano murmure saxa sonent?
En tibi Ticini spumant cui cerula dotis
Psallat vt ad cantus vitrea turba suos,
Nympharum pater ipse nouo caua littora nisu
Proluit, ad laudes vt quoq; saxa sonent.
Surge age rumpe moras, tacitamq; ex pectore Cyrram
Excute, nam cantus musa vocata dabit,
Nam memini atherias primum cum missus ad auras,
Pegaseis gaudens turba verenda iugis.
Nascentem est puerum numeris venerata canoris,
Et tetigit docte pollice crebra chelim,
Ipsa meo foui gremio noctesq; diesq;
Quem puerum nimpha lacte aluere suo.
Ipsa meas artes tenui sub pectore sensim.
Fundere crescentis ingeniosa fui,
Vt primum ad voces linguam flexisse timentem
Capit, & incertos ore ciere sonos.
Munera institia capiti dare præmia cecto
Soluit, & in prauos ferrea iura viros.
Surge age, rumpe moras, tacitamq; ex pectore Cyrram
Excute, dic tanto carmina digna viro.
Quid memorem qualis, cum feruescente iuuenta
Iura per ornatos solueres ima sonos?
Qua tibi Ticinum tunc mens cum plausus hiantem
Per Cuneos vasto murmure corriperet?
Ipsa aderam, & tacito pratentans corda susurro
Aptabam miris iura petita modis.
Talia non docto resonabat Tullius ore
Dum daret in vasto iurgia dira foro.
Non adeo vafris pratentat pectora Cyrces
Artibus, & fremitu territat astra fero
Virtutum latos quam spe hic mulcebat amantes
Turpia legitimo crimina marte fugans.
Surge age rumpe moras tacitamq; ex pectore Cyrram
Excute, dic Costa carmina digna meo.
Quid memorem famam quam docta volumina pandant
Illius vt toto nomen in orbe sonet?
Scilicet externos lambit qua gloria fines,
Tendat ad extremo littora pulsa mari.
Felix heu nimium felix tua si bona norit
Ticinum, fatis vrbs veneranda tuis.
Iam tibi septeni decrescit gloria collis,
Quaque sedent victo tecta superba mari.
Exprime digna tuo, quid cessas, gaudia fertu
Exilit ad laudes dum tua lympha tuas.
Tu quoque qui finem curis qui gaudia tentas
Anxius, optatis subsidiumq; petis
Exprime digna meo, precor exprime carmina alumno
Et cape subsidij, dona petita tui.
Dixerat, & cacis fugiens se immiscuit vmbris
Et dubio excussus pectore somnus abit.

AD

AD MELPOMENEM
DE EXCELLENTISS.
IO. BAPTISTA COSTA
IVRISCONSVLTORVM CONSVLTISSIMO.

SCIPIONIS BENDINELLII PHIL. ET ACADEMICI Obscuri Carmen.

DESCENDAS properè monte biuertici,
Argutasq; feras Melpomene fides,
Addas grande melos, voceq; tinnula
Laudes innumeras sones.
Iuris COSTA decus, primaq; gloria
Fulget, quem vt Cynosuram aspiciunt suum
Immersi misero gurgite litium,
Pendentq; à labijs sacris:
Quem miscet superis docta virùm choors,
Vt quondam celebris Gracia Castores,
Augustumq; potens Roma; vel Herculem
Victorem Orbis, & Otij;
Quem laudat Pietas, integra quem fides,
Simplex quem Pudor, & quem bona Faustitas,
Et de quo loquitur candida Veritas,
Quod non inueniunt parem.
Respondens dubio in iure clientibus;
Exponens canones, clausaq; Codicis;
Tradens in vario iure recondita
Semper certa ferens iuuat.
Nunc de Remmedijs Subsidiarijs
Scribens mella dedit sedula apis velut;
Solerte ingenio prompsit, & edidit
E iuris penetralibus.
Quod si vnam grauius tanta premunt Deam;
Vos ò Calliope concinite altius;
Aeternùm, ingenio est vt meritus, date
Mense accumbere Cælitum.

AD CLARISSIMVM
AC PRIMI NOMINIS I. C.
IO. BAPTISTAM COSTAM
POLYDORVS RIPA I. C.
Ex sua varia poesi.

ZOILVS ille ego sum, qui hominesq;, deosq; lacesso
Improbus; at COSTAM haud vellico. Quid fit ita?
Ne coeant in me schola, & omne forum, populi, dij:
Nempe vnus cunctis COSTA placere potest.

IO. PETRI BIMII
EQVITIS ET COMITIS
AC COLLEGII MEDIOLANENSIS IVRISCONSVLT.
CARMEN.

AVXILIVM quaeris sitiens releuetur vt ager.
Subsidium flagras, vt recreetur inops?
Egregium COSTAM legito pulchrè hisce refertum,
Qui, mihi crede, pius tot tibi dona dabit.

PAVLI

Pauli Saetonij Grimaldæi I. V. D. & generalis feudorum & Episcopatus Mantuæ Auditoris,

IN AVTHOREM OPERIS EPIGRAMMA.

VT, soles in castris acies conscribere primas
Dux magnus belli, cornua firma locas;
Vtq; Dionæam det Martia laurea myrtum
Atque triumphantis, persoues aura melos,
Instruis exinde ille secunda tutamina circum
Subsidia alternis quaeris vtrinque modis;
Haud aliter Themidosq; decus, iustiq; sacerdos,
Costa docesq; scholis, iudicijsq; fori;
Dixisti, quæ prima forent relegenda patrono
Victura causam, quæq; notanda locis;
Vt mage securam hinc valeat deducere palmam
Suppetiasq; ferent, hæc monimenta sibi.
Perge age, consumpta virtus liuore nitescit
Claraq; COSTA tuum, tolles ad astra caput.

AL SIG. GIO. BATTISTA COSTA Famosissimo Giuriconsulto.

Sonetto dell'Immutabile Affidato, il M. Illustr. Signor Gio. Battista Visconte.

MIRA, e vagheggia in questo foglio ordito
L'honesto, il santo, il saggio il Buono, il Giusto;
Vn'ampia mole, in breue fascio angusto,
Vn mare immenso, in poco giro vnito.
Vedi che il nuouo parto, a pena vscito,
Gigante in fascie, e nel natale augusto,
Di strozzar l'Ira, & à l'Inganno ingiusto
L'alte corna fiaccar minaccia ardito.
Ma, se fatto maggior s'inalza, e sorge,
Chi da frode tiranna essere oppresso,
Chi temerà d'empio furore i strali?
MEDICINA, e SOCCORSO ecco ne porge
Medico forte, à noi dal Ciel concesso,
SOCCORSO ai vini, e MEDICINA à mali.

APPROBATIO

APPROBATIO.

QVÆ continentur in hoc Tractatu DE REMEDIIS SVBSIDIARIIS D. IO. BAPTISTÆ COSTÆ I. C. Papiensis celeberrimi, Primarij Iuris Pontificij in eodem patrio Gymnasio interpretis ordinarij ac multis ab hinc annis S. Offitij, tum Consultoris, tum Auditoris integerrimi, Catholicè, doctè, accuratè, & eruditè scripta sunt, ac plane digna, quæ prælo commissa in manus omnium deueniant.

D. Matthias Guarguantus Congregationis S. Pauli eiusdem S. Off. Papiæ Consultor Theologus.

Attenta præfata approbatione Imprimatur.

Fr. Petrus Martyr Ricciardus Inquisitor Generalis Papiæ.

Visum pro Excell. Senatu Secretarius Saccus &c.

ELENCHVS
RES NOTABILES
IN HOC TRACTATV
CONTENTAS INDICANS,
ET APOSTILLAS QVASLIBET HAC POSTREMA Editione suo loco annexas præsenti Signo ✠ demonstrans.

C

subsi-

✠ Com-

Condictio ex

D

cat

Filio

Hypotheca

ta, &

Literæ

Metus

Possessio-

R.

Additur

Subsidiarij

Tran-

FINIS.

PRIMVM PRÆLVDIVM.

Circa multiplicem acceptionem vocis subsidium.

SVMMARIVM.

1 *SVBSIDII vox multifariam sumitur.*
2 *Subsidium significat idẽ, quod adiutoriũ colonicũ, vulgo (scorta.)*
3 *Adiutorij colonici priuilegia ex Nou. Constit. & statut. Pap. 156.*
4 *Subsidij colonici præstatio, quando censeatur vsuraria.*
5 *Locatio quando arguatur fœneratitia.*
6 *Casus fortuitus contingens in grano mutuato colonis à domino initio coloniæ pro subsidio, an & quando afficiat dominum, vel solius coloni damno cedat.*
7 *Semen colonis partiarijs mutuatum, an & quando veniat in fundi seminarij venditione, & num. 9.*
8 *Semen quando, & quomodo restituendum finito vsufructu.*
10 *Subsidium accipitur aliquando pro donatiuo, quod fit per vassallos in gratiam dominorum pro nuptijs filiæ, vel aliter.*
11 *Subsidium charitatiuum quid.*
12 *Subsidium charitatiuum an oneret pensionarium pro rata, & quid in ordinato ad titulum patrimonij.*
13 *Subsidia dicuntur etiã onera extraordinaria.*
14 *Alimenta vocantur subsidium vitæ, seu sustentatiõ, præcipuè in argumento relictorum pro subsidio, seu pro sustentatione.*
15 *Legatum relictum in subsidium studiorum, quomodo interpretari oporteat.*
16 *Legati relicti in subsidiũ ad maritãdũ sensus.*
17 *Legatũ relictũ pro matrimonio, an & quando debeatur, si tpe legati, vel mortis legãtis reperiatur nupta legataria ignorãte testatore.*
18 *Subsidium capitur pro obsequio, & protectione inter confœderatos.*
19 *Legitima dicitur subsidium bonorum debitũ iure naturæ, sic etiam dos, & num. 23.*
20 *Legitimam potest filius non acquirere repudiando, & à se abdicando, nec creditores illius possunt se opponere.*
21 *Repudiatio lucri dotalis validè fit per maritũ, etiam obæratum.*
22 *Trebellianica repudiata, non audiuntur creditores hæredis grauati, si contendant repudiationẽ tãquam eis præiudicialẽ retractare.*
24 *Subsidium in hoc tractatu quid sit.*
25 *Fœmina exclusa à statuto, vel à testatore ob existẽtiã masculorũ rectius impedita dicitur*
26 *Successoriũ adiectũ quando procedat, & quod tẽpus ad summũ sit statuendũ pro agnitione bonorũ possessionis, tũ liberis, tũ collateralib.*
27 *Suitas non operatur in damnum liberorũ.*
28 *Subsidiarij Milites qui, similiter subsidiariarum cohortum militarium vsus qualis.*

1 VVM multiplex † sit apud nostrates subsidij acceptio, commodum erit huius nostrę scriptionis initio potiorem ad rudium intellectum adscribere. Accipitur ergo
2 aliquando pro subuẽtione, † & adiutorio, Guid. Pap. q. 371. Vincen. de Franch. decis. 42. 73. & 76. part. j. præsertim verò, quod colonis in coloniæ ingressu accõmodatur per dominos, appellaturq; populari verbo, scorta, cuius meminit statutũ Mediolani cap. 167. part. j. & cap. 407. part. 2.
3 Nou. Constit. † Mediol. sub tit. de bon. insolut. dand. vlt. vbi non possunt dari bona insolutũ pro debito coloni ex hac causa subsidij: & habet inclyta patria mea Ticinũ statut. 156. in ciuil. disertè pręcipiens, quòd familia coloni intelligatur obligata pro debito huiusmodi, & tam in semine, bobus, bladis præstari consueuit, quàm in pecunia sine spe alicuius maioris pęnsionis, maiorisuè emolumenti, vel amplioris vti-
4 litatis: alioqui saperet † fœnus, & quidem fœtidum, ac improbum, vbi hac arte quid annuatim propter huiusmodi subsidiũ extorquerent domini contemplatione sanè solius subuentionis. Abb. cons. 15. lib. j. Geminia. cons. 16. Roma. cõs. 423. Curt. iun. ad l. 2. §. j. nu. 21. ff. si cert. petat. Caualc. decis. 32. nu. 57. part. 2. scitè Excell. Fachinæ. lib. 2. controuers. iur. cap. 53. vbi peregregiè cum S. Thoma 2. 2. art. 2. quæst. 78. ibi-

demq; Caietan. considerat, duplicē esse re-
cōpensationem, nimirū vnā ex debito ami
citiæ: aliā ex debito iustitiæ: deinde ꝓbat
ex debito iustitiæ nil prorsus esse refunden
dum creditori vltra sortem receptam.
5 Sic locationis contractus arguitur fœne-
ratitius, cùm quis pecunia egens, eam ità
mutuò suscipit, vt eidem mutuāti aliquot
annos ædes viliore locet pretio, quàm an-
tea consueuerat. Geminia. d. cons. 16. &
D. Menoch. cōs. 109. nu. 19. vol. 2. Nauar.
in Enchirid. cap. 17. nu. 22. Sot. de iust. &
iur. lib. 6. quęst. j. art. 5. Vel quando locator
cupiū mutuat semina aut pecunias, vt con
ductionis tempore durante vberiores exol
uat afflictus. Calder. ad cap. vlt. de vsur. Io-
seph Marchisell. q. 36. nu. 6. nisi liqueat de
periculi dictarū pecuniarū aut rerū trans-
latione in dominū seu locatorem, quo casu
cessat vsuræ crimē, etiamsi ratione subsidij
aliquam sentiret dominus aut locator an-
nuam vtilitatem, Caroc. de locat. par. 2. tit.
de vsur. nu. 4. paru. editionis. Proinde pe-
6 riculū † inūdationis fluminis, vel casinatis,
vel vredinis, vel locustarum edacitatis, vel
nimiæ sterilitatis in & super seminibus co-
lono mutuatis aut cōductori in cōductio-
nis limine, seu (quod aiunt) in laborittj, &
mallar. su initio, & restitui promissis in fine
coloniæ transit in colonos partiarios, seu
conductores sic granum recipientes à prin
cipio, teste Natt. cons. 243. Viui. decis. 72.
lib. j. & Iacob. Berret. cons. 35. vbi præte-
rea recensetur ordo amplissimi, & celeber-
rimi Sen. Mediol. superinde editus quibus
accedūt per me cōgesta, tract. de fact. sciēt.
& ignor. dist. 68. centur. j. Quoniam semi-
na huiusmodi partiarijs colonis mutuata,
huiusmodiq; scortæ vulgò denominatæ et
in pecunia consistentes, nihil aliud videtur,
quàm nomina debitorum: suntq; nomina
7 personalissima, quæ citrà † cessionē, vel po-
sitionem in locum, vel quid æquipollens,
nec in legato fundi, neq; in venditione cō-
tinentur facta de fundo cum omnibus iu-
ribus, & pertinētijs. l. 2. §. dotes. ff. de fund.
instru. quæ, clausula intelligitur de iuribus
realibus. l. si aqueductus. ff. de contrahend.
empt. Bertazol. tract. clausul. claus. 26. glo.
7. & claus. 28. glo. 2. Roland. à Vall. consil.
54. nu. 31. vol. 3. Alb. cons. 322. nu. 57. vol.
2. & Surd. decis. 201. nu. 4. quicquid de se-
minibus non mutuatis quatenus cohæreāt
solo, & sunt iacta in solo, quia tunc fundi
pars efficiuntur. arg. l. fructus pendentes. ff.
de rei vendicat. Alb. cons. 138. vol. j. facit. l.
Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. &
l. nihil proponi. §. vlt. ff. de leg. j. Non ità di-
cemus, vbi semina ad fundi vsum dūtaxat
destinata, nondū proiecta sint, quæ fructus
seminarios vocant, nisi de fundo instructo
actum fuerit, quoniā tunc bladum confe-
rendi agri causa paratum, in dispositione
8 contineretur, etiā quò ad commodū † vsu-
fructuarij, ità tamen vt annuatim restitua-
tur deinde finito vsufructu. l. item si fundi,
§. seminarios. ff. de vsufru. l. quæsitum. ff. de
fund. instruct. & instrum. lega. l. si fundus.
§. j. ff. sol. matrim. Petr. de Vbal. tract. de
duob. fratrib. part. xj. princ. nu. 39. & 40.
Petrus Gregor. Tolos. syntagm. iur. lib. 4.
cap. 3. nu. 37. Connan. in cōmentar. iur. ci-
uil. lib. 4. c. j. nu. 9. Ioann. del Castillo Hisp.
de vsufruct. cap. 23. in fin. Planè diuersum
est, quò ad semina per colonum de suo ia-
cta pro portione colonica, quæ nullatenus
9 comprehenduntur in † venditione, sed de-
trahuntur tamquam impensę: possuntquè
retineri per quemcunq; bonæ fidei posses-
sorem. Alex. cons. 77. vol. 5. Addit. ad Alb.
d. cons. 138. Surd. decis. 265. nu. 28. & 52.
ac Thesaur. decis. 55. cū adductis per Tira
quel. de retract. cōuent. §. 5. glo. 4. per tot.
10 Secundò capitur etiam pro † donatiuo, ꝙ
interdum faciunt vassalli in dominorum
gratium pro nuptijs filiæ, vel propter aliā
iustam causam: feudistæ aliter releuium,
siuè adhoam nuncupant. Iacobi de Ayello
pleno tract. de iur. adhoæ, releuij, & subsi-
dij. Afflict. decis. 136. Vinc. de Frāch. decis.
73. & 131. part. j. Rosental. tract. de feud.
cap. 5. conclus. 83. & Io. Ant. Lanar. consil.
57. vbi de hoc subsidij genere ꝑclarè agit.
Nonnumquàm, & tertiò accipitur pro
auxilio à solius charitatis zelo promanāte
inter personas religiosas. vnde prodijt sub
11 sidium charitatiuum †. collectionis genus
ratione beneficiorum, & subsidium cathe-
draticum, siue synodale, cap. conquerente,
de off. ordinar. cap. cum apostolus, de cen-
sib. cumulatis. Remig. & Bellencin. tract.
de charitat. subsid. Francisc. Marchi. decis.
472. & 1025. par. j. Grāmat. decis. 88. Vra-
ni. cons. 5. nu. 89. cum seqq. tom. j. Alex. de
Næuo

Nauo,conſ.57.& 58.vbi quatuor requiſi-
ta refert, Surd. conſ.454. nu.12.vol.4. A-
chill.Pedroch. conſ.37. nu.16. Brederod.
tract.de appell.par.j.tit.20.pag.mihi 30 ni
nouiſſimè inſignis. I. C. Vvames,conſ.278.
12 in eo elegantí articulo, An pẽſionarius † ſen
tiat hoc vnus,ſaltem pro rata, Id quod ab-
ſoluit Surd.conſ.162. nu.29.vol.2. doctus
Nauarrus,de cenſib.lib.3. conſ.x. dũ quæ-
rit, quid iuris circa ſolutionem huius ſub-
ſidij reſpectũ ordinati ad titulum ſui patri-
monij: prout fuſius vtrinq; ediſſerit de hoc
ipſo argumẽto ſubtiliſs.I.C. Hiſpanus Hie-
ron.Czuallos,tract.commu.contra cõmu.
quæſt.527.nu.5.cum ſeqq.vt interim non
ſubticeamus bullam impoſitionis ſubſidij
Pontificis maximi Sixti V.& extrauag. vas
electionis.Benedicti.xij. teſte Nauarro an-
notato in loco,& Rot. Rom.deciſ.952.nu
me.1.lib.3. in nouiſs.

Quartò, itidem vſurpatur ſubſidium à
13 Principe deſideratũ pro † auertendis à po-
pulo belli calamitatibus; quod inter onera
connumeratur extraordinaria, de quo nos
conſ.22.nu.23.Pedroch.d.conſ.37.nu.15
Peregr.de iur.fiſc.lib.6.tit.4. num.43. De-
cian.conſ.55.col.2.vol.j.Thob.Non.con-
ſil.45.nu.29.& Io.Ant.Lauar.conſ.31.nu
me.5. ait, quòd ſubſidiorum loco ſoluun-
tur functiones fiſcales, quãobrem immu-
nitatem habens ab oneribus, tàm ordina-
rijs, quam extraordinarijs neutiquam te-
netur ad ſubſidia, potiſſimũ ſi parta ſit im-
munitas per viam cõtractus cũ titulo one-
roſo, caſuſq; ſuperueniens valdè nõ ſit in-
ſolitus.Crauet. conſ. 294. Roland. à Vall.
conſ.5.vol.j.iuncto conſ.52.lib.2.&conſ.
2.vol.4.D.Menoch.conſ.156. nu.34.vol.
2.Natta conſ.274. cum ſeq. Alb.conſil.1.
Oſaſch.deciſ.39.& 91.Pariſ.conſ.68. cum
duob.ſeqq. vol.j.

Quintò, vox,ſubſidium, refertur etiam
14 † ad alimenta.l.5.C.de patr.poteſt.ibi,ſub
ſidium vitæ exhibere,cap.de lapſis.16.q.6.
ſicuti dicitur de verbo (ſuſtentatio) Crau.
conſ.199. nu.14. vſq; adeò vt ei debeantur
alimenta,cui relinquitur ſubſidium. Surd.
de aliment.tit.2.quæſt.2.nu.18.& Excell.
Peregr.tract.de fideicommiſſ.art.53.nu.8
ſcriptum reliquit legatum in ſtudiorum
15 † ſubſidium relictum, eſſe præſtandum in
loco, vbi legatarius ſtudia deſtinauit, Imò
non incipit deberi hoc legatũ, niſi cùm le-
gatarius reperitur idoneus, ſcilicet ſtudio-
rum capax. Ità ſanè Sim.de Præt. tract.de
interpret.vlt.volunt.lib.4. ſolut.9. nu.32.
pag.401.& ſolut.xj.nu.108.pag.432. Ad
hæc Bald.conſ.330.vol.5.expendit naturã
16 legati in ſubſidium relicti ad † maritandũ,
quatenuſvè arctet heredes, an ſit conditio-
nale, & quòd deberi nõ deſinat, ſi iam nu-
17 † pta inſcio teſtatore reperiatur mulier ex-
tranea, cui ſub hac formula ſit relictum,
Idem Sim.de Præt.eo ipſo loco nu.46. &
50. quæ eſt materia.l. filia legatorum.C.de
legat. diligenter expoſita per Corn. conſil.
230.vol.4.Bero.cõſ.160. vol.2. Menoch.
conſ.81. vol. j. inſigniter Surd. conſ. 119.
vol.j.& conſ.393.nu.51. cum ſeq. vol.3.
Alex.conſ.146.nu.6.lib.5.Tiraquel.tract.
ceſſante cau. limit. 18. Rota Lucenſ. apud
Magon.deciſ.28.nu.32.cũ ſeq.cũ ſeqq.&
Illuſt.Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.
lib. 12. tit. j. nu. 13. Alb. præclariſſimè in
conſ. 52. vol. j. vbi declaratur locus Bart.
ad l.Lucius,ad fin.ff.de legat.2.Crau.conſ.
167. num. 5.& 6.

Sextò,ſubſidium dici cõſueuit pro quo-
18 dam † obſequio, & protectione præpoten
tia alicuius domini erga inferiorem, aut e-
tiã parẽ, vt in notabili caſu protulit Bald.
conſ.343.nu.4.vol.j. quem citat Illuſtriſs.
& ſcientiſs. Card. Tuſcus pract. concluſ.
iur.conclu.1035.nu.72.in fi.C.vbi loqui-
tur de confœderatis,& colligatis,inter quos
ſubſidij ſit promiſſio in alicuius belli euetũ.
19 Septimò, ſignificat legitimam † portio-
nem filio in parentum bonis debitam iure
naturali inſpecto, quæ paſſim debitum bo-
norum ſubſidiũ appellatur,iuxta l. ſi totas,
C.de inoff.don.& glo.ad l.vlt.§.ſi verò,ver
ſic.confundantur.C.de iur.delib.Bart.con
ſil.34.lib.j.Fab.de Anna conſ.6.nu.7.&8.
Bald.conſ.18.nu.5. vol.j. vbi Monaſteriũ
capax bonorum, quòd ingreſſus eſt is, qui
anteà donauit omnia bona ſub cogitatione
ingreſſus religionis, poteſt tanquam filius
reuocare debitum bonorũ ſubſidium, niſi
ei renunciauerit: intellige poſt parentis o-
bitum, & filio agnoſcere volente. l. cum
quæritur. C.de inoff.teſtam. & copiosè Pe
regrin.de fideicom.art.36.liberis quando-
quidẽ libera ſit facta poteſtas à ſe abdicãdi
20 † legitimã, quemadmodum, & parentibus

etiam inuitis creditoribus, qui propterea obijcere non possunt, quòd fraudulenta sit repudiatio, seu damnosa huiusmodi refutatio citra modum renunciationis, Rip. in l.j.nu.7.ff. de pignor. qui loquitur etiã ratione legitimæ, Socin.sen.consi.183. col.3. vol.2. Anguil.consi.30.nu.263. cum seqq. Castrens.cõs.135.vol.j. authoritate glo. ad §. item si quis in fraudem, vers. rem suam, Instit.de actio.quod dictum nouissimè defendit Hieron. Papon. consi. 129. præclarè Vincen.de Franch.decis.101. part.prima, Becc.consi.134.nu.3.cum seqq.vol.2. Caball.consi.103.ad fin.Steph.Gratian.Rom. discept.forens.c.132.sed,& contra D. Menoch.consi.77.vol.j.doctè,& subtiliter defendit Peregrin.consi.46.nu.18.cum seqq. vol.3. vbi quoque reijcitur intellectus aliquorum accommodatus text.in l. qui autem.ff.de his, quę in fraud.credit. vt scilicet procedat tantum in præiudicium creditorum personalium chirographariorum, nõ hyppothecariorum, in legitima tamen recedit idem Peregr.de fideicom.artic.3.nu. 129.cum seqq.& consi.71. nu.3. vol. j. ex Anchar. consi. 101. & 168. Vid. omnino declarat.apud Barz.decis.Bon.130.n.126

21 Insuper in simili, lucri dotis † repudiatio à marito facta retractari non potest per creditores. Frider.Sol.tract.de lucr.dot.par.j. quæst.38: de cõi Rol. à Vall. eius nominis tract.quæst.40.nu.6. Istud idem, & multò

22 magis in † Falcidia, & Trebellianica, quam grauatus potest non detrahere ob pleniorẽ fidei exhibitionem, nec possunt propterea grauati creditores impedire. l. postulante, vbi Castrens.ff.ad Trebell. l. patrem, ff. de his, quæ in frau.cred.& l.debitorem, ff.eodem, quæ lex loquitur in Trebellianica, Peregr.de fideicom.art.3.num.124. Io.Petr. Fontanel.tract.de pact.nupt.claus.4.glo.9 rat.5.nu.94. Similiter potest masculus admittere sororem alioqui exclusam à statuto ad portionem omissa dotatione in præiudiciũ creditorũ ex Gabr.consi.20.nu. 70. vol.2. Cæterùm de hoc legitimæ argumento infra quandoq; in hac nostra scriptione dicemus, superum spirantibus auris, neque enim de ea ratiocinari presentis est institu-

23 ti. Immò etiam dos † reputatur subsidium, l.filia, C. de patr. potest. vbi Angel. notat. ad quæstionem de puella, cui erant legata mille pro subsidio vitæ, vt pro dote debeatur, sic executor datus ad distribuendũ bona in pias causas, potest distribuere pro supplemento congruæ dotis inopis puellæ, Graff. de testam. consil. 1. nu. 14.

Postremò subsidium nostrates interpre-

24 tes appellarunt omne † remediũ ex æquitate à iure inductum in actionis, vel exceptionis defectum, (& de hoc sermo erit noster propriè) quasi reliquis deficientibus istud pro triarijs, (quod aiũt) sufficiatur, ac veluti succenturietur, §. sciendum. Inst. de satisdatio. tuto. l. 5. ibiq; Accurs. C. de magistrat.conuen. Paul. Montan. tract. de iur. tutel. vel cur. cap.32. reg.7.num.34. Prodeat quoq; text.in l. rescriptum, §. plerumq; ff. de pact. qui loquitur de subsidio exceptionis, & in l.potest, ff.de vulg.& pupillar. ibi, vt nouissimo loco in subsidium, vel seruum hæredem necessariũ instituat: neq; dissimilis est text.in l. si aut nullum, C. de legit. hæred. vbi hæreditas iure agnationis delata, de iure ciuili potest citra bonorũ possessionis subsidiũ adiri, idest, sine bonorum possessionis agnitione, sicuti subsidiũ denotat idem, quod sub conditione Gabr. consi.25.num.17.vol.j. vel quod defectus, glo.penult.ad l. Titio fundus, ff. de condit. & demonstr. etiam quò ad personas, vt in

25 statuto † exclusiuo fœminarum stantibus masculis; Nã fęminæ admittuntur in subsidium, idest, in defectũ masculorum, Alb. consi.237. nu.13. vol. 2. nec potest censeri fœmina verè exclusa, sed potius impedita ob existentiã masculi. Idcircò remoto impedimento potest succedere, Anchar.consil.220.num.2. Bald.& Afflict. ad §. quinimmo, tit. Episc. vel Abb. in vsib.feud. vnde Morot.consi.29.nu.4. scribit quod fęmina ad feudum captum pro masculis & fœminis admittitur in subsidium deficientibus masculis, Gabr. de reintegrat. fœminæ loquens consi.14. vol. 2. Ita quoque se habet

26 successorium † edictum post statuitionem termini annalis, si res sit cum descendentibus, vel centum dierum in transuersali, vel extraneo, Natta consi.488. vbi etiã de sui-

27 tate † non operante in damnum filiorum, quomodo præscribatur, quod tempus nõ potest abbreuiari per Iudices inferiores, alioqui processus erit nullus, sed superior adeundus est, in cuius est manu minuere

prædictum

prædictum tempus, Ias. in Rub. C. de succeß. edict. nu. 3. Vallasc. decis. 96. atque ità practicari non semel nouimus. Vnde circumfertur fiscum in subsidiū esse loco hæredis, quando bona sunt vacātia, C. de bon. vac. lib. 10. & Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. sic planè substitutio facta in defectum alterius, vel post hæredem dicitur fideicōmissaria comprehensa in cōpendiosa, Curt. iun. cons. 48. Peregr. de fideicom. artic. 28. nu. 14. Tuscus practicabilibus iuris conclu. littera S. conclusi. 796. nu. 73. Promittens pariter soluere in defectū alterius potest tanquam simplex fideiussor opponere discussionem contra primū, Fab. de Anna cons. 95. nu. 8. vol. j. Verùmenimuerò sicut huiusmodi exemplorum cateruę cuique sunt obuiæ, ità inter cætera nostri obseruarunt seniores actionem in factum, actionem vtilem, tàm in personam, quàm in rem, iudicis officium, actionem præscriptis verbis, condictionem ex lege, ex statuto, & ex moribus, necnō & ea, quæ inferius in disquisitionem vocabuntur: non aliter ac aciem

28 † validis subsidijs esse in bellicis anfractib. firmandam ex Lacedæmoniorum inuento scribit Vegetius libr. 3. cap. 27. vt in bello Parthico Romanis viuuenisse, dum Antonius ipse assumpta tertia legione accurrit, testatur Plutarch. in Ant. Appian. in part. Histor. & alios refert Castellan. tract. de offic. Reg. lib. 2. cap. 70. de subsidijs, exemplo cohortū militariū, quas subsidiarias vocabant eo, quod integræ ad longioris pugnæ casus reseruarentur, & triarios milites appellabant, veluti ex Liuio, & Varrone monet Barz. decis. Bonon. 130. nu. 96.

II. PRÆLVDIVM.

Circa diuisionem, & subdiuisionem subsidiorum.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium duplex, scilicet spirituale, & temporale, tum verò spirituale diuiditur in publicum, & priuatum.*

2 *Suffragia Ecclesiæ quæ, & in quibus consistant.*

3 *Subsidium temporale secatur in reale, personale, & locale.*

4 *Ordinatus ad titulum patrimonij, an & quandiù gaudeat priuilegio Ecclesiæ, quò ad bona assignata.*

5 *Ordinari an quis valeat ad titulum legati validi.*

6 *Aduentitium peculium quò ad clericos dicitur quasi castrense.*

7 *Assignata bona in titulum patrimonij in alienabilia durante vita ordinati, propterea quod ecclesiasticis æquiparantur.*

8 *Ordinatus sub ficto patrimonio suspensionem incurrit.*

9 *Arbitrio regulato Iudicis fit locus in indeterminatis, vel indecisis à iure.*

10 *Solutionem quando fieri oporteat in loco designato.*

11 *Intellectus l. continuus, §. cum ità, ff. de verb. obligat.*

12 *Debitorem posse vbiq; soluere, quomodo accipiatur.*

13 *Debitor quando post moram possit vbique conueniri.*

14 *Promittentis respondere vbicumq. fuerit petitum sine locorum specificatione obligatio ad quæ extendatur.*

15 *Fori renunciatio iurata quid præstet, & quos arctet.*

16 *Clausula (omni legum auxilio) virtus permagna, vt per aliquod positiones dilucidatur, cum declaratione remissiuè tacta.*

17 *Glo. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit, communiter reprobatur.*

18 *Pacti desistendo quempiam personaliter in aliquo loco effectu.*

Vbsidium in spirituale diuiditur, & temporale. Illud subdiuiditur in publicum, & priuatum. Inde suffragia

1 † Ecclesiæ, de quibus apud Doctiss. Cardin. à Turre Cremata ad cap. animæ defunctorum, iuncto cap. tem-

2 pus, 13. q. 2. quæ quò ad effectum † operis operantis, & ipsa dupliciter considerātur, quorū præterea valor in tribus potissimum consistit, nimirum, ad augumentum gratiæ, ad promerendam gratiā, vel ad custodiam virtutis, iuxta traditionem Didaci Couarruu. ad cap. alma mater, part. j. §. 5. num. 5. 8. & 10. de sentent. excom. in 6. ac

Gregor. Sayrus Thesaur. casuum cõscient. lib. 2. cap. 4. nu. 2. Atqui hoc subsidium tẽporale denuò distinguitur in volũtarium, & necessarium, Guid. Pap. d. q. 371. quod
3 adhuc diuiditur in reale, † personale, & locale, Nauarr. conf. 10. de censib. lib. 3. Nãque reale penditur ratione beneficiorum. Imò etiam ratione patrimonij, ad cuius ti-
4 tulum † ordinatus est Sacerdos, dummodo sit amplum, idest, tantumdem supersit retenta congrua sustentatione, quantum efflagitat onus contribuendi, ne in dedecus clericalis ordinis, qui est præstantissimus, mendicare cogatur Sacerdos. Bellencin. tractat. de charitate subsidio. q. 3. quoniã patrimonium, ad cuius titulum ordinatur aliquis, bonorum ecclesiæ priuilegio etiam gaudet, ex quadam vi subrogationis, & beneficio ecclesiæ in fauorabilibus adæquatur, donec sic promotus, sufficiens sit adeptus ecclesiasticum beneficium, Couarru. ad cap. Raynaldus, §. 2. nu. 7. de testam. & Variar. resolut. lib. j. cap. 4. nu. 4. Fel. & Deci. ad cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, ille n. 10. hic verò nu. 70. cum seq. extrà de constit. verba sunt œcumenici Cõcilij Trid. cap. ij. sess. xxj. Flamin. Paris. tract. de resignat. benef. lib. ij. quæst. 6. & lib. 5. tit. seu quæst. 6. nu. 131. & 155. etiã si promotus sit ad tit.
5 † legati, validi tamen, in cuius possessione sit clericus, etiam viuente patre, cùm pecu-
6 lium aduẽtitium † quoad clericos sit quasi castrense, Authen. presbyteros, C. de Episc. & cleri. atq; eruditissimè Mari. Antonin. Variar. resolut. lib. j. resolut. 112. cas. 18. Vnde oculatiss. Cæuallos tract. cõmu. contra commu. quæst. 527. & 682. præclarè exponit, num ista bona in titulum assigna-
7 ta possint † alienari absq; licentia Episcopi. Item vtrùm valeat hæc assignatio in præiudicium legitimæ debitæ alijs filijs, si pater forsan totum patrimonium filio in titulũ ad sacros ordines consequendos donaret, qui addo Alb. consi. 689. nu. 4. vol. 4. asseuerantem, hæc bona in titulum assignata, Ecclesiasticis quidem æquiparari, sed vita sic ordinati durante dumtaxat, facit nouissimè Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 3. cap. 39. nu. 33. cum trib. seqq. vbi præterea admonet, ne quis sub ficto p-
8 sumat ordinari † patrimonio, quandoquidem ait illum ipso iure suspẽsum fore, nec ad superiora ascendere posse, nisi secũ fuerit in domino dispensatum: cuius dicti veritas ab eo pendet, scilicet an insignitus aliquo sacro ordine sine titulo, sit suspensus, per Sacrum Trident. Concilium d. cap. ij. maximè iuncta Bulla ter optimi Pontificis Pij V. edita anno 1568. incip. Romanus Pontifex. circa quod argumentum non insisto, cùm perspicuè hæc omnia declarentur per sapientiss. Sayrum prædictum eiusdem Thesauri conscient. lib. 4. cap. 14. nu. 16. cum seqq. relata vlterius Concilij declaratione, & Pœnitentiariæ vsu. Et amplius eod. lib. 4. c. verò 15. ex receptissimo Theologorũ voto contra Medin. concludit, sacris initiatum sub ficto patrimonio sine pacto simoniaco, suspensum non esse: peccare tamen mortaliter. Agendum modò nobis est de personali subsidio, in visitatione diœcesis, & particularium ecclesiarum, & de quo meminit Bulla Sixti V. Summi Põtificis, sed quod vsquequàque definitũ non sit, quantum à clerico pro personali subsidio exponendum sit, ait Nauarr. d. consi. x.
9 vnde ad regulatum † superioris arbitrium recurrendum putamus: quemadmodum & aliàs in omnibus à iure vel canone non determinatis, aut decisis probari cõsueuit, l. j. ff. de iur. delib. cap. de causis, vbi etiam Abb. de off. deleg. l. j. §. expilatores, ff. de effractor. Alex. cons. 17. nu. 11. lib. 4. & D. Menoch. de arbitrar. iud. lib. j. q. 6. & 9.

Superest, vt de locali subsidio tractemus: quòd bifariam consideratur, nempè respectu loci obligati ad solutionem, & respectu
10 loci, in quem solutio † est destinata, postq̃ constitutissimum est in iure, solutionem fieri opportere in loco designato, nec alibi cogi creditorem recipere, l. is qui, ff. de eo, quod cert. loco, l. 3. ff. de bon. author. iud. possiden. l. contraxisse, ff. de act. & obligat. quia esset species nouationis, imò minus diceretur solui, sicuti plus solueret debitor, si pulsaretur à creditore, vt in alio loco soluere et, §. loco, Instit. de actio. & l. vsuras, C. de
11 solut. nil obstante text. in l. continuus, † §. cùm ità ff. de verb. obligat. vbi debitor potest vbiq; soluere. Quia tale cõtrarium diluit glo. vlt. ad d. l. vsuras, præcipuè verò, quando locus solutionis debitoris gratia fuisset nominatus: nam tunc planè proce-
12 dit, d. l. continuus, † §. cùm ità, intelligendo ta-

do tamen, vbi creditor habeat domiciliũ, & ad recipiendam pecuniã ſit paratus, glo. ad d.l. vſuras, Innoc. ad cap. ſignificãte, extra de pignor. Mohedan. ſub Rot. Rom. de ciſ. 15. de locat. & conduct. Illuſtris I.C.D. Morotius conſ. 86. nu. 3. & egregiè Fab. de Ann. conſ. 54. concludens præterea, eſſe inſpiciendum locum ſolutionis quò ad valorem monetæ, & circa reſciſſionem contractus ex beneficio, l. ij. C. de reſcin. vendit.
13 Poſt tamen moram † poſſe debitorem vbique cõueniri, vbi forum debitor ſortiatur, tenerique debitorem ad intereſſe ratione ſolutionis non factæ in loco promiſſionis, quia nec promittens reſpondere vbicunq;
14 fuerit petitum † ſine locorum ſpecificatione, poteſt conueniri, niſi in ſuo foro competenti: & ſic ſi ibi, vel non inueniatur, vt notat glo. ad l. qui loco certo. ff. de condict. in deb. & Dec. ad l. ſi conuenerit, nu. 34. ff. de iuriſd. omn. iud. Socin. ad cap. dilecti, nu. 31. de for. compet. Repeten. ad cap. j. nu. 71. de iud. & Mynſinger. obſer. 88. cent. j. licet diſſentientem inueniam, Ioann. Zanger. tract. de except. part. ij. cap. j. nu. 62. ea prorſus ratione, quia prædicta clauſula generalis cenſetur adiuncta ad ampliandam facultatem conueniendi per l. Titium, §. tutores, ff. de admin. tuto. Aliud planè eſt, ſi debitor alicubi inueniretur, ſed confeſtim eſſet receſſurus, quia idem eſt, ac ſi ibi non adeſſet, l. hæres abſens, §. proinde, ff. de iud. cap. Romana, §. contrahentes, de for. compet. in 6. & huc quadrat, quod multis exẽplis probat Iaſ. in §. item ſeruiana, nu. 40. cũ ſeqq. Inſtitut. de actio. excepto ſemper caſu renunciationis fori competentis iura-
15 tæ, † ab his factæ, qui poſſunt renunciare foro, & per ſubditos ratione nudi exercitij iuriſdictionis, non alterius ſubiectionis reſpectu, Felin. ad cap. j. nu. 30. de ſponſ. Cæpol. caut. 70. per l. ſi quis in conſcribendo, C. de epiſc. & cleric. l. pen. C. de pact. cap. cum contingat, de iureiur. cap. ſignificaſti, de for. compet. ex Butr. & Innoc. Oſaſcus deciſ. 78. nu. 12. Angel. in terminis ſubmiſſionis iuratæ, ad d. l. ſi conuenerit, Iaſ. ad §. item ſi quis poſtulãte, nu. 13. Inſtit. de acti. Didac. Couaruu. ad cap. quàmuis, §. 4. nu. 6 de pact. in 6. Bart. Alex. & Caſtr. ad l. j. §. & poſt operis, ff. de nou. oper. nunciat. Frãciſ. March. deciſ. 276. part. j. Bero. abundè ad cap. j. à nu. 182. vſq; ad nu. 190. de Iudic. Camill. Borell. conſ. 50. nu. 9. & 10. Io. Zãger. d. tract. de except. part. 2. cap. j. nu. 126 cum ſeqq. Seraph. de Iuram. priuileg. 74. nu. 165. Doctiſs. D. Fachinæ lib. j. controuerſ. iur. cap. 61. in fin. Boer. deciſ. 114. nu. 4. & Capyc. deciſ. 9. Hoc verò maximè
16 habet locũ, ſi adiecta fuit clauſula † renunciationis (omni iuris, & legum auxilio,) quæ ponderoſa, & valde efficax Bertazol. tract. clauſul. 40. glo. 6. pleniſſimè Molignat. tract. de retẽto. n. 41. latiſſimè Marta tract. de clauſul. clauſ. 126. Declarat quoque Pariſ. cõſ. 120. nu. 39. 99. & 101. vol. j. nam excludit moræ purgationem, Deciſ. Peruſ. 90. nu. 15. part. 2. & adimit conductori facultatem petendi reſtauri, Rolan. à Vall. conſ. 86. nu. 10. vol. 3. quod tamẽ declarandũ eſt cum Gallia. conſ. 118. nu. 43. cum ſeqq. & quæ declarationes ſeruiunt etiam ſequẽtibus caſibus, Addo Rot. Flor. ex Magon. deciſ. 64. nu. 67. cum ſeqq. vbi quadrupliciter ſoluit nodũ, vid. omnino. Addo quòd eadem proximè dicta clauſula aufert clementiæ donum, de quo in l. plerique. ff. de in ius voca. teſte Anchara, ſun. quæſt. 37. lib. j. & impediat exceptionem excuſſionis alioqui competentem fideiuſſori inſolidum non obligato, Gabriel ſuis commun. tit. de fideiuſſ. concl. j. nu. 83. & ſeq. Tollit quoque diuiſionis beneficium, Polyd. Rip. obſer. 89. nu. 6. copioſè Rol. à Vall. conſ. 17. nu. 10. cum ſeqq. vſq; ad fin. vol. 4. de virtute huius clauſulæ, Laderch. conſ. 30. Amplius inquit Seraphin. de iuram. priuileg. 49. nu. 40. quòd dicta clauſula attenta intelligitur renunciatum omnibus exceptionibus, tàm de iure communi, quàm ex forma ſtatutorũ, Caroc. deciſ. 62. nu. 17. quò fit, vt eius vi in ciuilibus quoq; cauſis, in quibus licita eſt captura, dicerem locum eſſe remiſſioni ad iudicem contractus, Guid. Pap. deciſ. 77. & in terminis Io. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. c. vlt. par. 2 §. j. nu. 6. vbi quoq; diſijcit Bald. ad cap. cũ P. & G. de off. delegat. qui in oppoſitum facere videbatur: & quicquid dixerit gloſ. ad l. j. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, & eam ſecutus veluti ſingularem, ingentibusq; extollens encomijs, Iaſ. ad d. l. ſi conuenerit, nu. 40. dum aſſerit, ſimplicem alias renunciationem tantumdem nõ præſtare; Contraria

traria prorsus opinio seruatur, teste Imol. ad cap. vlt. de for. compet. Alex. & Iacobin. de S. Georgio, ad d. l. j. ff. si quis in ius voca. cum adductis per Ceuallos tract. com. contra cōes q. 154. nu. 6. vbi subdit, dictam glo
17 sam esse cōmuniter † reprobatā. Neq; de-
18 finit minus operari pactū † de sistendo personaliter in aliquo loco ad excludendam exceptionem, quòd non reperiatur in contractus loco, cap. ex rescripto, vbi Innoc. Butr. & Abb. de iure iurand. Felin. ad d. cap. vlt. num. 22. de for. compet. Rip. ad præd. cap. j. num. 67. de iudic. ac Ias. ad d. l. si conuenerit, num. 41.

III. PRÆLVDIVM.

Aliam affert diuisionem remediorum subsidiariorum, vbi plenè de actione, & exceptione doli.

SVMMARIVM.

1 *Remedium aliud magis subsidiarium reperitur, aliud minus subsidiarium, inter quæ dantur gradus, & ordinis prærogatiua.*
2 *Subsidiarium remedium consideratur, tum absolutè, tum simpliciter, tum etiam respectiuè, & secundum quid.*
3 *Actio de dolo dicitur subsidiaria, & cur, imò subsidiaria subsidiariæ.*
4 *Actio vtilis non parit aliam vtilem actionem.*
5 *Dolum allegans, vel agendo, vel excipiendo sine causa specificatione minimè gentium audiri debet.*
6 *Dolus incidens quid præstet in contractibus.*
7 *Doli exceptio multiplex obseruatur.*
8 *Actio de dolo inter quas non exagitetur personas.*
9 *Actionis de dolo capita sex percurruntur.*
10 *Constitutio, l. diffamari, C. de ing. & manumiss. pertinet etiā ad causas status personæ.*
11 *Sanguinis ius inamissibile, & imprascriptibile passiuè.*
12 *Regnum Franciæ admitteret successores etiā in millesimo gradu, qui essent de sanguine Regio.*
13 *Furti actio pro re minima non facilè attendenda.*
14 *Actionem de dolo quando biennium labefactet, aut non permutat.*
15 *Intellectus, l. itaq; ff. de dolo communicatur.*
16 *Actio de dolo quotuplex.*
17 *Dolus purgabilis actione ex eo contractu non permittit agi de dolo.*
18 *Stellionatus pœna, & actio subsidiaria, cur, & quando cum aliquot exemplis.*

LIAM, & finitimā remedij subsidiarij diuisionē educi animaduerto ex Bald. ad l. in prouinciali, §. j. ff. de nou. oper. nunc. Com. cōs. 87. nu. 2. vol. j. plenè Barz. decis. Bonon. 130. nu. 121. cum seqq. quòd
1 loci reperitur remedium magis † subsidiarium, & aliud minus subsidiariū, inter quæ dantur gradus, & prærogatiuæ ordinis, vt magis subsidiaria reseruetur, & minus subsidiaria præcedant, veluti se habet restitutio in integrum, quæ dicitur remedium minus subsidiarium, quàm querela. Primum autem propter hoc cessare dicitur, l. si filius vbi glo. & Bald. C. de inoff. donat. hoc vt intelligas, ego sic expono Remedium subsidiarium bifariam consideratur. Primo ne-
2 quaquam † absolutè, sed respectiuè, scilicet prout ità denominatur aliquo respectu, quodquè concurrit aliquando, & cumulatur cum alijs remedijs ordinarijs, & idem ferè est cum extraordinario, non tamen extraordinariā verè dici potest subsidiariū remediū, quale esse autumant nonnulli restitutionem in integrum, l. j. & l. in causæ, ff. de minor. l. j. ff. de integr. restit. de quo argumento inferius, & opportunius dicetur, cùm detur remedium extraordinarium subsidiarium, & nō subsidiarium. Alterum & 2. nuncupatur subsidiarium absolutè prorsus, quod præstatur ratione deficientis potentia, & actu cuiuscumque remedij, tàm ordinarij, quàm extraordinarij, & nunquam cum alio concurrit, quodquè reseruatur loco vltimi refugij, l. maximum vitium, circa med. C. de lib. præt. Iacobin. ad l. cōmodis, ff. de re iud. Rip. tract. de peste part. 2 nu. 12. D. Odd. tract. de restit. in integr. par. j. quæst. 17. art. 1. nu. 4. & art. 2. nu. 28. & nouè Cels. Bargalius, tract. de dolo lib. 6. reg. 7. nu. 4. Simon. de Præt. tract. de interpret. vlt. vol. lib. 5. Dubitat. 3.

pag. 534.

pag. 534. à tergo, cuius rei exemplum fre-
3 quentius ponitur in actione † de dolo, quæ dicitur merè subsidiaria, Bim. consl. 48. vol. 2. nu. 43. Io. Ant. Lanar. consl. 44. num. 12. Imò subsidiaria subsidiariæ: Teste Iac. Labitto sui ll. indicis vsu pag. 33. à tergo: etsi
4 vtilis non pariat † vtilem actionem, Caroc. ex multorũ testimonio, decis. 114. nec datur nisi causa cognita, l. j. C. de dol. vbi Sicard. postquam est famosa, & sub ea periclitatur honor, Surd. consl. 528. nu. 49. vol. 3. Rosental. de feudis cap. 9. memb. 2. conclu. 100. nu. 28. nec concurrit cum interdicto, vnde vi, nec cum actione in factũ, nec cum conditione furtiua, nec cũ alia actione etiam coæua, vt est actio iniuriarũ quò ad exercitium, Minus etiam cõpetit, si cuipiam subueniri posset per exceptionẽ, aut per officium iudicis, l. j. §. nõ fuit, ff. de dol. Bald. & Sicard. ad l. 2. C. eod. cum adductis per Bargal. d reg. 7. vbi excipit replicationem doli, & concedi probat isthanc actionem doli, quamuis competeret aliæ actiones generaliores scilicet, actio in factũ, condictio indebiti, certi condictio, & huiusmodi, vt tradit Ias. in l. certi condictio, nu. 14.
5 ff. si cert. petat. verumtamen allegans † dolum, siuè agendo, siuè excipiendo non auditur sine causæ specificatione, Bald. consl. 167. in fin. lib. 3. Mascar. de probat. cõclus. 530. & seq. Barz. decis. Bonon. 18. num. 6. siuè dolũ dedisse causam cõtractui liqueat,
6 siuè dolus fortè † incidens sit, tametsi aliàs extent differentiæ non paucæ circa prædicta, Marchisell. plena quæst. 62. & qua ratione non datur actio ciuilis ex dolo, si aliter sit succursum, cum sit subsidiaria. Surd. consl. 529. nu. 49. vol. 4. eadem sanè fit, vt non sit locus criminali vbicumque datur actio ciuilis de dolo, vt scribit Paul. Castr. consl. 412. in fi. vol. j. Planè diuersum est
7 in exceptione † doli, quæ multiplex est, teste glo. ad l. qui se debere. ff. de condict. ob cau. dat. quia censetur defensionis species; idcircò etiam ipsa in subsidium competit, Bart. ad l. rescriptum. §. vlt. ff. de pact. contrà eos, quibus reuerentia debetur, postquàm famam eius, in quem excipitur, minimè lædit, aut sugillat. Fab. de Anna cõs. 16. nu. 10. & tamen actio famosa de dolo non datur inter coniuges, minus inter patrem, & filium (esto, quòd aliud sit inter nouercam, & priuignum. l. non debet. ff. de dol. l. de his. C. de furt. Osasc. decis. 31. nu. 3.) nec inter dominum, & vasallum: neq; inter Abbatem, & Monachum, quamquã detur actio in factum. Castr. consl. 174. col. vlt. lib. j. Peregrin. consl. 3. num. 132. vol. j. scribit, quod contra Principem, aut aduersus eum, qui potest opponere de iure Principis, spolio agi non potest, nec interdicto vnde vi propter iuramentum fidelitatis, cùm disceptari contingit de iurisdictione: imò feudo mulctatur vasallus intentans contra Dominũ actionem famosam, Abb. & Felin. ad cap. cæterùm, de iudic. Scrader. de feud. part. 6. cap. 6. nu. 101. & declarat Rosental. eod. tract. cap. x. conclus. 23. sic contra viros receptæ authoritatis non potest dirigi hæc actio. Sicard. ad l. j. num. 12. C. de dol. Quod si de dolo resultante ex mendacio contenderetur, quod ne quid minimum noceat, vel nocere possit, tunc denegatur actio de dolo, l. quod si venditor. ff. de dolo. l. fundus cuius. §. cum tibi, ff. de euictio. Castr. consl. 411. vol. j. Natt. consl. 588. cũ declaratione allata per Viui. decis. 540. nu. 7. & seqq. lib. 4. Id quod pertinere ad falsitatem probat Iul. Clar. in §. falsum nu. 44. & Mascard. de probat. conclus. 739. multò magis denegatur actio, cùm bonus est dolus, vt apud. Osasc. in sua disputatione nu. 15. post decisiones.

Proinde prudenter Gilhausen. arbor. iudiciar. cap. 3. de libell. nu. 70. actionis de
9 dolo capita sex † recenset, scilicet, factum esse admissum dolo malo, addo ego, ex euidenti calliditate, Sicar. ad d. l. j. nu. 12. etiã ex pacto nudo quò ad eum qui passus est damnum ob rem deductam in pactum minimè seruatũ. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dol. Alex. nuncupatim consl. 41. nu. 2. lib. 3. quem refert Sim. de Præt. consl. 120. nu. 75. fortius ob assertionem temerariam, quæ vt est dolo proxima, facit teneri asseuerantem ad omnia damna, & ad in-
10 teresse dãnificati, veluti in diffamante † se habere aliquod ius contra me, vel in bonis meis, & nil probante intra tempus à Iudice præfixum iuxta constitutionem legis, diffamari. C. de ingen. & manumiss. cuius legis argumentum abũdè prosequitur etiã quòad causas status, Gabriel suis commu. tit. de actio. conclus. 6. Osasc. decis. 151.

Gayll.

Gayll. obseru. 9. lib. j. Minsing. obser. 78. centur. 3. Couarr. var. resolut. lib. ij. cap. 18 Benintend. decis. Bonon. 66. Maur. Burg. tract. de laudim. part. 3. inspect. 31. Illustriss. Card. Tuscus conclus. iur. 411. in litera D. vbi etiam addit de cumulatione remedij. l. si contendat. ff. de fideiussor. quod efficit ne probatio iactationis requiratur; alioqui necessario facienda per diffamatū. Nec sunt multi dies, quibus vnà cum primarijs Italiæ I. C. reddidi responsum in ardua causa pro Illustriss. Baronibus de Courtenay descendētibus à Ludouico Sexto, appellato il Grosso, Francorum Rege, qui post diffamationē agere possent apud Regium Consilium declarari se esse de sanguine Regio, non obstante cursu temporis immemorabilis, cùm ius sanguinis, vtpotè qđ
11 est intra nos, nō sit præscriptibile † passiuè, neq; amissibile, qua super re adest etiā cōs. Peregr. 2. vol. 4. vnde in Regno Frāciæ suc
12 cederet, etiam qui reperiretur † in millesimo gradu, vt in terminis Bald. in c. j. col. 2. de feud. march. cū multis adductis per Lanar. cōs. j. nu. 6. & per Schrad. de feud. par. 10. sectio. 19. nu. 46. Etenim damnum inferens ex hac sua diffamatione, tenetur actione de dolo ad interesse. Cagnol. ad d. l. diffamari, nu. 4. sicuti perperam impediens debitorē alicui satisfacere, & illi protestās, compellitur damnū emendare quodcūq; l. j. ff. de eo per quem fact. erit, Bart. ad l. nō solùm. §. morte, nu. 34. ff. de nou. ope. nūt. cum adductis per Bertazol. cōs. crim. 375. nu. 4. cum trib. seq. vol. 2. Idcircò subiūgitur secundum requisitum, quod actor ex eo dolo damnum senserit. Tertiò requiritur, quòd reus non sit de exceptis personis: sed ex eiusmodi qui rectè ab actore hac possit actione conueniri. Quartò requiritur, quòd damnum duos aureos excedat, quia pro re exigua non solet actio de dolo permitti. vulg. l. si oleū. ff. de dol. quicquid sit in furti actione ob furis iniustitiam: nisi
13 tam exigua † res sit quæ non sapiat culpam mortalem, ne iudicia his leuiusculis occupari contingat. Nauarr. in suo Manuali c. 17. nu. 3. Sotto de iust. & iur. lib. 5. quæst. 3 art. 3. cum adductis per Scholiast. ad Bertazol. cons. 198. Crim. vol. j. & sapienter expendit Gregor. Sayr. Thesaur. cas. conscient. lib. 1. cap. 9. nu. 10. Quintum prætereà est requisitum, quòd nondum sit lapsū
14 † biennium: ideoque huic actioni manum admouens, in libello diem cōmissi doli inserere debet, vt Iudex sciat nūm hoc biennij tempus effluxerit, quia tanti temporis curriculo de dolo actionem extingui placuit. l. vlt. C. de dol. vbi Bal. Salic. & Sicard. Idem scribit Ill. I. C. Camillus Borell. cons. 18. nu. 6. & Osasc. decis. 58. num. 17. Nec prædictis obstat l. non possunt. C. de dol. vbi agenti de dolo, annus præscribitur tantùm, qui nūquam incipit currere, nisi à die scientiæ, & cùm adest copia agendi; Quoniam d. l. vlt. C. de dol. corrigit antecedēt. l. non possunt. ità quòd vtilis annus in biennium continuum conuertitur, quod absenti currit, ac ignoranti. Neque sententiam meam mutat, quod deciditur in l. itaque
15 † in fi. ff. de dol. nēpè contra dolosum perpetuam nobis dari actionem, quia si benè dispiciatur lex illa, loquitur de actione in factū, quæ non infamat, ideò perpetuò durat, idest xxx. annis. Præclarè in materia mensuræ deficientis, quæ sit iam enunciata in instrumento, vid. Bim. cons. 148. num. 32. volum. 2. & vt exemplo res planior fiat, simile inuenio apud Glo. ad l. Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indeb. & ibi Castr. & Ias. dum dicunt, solutum vigore sententiæ non repeti condictione indebiti; sed condictione sine causa, non pecunia soluta, sed tantumdem Valasc. Decis. 56. nu. 5. Cæterùm quod próximè diximus de biennij lapsu in actione de dolo sic extenditur, vt nec detur restitutio in integrū aduersus illum, nisi quādo ageretur ciuiliter ad interesse. Bart. Fulgos. Salic. Castrēs. & Sicar. ad d. l. vlt. C. de dol. Ang. ad l. vlt. ff. si quis testam. lib. ess. iuss. fuer. Thob. Noni. cons. 165. & Socin. cōs. 108. nu. 9. lib. 4. Duo tamen casus excipiendi veniunt. Primus est, quando dolus habens causam permanentem, vt quia dolosus non restituit alienum, nec reddit malè ablatū, cum aliena iactura locupletari, desiderans: contra quàm sanctè docet regula cap. peccatum. non dimittitur. de reg. iur. in 6. facit l. si pro curatorem. §. vlt. & l. dolus. ff. mand. atque Osasc. d. Decis. 58. nu. 35. Alter est casus, cùm dolus in speciale transit carmen, veluti furti, falsi, & huiusmodi: hisce namque casibus non modò vltra biennium: sed &

vltra

vltra decenniũ ius durat experiundi.l.querelam.C.de fals.quæ grauissimus I.C.idem què Illustriss. Card. Tuscus conclus. 585. scitissimè suppeditauit,atq; Bargal.d.tract. lib.6.reg.x. & anteà lib.4. cap.j.nu.17.&
16 deinceps,vbi considerat actionem† de dolo,prout est alia temporalis,alia perpetua: quædam personalis, & quædam rei persecutoria.ibiquè notabiliter declarantur termini.Quinque præcedentibus sextum addo requisitũ in actione de dolo ab alijs præteritum,videlicet,quòd alia nulla sit actio, qua damnum sarciatur; quia quoties dolus contra aliquem commissus purgari po
17 test actione†ex contractu in quo dolus interuenit, tunc doli actio cessat, nec dolus criminaliter puniri potest. l.& elegãter.ff. de dol.Crauet.cons.6.nu.105. cum adductis per Osasc.Decis.137.nu.5.& per Farinac.tract.crim.part.j.q.19.nu.36.&37.
18 vbi pœna † stellionatus, & actio est subsidiaria. Vid.etiam Farinac.cons.7.nu.9.vbi refertur exemplum administratoris. Sic in vendente, vel permutante, vel in solutum dante rem pignoratam cõtra quem est adinuenta accusatio criminalis ex dolo pro crimine stellionatus: quando non est prouisum de alio proprio nomine delicti: nisi pro modico esset obligata, ita vt posset satisfieri vtrique.Boss.sua praxi criminali.titul.de crim. stellion. nu.5. quam doctrinã non admitterem pro venditore asseuerante cum iuramẽto rem venditam esse liberam, quo casu locus est recisioni cõtractus, ad fauorẽ acquisitoris alias non contracturi,latè Steph. Gratian. Rom. Decis. Marchię.13.Glo.vlt.ad l.vnicam.C.rem alien. ger. Nec habet locũ cùm dolus commissus in contractu potest purgari actione de dolo ciuili descendente ex illo contractu, nisi ex huiusmodi dolo oriatur proprium, & peculiare delictũ.additur Natta cons.588. nu.14.quæ accuratè sunt etiam obseruanda per damnum patientem ob pacti nudi inobseruantiam, cui per actionem de dolo subuenitur.Natt.cons.213.nu.2.Rolan.à Vall.cons.4.ad fin. vol.4.Lanfranc. Balb. Decis.108.Bald. singul.4. ibique in addit. Imò aduersus vsurarium non potest agi de dolo, tum quia scienti non fit dolus, cap. scienti,de reg.iur.in 6.cum etiam,quia habet aliud remedium, nempe quia condici possunt vsuræ condictione indebiti, c.Michael.de vsur. Cast.ad l.Neratius.ff. de cõdit.indeb.Abb.cons.34. lib.j. & cons. 81. lib. 2. vel competit actio ex eo contractu, vt declaretur nullus,& fœneratitius remedio per ius canonicũ inducto,Bargal.tract. de dolo lib.6.Reg.34.&35.

PRÆLVDIVM IIII.

Circa actionem in factum.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum vnde, & quando primò in ręd deducatur in exercitium.*

2 *Transactio simplex non obseruata non admittit pœnitentiam, sed præscriptis verbis agitur ad promissorum obseruantiam. quid deinceps in iurata transactione, maximè ob clausulam cæterata apud nos vsitatam, ita tamen,&c.*

3 *Aestimatoria actio qualis: & quę sint eius requisita.*

4 *Actionum illa diuisio, scilicet datiuarum, & natiuarum improbatur Turamino.*

5 *Actionis in factum genera quatuor.*

6 *Nauis, quando in marem irruit, vnde contingit dissipatio, quomodo obligetur dominus nauis ad sarciendum damnum.*

7 *Laudum de iure communi non habet paratã executionem, & quomodò id accipiendũ.*

8 *Sententia instrumẽto deperdito quid agendũ.*

9 *Executio sententiæ ad quem spectet Iudicem.*

10 *Appellatio reducit rem ad eum statum, in quo erat tempore litis contestatæ.*

11 *Emptor, vel conductor quis ex duobus eiusdem rei acquisitoribus præferatur, probata scientia secundi emptoris, vel conductoris inde primo contractu.*

12 *Animal venditum, deindè infra triduũ mortuum nunquid faciat esse locum actioni in factum redhibitoria, & quando.*

13 *Statutum Pap. 115. Rubr. de animali morboso declaratur.*

EX antecedentis actionis de dolo visceribus, ferè vt filia, & ex eius fonte vt riuulus, profluit actio in factum, de qua aliàs dixi in tract. 1

de

de fact. scient. & ignor. inspect. 27. tom. j. non rarò subrogata in illius vices, quę qui-
1 dem actio in factum † datur pro aliquo facto damnoso, vel maleficio, quādo specialis actio nō datur ex illo facto. glo. & Bart. ad l. in factum actio. ff. de actio. & obligat. ex varijs figuris causarum etiam in subsidium legis aquiliæ, teste glo. j. ad l. j. ff. de calumniat. vbi de actione in factū contra calumniatorem agitur, & glo. vltima ad l. 3. C. de rerum permut. veluti si quispiā sub amicitiæ colore, aut familiaritatis iure exegit creditum meum ab incauto, ac credulo debitore, vel habuit aliter rem meam, quàmuis non sit mihi personaliter obligatus; datur itaquè mihi actio personalis in subsidium contra eum in factū, vel ad exhibendum. l. si me, & Titium. ff. si cert. pet. Castr. conf. 62. vol. j. præterea Ioan. Crisp. de Montib. in sua action. arbor. à num. 39. vsq; ad num. 116. enumerat complures casus subsidiariæ actionis in factum, quæ eadem est cū actione præscriptis verbis. Parlador. rer. quotidian. lib. j. c. vlt. par. 5: §. j. nu. 10. Io. Bapt. de S. Blaxio tract. de actio. nu. 68. Ias. ad §. actionum, nu. 115. cū seq. instit. de actio. Duaren. ad l. Iurisgentium, §. & ideò. iuncto §. sed cùm nulla, ff. de pactis, cuius meminit integer tit: in pādectis, de præscripr. verb. & frequens est vsus, vt in exemplis per Iaso. positis ad d. §. actionum, nu. 168. & 169. præsertim in contractibus innominatis. l. insulam, ff. de præscript. verb. Fachinæ. lib. 2. controuers. iur. c. j. vers. secūdam autem propositionem iuris, & ante illum glo. & Bart. ad l. si pro fundo, C. de transact. ac Surd. conf. 418. nu. 3. volum. 3. vbi quàmuis ob defectum † imple-
2 menti non liceat à transactione recedere, nec ad primam actionem redire: tamen transigens potest compelli actione præscriptis verbis ad fidei promissæ obseruationē, quòd si trāsactio foret iurata iuxta l. si quis maior, C. de transac. Decisio petenda est à Gabr. suis cōmunibus tit. de transact. conclus. j. & à Seraph. de iuram. priuil. 48. & priuil. vlt. sed de argumento d. l. si quis maior, vti nimis rigorosæ nō est apud nos curādum, præcipuè verò ob vim clausulæ ita tamen, &c. in fine omnium instrumentorum solitæ apponi. Alb. conf. 677. vol. 4. Crauet. conf. 199. nu. 13. Ruyn. conf. 133. nu. 5. & seq. vol. j. Caroc. de locat. part. 2. tit. de iure iur. paruæ editionis, Barz. Decis. Bonon. 15. & 16. Borgn. Decis. 9. nu. 6. part. j. & Decis. 29. nu. 47. part. 2. In quam
3 classem actio quoq; refertur † æstimatoria, quæ & ipsa pręscriptis verbis dicitur, competens ei, qui alteri rem dedit. æstimatam, vt vel rē ipsam reddat, aut eius æstimationem, l. actio. 1. & §. j. ff. de ęstimator. actio. Ias. ad d. §. actionum nu. 120. cum seqq. In qua tria prorsus requiruntur, scilicet, rem esse traditā reo, & id actor probet: Secundò vt petitio alternatiuè (vt mox dixi) sit concepta. Tertiò verò, quòd neutrum adhuc reus præstiterit, hocquè probari oportet per reum, quia tàm traditio, quàm restitutio facti est: ideò nec illa nec ista præsumitur, nisi ab allegante probetur, vt nos scripsimus tract. de fact. scient. & ignor. inspect. 13. tom. j. sic Gilhausen. eruditissim. I. C. arbor iudiciar. cap. 3. de libell. nu. 109 in summa sit clausula, quòd vbicunq; competit æquitas ex facto, vt quis teneatur sine præambulo contractu, deficitquè specialis actio; oritur in factum actio, quam datiuā nuncupare soleo cum Bart. ad l. primam, ff. de oblig. & actio. Vinc. de Franch. Decis. 39. in fin. part. j. Ias. ad §. item si quis in fraudem, nu. 106. Instit. de actio. Idem ad §. rursus, nu. 78. cum seq. eod. tit. & Illustr. Card. Tuscus practicab. iur. conclu. in littera, A. conclu. 95. nu. 24. quamquàm acutiss. Turamin. forens. epistol. x. demonstra-
4 re † cōtendit, actionum diuisionem in datiuam, & natiuam, mutilam esse ac falsam. Sic vbi liquet initum fuisse cōtractum, qui non habet nomen, præscriptis verbis agi potest vltra actionem in factum ex illis verbis, Ias. ad d. §. actionum, num. 115. 116. & 117. Porrò admonendi sumus, actionis in
5 factum genera † esse, quatuor, glo. ad d. l. in factum actio. & ad §. vlt. Instit. de interdi. cum animaduersione Ias. ad d. §. actionum num. 120. & seq. & Bargal. d. tract. de dol. lib. 5. cap. 7. nu. 58. videlicet, prima quæ ex omni edicto, & interdicto competit actione speciali deficiente, cuiusmodi est reuocatoria actio. de qua in §. item si quis in fraudem. Institution. de action. & in tit. Digest. & C. de his, quæ in fraud. creditò. Alia insuper est actio in factū, quæ præstatur in subsidiū directæ, & vtilis actionis legis Aquiliæ,

gis Aquiliæ, veluti vsuuenit, dato damno de non corpore in nō corpus. exemplum est apud Iustinianum in §. vlt. Institut. de leg. aquil. Quoties præterea æquitatis dictamen pungit, ac stimulat prouideri indemnitati alicuius, nec aliā particularem actionem proditam comperimus: tunc pariter huic actioni locum fieri prædiximus ex l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. His adstipulatur adæquatio, seu æquiualentia inter hāc in factum actionem, & illam superius nominatā, præscriptis verbis in omnibus contractibus innominatis, excepto illo productiuo actionis de dolo tàm incidenti, & emergenti, quàm principaliter considerato, qui dicitur, facio vt des. teste gl. in d. l. in factū. Et verò ociosum nō erit, aliquot exēpla attexere, & delibare quorū illicò vnum offert tex. in l. quemadmodū, §. si Nauis, ff. ad leg. aquil. quem luculēter expendit Beneuenut. Stracc. tract. de naut. par. 3. num. 42. & deinceps, quando nauis
6 vni vsurpata, nauem † alterius culpa nautarum dissipat, & vastat eidem occurrentē, tunc magister nauis per actionem in factū tenetur ad emendam totius damni, si non tamen se purgent à nota culpæ ipsi nautæ modis, de quibus ibi fit mentio. Aliud exēplum habetur in l. ne in arbitris, & l. cum antea, C. de arbitr. vbi pro executione sen-
7 tentiæ arbitri actio † in factū proponi debet, quando tamen trāsiuerit in iudicatū; alioqui laudum non habet de iure cōi paratā executionem, Innoc. ad c. quintaualle, de iur. iur. Alex. cons. 85. nu. 5. lib. 5. & Thesaur. Decis. 26 nu. 4. & de sensu ac de sententia d. l. cum anteà dicetur inferius. Nec officit, quod actio in factum requirit libellum, & petitionem, l. item veniunt, §. idem teste, ff. de petit. hered. Igitur siue ipsum laudum transiuerit in iudicatum, siue non, semper cessat prærogatiua paratæ executionis: Quoniam hanc difficultatem resoluit Bald. cons. 73. nu. 2. lib. 2. inquiēs, de consuetudine fieri executionem absq; alio libello: propterea quòd laudū in iudicio productum eiusq; executionis petitio, vim habet summarij cuiusdam libelli, l. à diuo Pio, §. j. ff. de re iudic. Eò magis cōpetit d. actio in factū pro executione sententiæ iudicis, sicuti petitur executio iudicati officio iudicis nobili per modum cō-

pulsionis; quod est remedium tutius, & communius, l. miles, §. iudicati, vbi Bart. & Ias. ff. de re iudic. Cyn. ad l. ab executionem nu. 2. & 3. C. quor. appellatio nō recipia. & Mart. Coleri. tract. de process. execut. par. 3. ca. 9. nu. 6. & 7. præterquàm vbi sententiā non esset liquida, fortè quia
8 casu aliquo amissum † foret instrumentū sententiæ, nec in actis reperiretur; tunc in factum actio necessaria esset Asini. prax. iudic. c. 3. nu. 49. & 50. Vnde aberrāt, qui
9 opinati sunt, ad iudicem † appellationis, qui primam sententiam cōfirmauit, pertinere executionem sententiæ, maximè;
10 quia appellatio † rem ad eum statum reducat, in quo erat tempore litis cōtestatæ, l. litū demum, vbi Bart. C. de procurat. l. ab executione, §. j. ff. de appell. Alex. ad l. j. ff. de re iudic. Rip. ad l. si insulam, nu. 17. ff. d. verb. oblig. Sed tempore litis contestatæ in causa principali, ne vestigium quidem suberat iudicati: ergo desinit posse considerari facultas exequēdi in iudice ad quē. Nam cùm hodie in fronte secundæ sententiæ moris sit. præmitti, benè vel malè appellatum &c. inde fit. vt ad primum iudicem pertineat executio: Similiter si deserta sit appellatio, vel expirauerint fatalia, consequenter inanis manet hæc inuestigatio, quę definita est in cap. vt debitus, extr. de appell. & de qua apud Mynsing. obser. 94. nu. 4. Asini. prax. iudicia. §. 31. c. 7. & Parlad. lib. 2. rer. quotidia. c. vlt. part. j. §. j. nu. 22. Prodeat in super illud exemplum singulare, de quo apud glo. communiter receptam ad c. si tibi absenti, de præb. in 6. Alber. Bald. Salic. & Ias. ad l. quoties, C. de rei vendic. Couar. variar. resol. lib. 2. c. 19. num. 5. Gabr. suis commu. tit. de empt. & vendit. conclu. 2. num. 5. & 30. Mozzi. de contract. tit. de locat. vers. de natura locatio. nu. 11. Cephal. cons. 718. nu. 12. & Papon. cons. 79. nu. 19. vbi si quispiam duo-
11 bus idem prædium locaslet † eodem tempore, illè præfertur quo ad conductores, cui prius res ipsa tradita verè comperietur etiam per constitutum, nisi is in quem res actualiter peruenit, priorē sciuisset locationem: tunc enim primus conductor actionis realis destitutus auxilio, contra secundū pōt per prætoriā actionē in factū à secundo reuocare conductore, quodcūq;

in fraudē factū, dūmodo probetur sciētia secūdi cōductoris de prima locatione per primū conductorem volentem sub prætextu malę fidei inde resultantis secūdum excludere. Soc. sen. cons. 29. lib. 4. Ias. ad d. §. item si quis in fraudē. nu. 116. & 129. & ad §. sed istæ, nu. 89. de actio. Bald. ad rub. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. circa princ. Ferratius nō obscurè cautel. 48. nu. 4. & Marilian. in repetit. d. l. quoties, nu. 293. & seq. C. tit. alleg. Est etiam in factū
12 actio redhibitoria cōtra venditorē,† tàm ignorantē, quàm scientē, quando venditū animal animi vel corporis habet vitiū vel simul vtrūq; pro pretij recuperatione, siue sit mortuū infra triduū à venditione ipsa: siue etiā post, probatis extremis, vt apud Snrd. Decis. 146. Viui. Decis. 382. parte 2. Mascar. de probat. conclu. 92. Decis. Perus. 118. part. 2. quasi præsumatur morbosus de tēpore vēditionis: maximè in spe
13 ctō† statut. Ticini 15. in ciuilib. sub rub. de animali mobos. vbi de semestri ad exercitium redhibitoriæ in casu mortis secutæ ob morbum pulmonariæ, vt ibi loquitur, sed nō extenditur dispositio d. statut. vltra casum pulmonariæ; qui habet ratione ab alijs longè diuersam, & idcircò reliqui casus omissi remanent in dispositione iuris communis, vulg. l. cōmodissimè. ff. de lib. & posthu. Nec in ponendis exemplis vlterius progredior, satis adducta sufficere ad declarationem eorum, quæ ad in factū actionem pertinent.

PRÆLVDIVM. V.

Circa probationem, seu modum probandi subsidiario remedio locum esse.

SVMMARIVM.

1 *Oculus Dei, & oculus legis oīa nouunt.*
2 *Paupertatē allegans in iudicijs debet probare eius duritiem, seu vexationem tpe litis cōtestatæ, & quomodò hoc accipiendū.*
3 *Excussionis præmittendæ ordo, & illius facienda forma.*
4 *Soluendo quilibet præsumitur.*
5 *Correi existentia, cuius facultates sunt idoneæ, opatur ne sit locus remedio subsidiario.*
6 *Idoneus quis dicatur, præcipuè in materia alimentorum.*
7 *Permutatio rerum sterilium ecclesiæ etiā in ampliore iugatione, an licita, & valida sit cum bonis fertilibus minoris perticatus.*
8 *Bona infructuosa, sterilia, & inutilia, quæ dicuntur.*
9 *Pignus rei absq; verisimili spe luitionis æquiparatur alienationi translatiuæ dominij.*
10 *Fideiussor idoneus quis censendus. Itidem depositarius.*

AD rem nostrā etiam facit inuestigatio, quomodo probetur subsidiario locum esse remedio, nam si refertur ad ius quæstio ista, illud sufficit allegari, quia oculus legis est, veluti oculus
1 † Dei, qui omnia nouit, & cui nuda sunt omnia, atquè aperta Bald. cons. 141. nu. 4 vol. j. Natt. cons. 66. nu. 3. vol. j. & Cæsar Contard. ad l. vnic. limit. 4, nu. 15. C. si de moment. possess. Quod si ad factum hāc referamus dubitationē, distinguendi sunt aliqui casus ad Doctorum mētem, qui de hoc argumento sunt locuti.

Primus est, quando aliquis excusat se
2 tāquàm † pauperem, & tunc paupertatem probare tenetur, extitisse tempore litis cō testatæ, §. item propter. Instit. de excusat. tuto. Bald. cons. 449. volum. 5. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 27. num. 4. Menoch. eiusd. nom. tract. præsumpt. 25. num. 14. libr. 6. Mascard. de probat. conclus. 1154. Cornel. Benincas. tract. de paupert. quæst. 6. Fului. Pacian. de probat. ca. 54. lib. j. Paris. cons. 50. nu. 61. cum seqq. tom. j. Gail. obser. 142. lib. j. Mysinge. obser. 97. centur. 4. & probatio paupertatis legitimè facta quandocunque, præsertim verò ante latam sententiam opitulatur, ne obsit desertio, aut lapsus instantiæ. Alba. consil. 181. num. 6. & seq. vol. j.

Secundus est casus, quādo agitur de ter tij præiudicio, idest, de molestando tertiū sub prætextu, quòd alter, ad quem principaliter negotij pertinet pondus, non sit soluēndo, vel alia nō habeat bona, & tunc contra tertium agendi præcluditur via,
3 nisi facta diligenti † excussione contra principalem. l. j. & pen. C. de his, quę in fraud. credit. l. j. vbi Bart. C. si vendit. pignor. agat.

agat. l. 2. C. de debit. ciuit. lib. xj. glo. ad
§. item si quis in fraud. Instit. de action.
vbi Ias. num. 86. subijcit, quòd in huius-
modi excussione facienda iudex consue-
uit mittere vnum, vel duos nuncios, qui
adhibita omni diligentia, & exacta per-
quisitione facta referant cum iuramento,
quæ & qualia bona sint ibidem inuenta.
Quòd si possessores pertinaciter asseue-
rent, debitorem habere alia bona, iudex
debet illis statuere terminum competen-
tem ad probandum: mox audire partem
super articulo, an plura extent bona, An-
gel. & Imol. ad l. à diuo Pio, §. in vendi-
tione, ff. de re iudic. Ratio autem prædi-
ctorum casuum est, quia quilibet præsu-
4 mitur † soluendo, c. dudum, de præsum-
pt. & l. si creditores, ff. de priuil. creditor.
& hanc materiam excussionis reficiet v-
num ex nostris subsidiarijs remedijs infe-
rius subijciendis.

Tertius est casus, quando pro allegantẽ
seu intentante remedium subsidiariũ ad-
ducitur aliqua præsumptio, aut verisimilis
coniectura; & tunc ab arbitrio iudicis pen-
det, num quid releuet necne, Vrsil. ad Afflic.
Decis. 318. in fin. Bald. ad authen. hodie,
nu. 4. C. de appell. Bart. Alex. Ias. & Ripa,
ad l. si constante, ff. solut. matr. & Philip.
Franc. ad. c. ex ratione, num. 40. de appel.
Mascard. Menoch. & alij, in locis paulò
ante indicatis.

Vltimus est casus, quãdo constat aliquẽ
non esse soluendo, vel quia pars admittit:
vel quia notoriũ est iudici, vt iudici, vel ali-
ter, iuxta traditionẽ, Crau. cons. 199. nu. 5.
6. & 7. & tũc rursus distingui oportet, ad
hunc modũ. Aut is habet correũ, cuius fa-
cultates sunt idoneæ, & ad idẽ obligatæ:
& tunc nõ dicitur quis esse non soluendo
5 ad effectũ vtendi † remedijs subsidiarijs, e-
tiã si patens sit defectus propriæ substãtiæ,
præclarè Afflic. Decis. 312. Aut nullus ex
tat correus, & tunc si res non sit cũ fideius
6 sore dicitur † quis idoneus, & soluendo,
præcipuè verò in materia alimentorũ, vel
præstandorũ, vel alij subministrandorum
iure sanguinis, vel alio prætextu etiã, qui
habet bona fideicommissaria, vel oneri re
stitutionis obnoxia. l. sciendum. §. j. ff. qui
satisda. cog. quia possunt etiam interim
alienari, nisi expressim sit prohibita alie-
natio. l. vlt. §. sin autem sub conditione.
C. commu. de legat. nisi sint sterilia pror-
sus, ac inutilia, Purpur. cons. 168. num. 7.
cùm paria sint, non habere bona, vel ha-
bere inutilia omnino, Alex. ad d. l. scien-
dum, facit Caroc. Decis. 106. & tradita
per nos tract. de fact. sciẽt. & ignor. inspe-
ctio. 23. tom. j. vnde scribit Calde. cons. 5.
de rer. permut. quod valida est permuta-
7 tio † rerum ecclesiæ sterilium etiam in ma-
iore iugatione, seu ampliore numero per-
ticarum cum bonis longè minoris iuga-
tionis, sed fertilibus & maioris æstimatio-
nis, nec proficit ecclesiæ si postea fuissent
dicta bona sua redacta ad feracitatẽ egre-
giam, si in contractu non fuit vitium, nec
defectus in pretio, quia nõ tẽpus superue-
niens debet attendi; sed rei status tẽpore
cõtractus. l. 2. C. de rescin. vend. Redoã. de
reb. eccl. nõ alien. rub. 19. nu. 139. & latè
Gabr. sui cõmu. tit. de empt. & vendit. cõ-
clus. j. nu. 49. & 50. Quæ aũt sint censen-
8 da bona † infructuosa, sterilia, & inutilia,
varijs modis exponitur. Ego intelligerem
illa dici, quæ vel afferunt impensam sine
vtilitate, vel plus incommodi, quàm com
modi, vel quæ afferunt, nec vtilitatem, nec
impensam. Afflict. Decision. 87. Capyc.
Decisio. 113. & ex aliorum testimonio
Carroci. tractat. de excussio. bono. part.
2. quæst. 35. num. 21. & multis seqq. vbi
insuper explicat, quis dicatur non soluen-
do, aut non idoneus concludens, quod
possessor immobilium in loco periculo-
so, veluti in montibus, quia lauantur ab
aquis: vel iuxta Flumen ob inundatio-
nes, & corrosiones: vel retinens pecuni-
as ad interesse, vel possidens rem super
qua litigatur: vel oppignoratã pro quan-
9 titate † ablatiua spei luitionis, non repu-
tatur idoneus, nec dicitur soluendo, sicu-
ti nec habens bona in mercibus periculo-
sis, vt in mari, aut apud hostes, ibique sin-
gula capita optimè probantur, immò dos
non computatur in bonis viri, vt per hoc
censeatur ditior. Glos. ad l. ad subeundã,
C. de Decurion. libr. decimo. Planè ũ-
10 niuersum est in fideiussore, † aut in deposi-
sitario, qui non dicitur idoneus, si habe-
ant bona subiecta restitutioni, seu fidei-
cõmisso, vel hypothecata pro æquiualen-
tia, aut supposita censui, etiam quod inte-

rim eis fruatur. Marsil. ad rubr. ff. de fideiussor. nu. 261. Purpur. cons. 168. num. 7. Rebuff. de sentent. executio. glo. 16. art. 1. nu. 22. cum seqq. Bursat. cons. 112. n. vol. j. Alb. d. consil. 161. nu. 5. Martianen. cons. 47. nu. 14. & Sfort. Odd. de restit. in integr. quest. 48. num. 65. cum seqq. & sic dispar est conditio fideiussoris, & illius, à quo requiritur fideiussio, necnon illius, qui aduolat ad remedium aliquod subsidiarium sub prætextu inopiæ, aut defectus propriæ substantię, sicuti cōsiderari oportet conditionem eius, qui cōuenit, & qui conuenitur, pro religione iudicantis. Caroc. dict. quæst. 35. Mascar. Menoch. supra annot. loco.

VI. PRÆLVDIVM.

Ad quem pertineat onus probandi esse locū remedio subsidiario.

SVMMARIVM.

1 *Asserenti, tàm in Iudicijs, quàm in supplicatione aliundè non habere, an interim, & quando credatur.*

2 *Donata fuisse omnia bona dicens, an probet, necnè.*

3 *Glo. in l. cum de lege. ff. de probat. dictum quando obtineat, distinctionis fœdere monstratur.*

4 *Fideicommissarius agens cōtra tertium possessorem bonorum vinculatorum fidei commisso quando repellatur, si conuentus dicat non constare de prioribus alienationibus.*

5 *Bona alienata per grauatum citrà fraudem & sine fuco, quando imputentur in quartus debitas grauato.*

1 Verunt aliqui in ea opinione, vt satis fundata censeri debeat intentio asserentis se aliunde † non habere: sicuti negantis bona extare, vel alia bona non extare, siue præsumptio sit pro negante, siue nō: per glo. vulgatiss. in l. cùm de lege ff. de probat. Curt. sen. cōs. 27. dicens communiter ità practicari. Rip. de cōi ad cap. cùm ecclesia sutrina nu. 85. de causa possess. & proprietat. & Alciat. de præsumpt. reg. 20. præsumpt. 20. Herculan. de probād. negati. nu. 255. Crau. de antiq. temp. par. 2. nu. 55. in fi. vbi ampliat in actis iudicij quos allegar. sub hoc ordine Surd. cōs. 267. n. 35. volu. 2. vbi attestatur dictū illius glo. indistinctè procedere, siue res sit cum actore, siue cū reo, teste Alex. ad rubr. ff. de nou. op. nūc. & ad l. vlt. S. licētia. C. de iur. deliber. vnde supplicans cum assertione negatiua, bona non sufficere, transfert saltem onus in aduersarium oppositū probandi. Ant. Sola ad antiq. decret. Sabaud. tit. de feud. glo. 4. secū. par. nu. 7. sicut qui dicit donata †
2 fuisse omnia bona, quia plura non extant in patrimonio donantis, alio nō apparente obtinet in actione reuocatoria ob suspectam fraudem, vel circa nullitatē donationis, si non esset publicata, nec iurata formiter ad Cæsar. constit. formam, tit. de donatio. in dominio Mediolani, Alexan. con. 55. nu. 6. vol. 1. & Fab. Turret. consi. 40. nu. 11. cum seq. vol. 2. Verùmtamen quia esset in potestate asserentis proferre, quod mallet cōtra l. maritus S. vlt. ff. ad l. Falcid. & pro libito locum facere subsidiario remedio; receptius est, vt dictum gloss. neutiquam procedat sine præsumptione iuris pro negante, vel saltem cōcurrere oportet verisimilem aliquam coniecturam pro negante. Vrsill. ad Afflict. decis. 318. in fin. Paris. cons. 50. nu. 62. cum seqq. tom. j. Couarruu. variar. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 4. Beci. cons. 100. Mascard. de probatio. concl. 205. Fulu. Pacia. eiusdem nominis tract. lib. j. cap. 46. D. Menoch. præsumpt. 26. lib. 6. Caroc. tractat. de excussio. bonor. part. 2. quæst. 35. nu. 13. Peregri. de fideicomiss. art. 39. nu. 14. fortius istud procedit in sustinente partes rei si eidem assistat aliqua etiam leuis arbitrio iudicis coniectura. Gabriel. sui. com. mun. tit. de præsumpt. concl. 7. num. 14. licèt referat Alex. cōtradicentem. Quod
3 si præcedens opinio † cuipiam non valdè sedeat, distinguendum erit. cum Marcabrun. Anguill. cons. 59. num. 50. cum seqq. dum ait, si agitur de leui præiuditio, standum est dicto illius glo. non ità, si graue alicui immineat præiudicium, vel aliter dici potest cum Thob. Noni. cons. 16. nu. 18. vsque

18. vſque ad fin. quod aut aſſertio negatiua reſpicit præteritum, & tunc ſibi locum non arrogat aſſertio dictæ gloſ. Aut concernit ſtatum præſentis temporis, & tunc obtinet negans, quò ad contrarium ꝓbetur. Hinc fit, vt fidei cõmiſſariũ † agente
4 rei vendicatione contra tertium poſſeſſorem bonorum obnoxiorũ, repellat ſtatim exceptio rei conuenti dicentis, rem per eum poſſeſſam auferri ſibi non poſſe, quia non conſtat de prioribus alienationibus: & idcircò dubia redditur fideicommiſſarij actio, dummodò fideicõmiſſum ſit tale, ex quo poſſit detrahi per grauatũ portio legitimaria, vel trebellianica, vel v-
5 traque ſimul, cum eo caſu alienationes † ſubſiſtant pro rata quartarum, quaſi facta ex iuris prouidentia in his electione, & imputatione, ſeu compenſatione. Peregr. dicto loco in fi. Crauet. conſ. 316. Mago. ſub Rot. Florent. Deciſ. 35. num 21. cum ſeq. Hondede. conſ. 58. vol. 1. Surd. conſ. 128. num. 21. vol. j. dummodò bona fide facta ſit alienatio, aliàs ſecus. Doctiſſ. Præſes Morot. conſ. 13. num. 19. & 20. & nos tractat. de portione rat. quæſt. 140. n. 11. Ex quibus facilè quiſq; intelliget, quis in remedij ſubſidiarij vſu probet quãdo habet implicitam, vel explicitam negatiuã: vt plerumq; accidit ex ſuppoſitione, & exercitio, ſi medullitus expendatur indoles cuiuſque ex propoſitis, & referendis opportunè hiſce remedijs. Additur prædictis in ſignis traditio Fabij de Anna cõſil. 85. num. 4. cum quattuor ſeqq. In habente vel non habẽte: vnde declar. Bald. conſ. vol. 2. & excuſſionem requiri, vt ſit locus remedio ſubſidiario: probatur ex Gabr. conſ. 25. nu. 18. vol. 1.

VII. PRÆLVDIVM.

Circa ſigna, & regulas Remedij ſubſidiarij.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula (vel ſaltem) dicitur ſubſidiaria, & quomodo.*
2 *Libellus etiam contraria continens remedia, admittitur ſubalternatiuè, ſeu ſubordinatè vel conditionaliter.*
3 *Clauſula (ſuper quibus) virtus, & ſenſus.*
4 *Alternatiua propè accedit ſubſidiario remedio.*
5 *Vix, dictio, an ſemper includat remedium ſubſidiarium.*
6 *Aequitas dicitur columna in medio, non angulus, aut fauor partialis, & quid præſtet.*
7 *Subſidiaria prouiſio vt ſeceruatur.*
8 *Subſidiaria remedia alia origine tantum, alia origine ſimul, & exercitio.*
9 *Subſidiario remedio locum faciunt tria, ſcilicet, dictamen æquitatis, repugnantia regularum iuris communis, & quod deſit remedium ordinarium.*

Quomodo autem dignoſcatur, opus eſſe remedio aliquo ſubſidiario lege ſic iubẽte, aut clementer prouidente, quædam extant ſigna paucis hactenus explorata, nedum perfecta. Inter quæ
1 clauſula † illa (vel ſaltem) quæ disiunctiua dicitur ſubſidiaria, l. j. C. de emendat. propinquo Bart. ad l. j. nu. 5. ff. de iur. codicill. & ad l. ſi ità eſſet, nu. 7. ff. de aur. & argẽt. lega. Fab. Turrett. tract. de clauſula codicill. quæſt. 12. Defectu. 4. num. 2. vnde Aul. Gell. noct. Attic. lib. xj. cap. pẽ. ait, dictionem, ſaltem, exponi, idest, ſi aliter. Idipſum docuit Corn. conſ. 190. in princip. volum. j. defendens libellum, in quo non erat ſimpliciter intentatum Saluianum vtile interdictum: ſed in ſubſidium, hoc eſt, deficiente hypothecaria. Eugen. conſil. 65. propterea quòd in concluſione libelli petitum fuerat declarari, bona in calce libelli deſcripta fuiſſe, & eſſe hypothecata atque obligata libellanti pro dotibus, & antifato: vel ſaltem ipſa bona ſpectare, & pertinere ad libellantem ex vtili Saluiano interdicto, de quo inferius inter hæc noſtra remedia, & ità Saluianum vtile fuiſſe intentatũ in defectum hypothecariæ, ſi non poſſit agens obtinere in hypothecaria. Ità Caſtr. conſil. 79. num. 7. volum. j. vbi hæc dictio poſita inter duas petitiones incipit operari, ſi prima petitio non deſeruiat. & Bald. conſil. 69. num. 2. lib. 2. vbi etiam conſideratur, quãdo ea dictio ponitur circa terminum effectus, vel potentiæ, & quid vtrobi præ-

ſtet, Illuſtriſſ. Card. Tuſcus volum. 2. pra-
cticab. concluſionum. littera B. concluſio.
367. ſic de clauſula ad minus, Pariſi. conſ.
34. num. 7. volum. 3. Qua ratione ſuſtine-
2 tur quoque † libellus continens alternati-
uè, vel conditionaliter, ſeu ſubordinatè
remedia etiam continens contraria: non
ſi ſimul, & principaliter, vel abſolutè pro-
ponerentur. inſigniter Angel. ad l. Papi-
nianus. §. ſi quis irritū. ff. de inoff. teſtam.
Crauett. conſil. 862. volum. 5. Bero. conſi.
primo, num. 8. volnm. 3. Pract. Papien. in
form. appellatio. à diffinitiu. verſ. & in quā
tum nu. 3. Vant. tract. de nullitat. tit. quot
& quib. mod. nullit. num. 114. Ante alios
Dyn. ad cap. nullus pluribus num. 8. & 9.
de reg. iur. in 6. Sic quando adeſt clauſu-
3 la † circuncisa, ſuper quibus &c. vel omni
meliori modo, quia cenſentur cumulata
euentualiter, & ordine ſucceſſiuo Alexā.
conſil. 34. num. 3. volum. 3. & Corn. cōſil.
4 218. num. 3. lib. 3. ſic dictio † alternatiua
ex ſe deſignat quandoque vnam rem, vel
perſonam, vel vnum actum poni in ſubſi-
dium alterius: caſus eſt in l. hæredes, §. vl-
timo. ff. ad trebell. & Oldrad. conſil. 314.
num. 8. & quando duo actus propoſiti cō
periūtur, primus in ordine ſcripturæ exe-
quendus eſt: mox ſecundus in ſubſidium,
l. cum pater, §. à te peto. ff. de leg. 2. cap.
mandatum, de præbend. in 6. Decian. cō-
ſil. 9. nu. 33. volū. 2. Turret. tract. de clau-
ſul. codicill. quæſt. 12. effect. 9. num. 6. Si-
militer quando in lege, aut ſtatuto, aut in
5 cōſtitutione reperiretur dictiuncula † vix,
tunc ſi refertur ad res, ferè ſemper inclu-
dit remedium ſubſidiarium, aut prouiſio-
nem in ſubſidium. l. primo gradu, ibi, vix
ad quartam partem æris alieni ſufficere,
ff. quæ in fraudem creditorum, vbi pactū
inter heredē, & creditores hereditarios,
non nocet legatarijs, quatenus hereditas
ſit ſoluendo: aliàs ſecus. cùm bona nō di-
cantur, niſi de ducto ære alieno, vt ibi in
glo. ſic. in l. filiusfamilias §. apud Marcel-
lum. ibi, vix eſt, vt legatarium. ff. de leg. 1.
& l. ſi iure, ff. de leg. 3. Et generaliter ob
admirabile illud temperamentum, quod
ex præfata ratione omnia moderatur ęq-
6 tatem † appello colūnam in medio, & non
angulum, aut fauorem partialem, Teſte
Bal. in conſil. 486. circa fin. volum. 2. Soc.
conſil. 159. num. 28. lib. 2. Rom. conſil. 60
num. 4. quicquid fit vel fieri mādatur, vel
diſpoſitum comperitur, dummodo abſit
contractus, vel quaſi maleficium vel qua-
ſi, ibi prouiſio dicitur ſubſidiaria: præci-
puè, vbi ſemoto circuitu procedi permit-
titur: Anchara. conſil. 23. nu. 11. cum ſeq.
Fulgoſ. ad l. j. num. 7. & ſeq. C. de legib.
Caſtren. conſil. 62. & 96. lib. j. Bald. conſ.
349. nu. 3. lib. j. vbi in terminis. l. ſi me, &
Titium. (de qua inferius pro virili vtique
mea plenè tractabitur) ff. ſi cert. petat. di-
cit, quòd ille text. tantæ æquitatis merca-
torum deberet ſpeculū eſſe ad euitandam
quamcumque locupletationem cum al-
terius detrimento, ſi detrimentum ſit cul-
pabile. Cordub. ad l. ſi quis à liberis. §. ſi
quis ex his. nu. 94. ff. de lib. agnoſ. vnde
glo. in authen. vt ſine prohib. verſ. exiſti-
mamus. notat, æquitatem eſſe tanti mo-
7 menti, vt vbicunque æquitas † ſubeſt. lici-
tum eſt in ducere fallentiam legi, vt non
habeat locum lex in illo caſu contra ęqui-
tatem naturalem: nullaq; melior poteſt
fieri interpretatio, quàm ſecundùm verā
æquitatem, quę ineſt à natura, quę in arte
recti, & boni conſiſtit, non in æquitate
abuſiua. Roman. cōſ. 149. & 205. Decian.
conſ. 36. n. 44. volum. j. Vnde ſiue agatur
8 de remedio ſubſidiario † origine tantū, &
de ſubſidiario origine, atq; exercitio ſimul
hæc eſt maxima, vt ibi dignoſcatur reme-
9 dium ſubſidiarium, vbi tria concurrunt †
agminatim, ſcilicet æquitatis dictamen,
repugnantia regularum iuris communis,
& quod aliundè via ordinaria non ſit cō-
ſultū parti. l. & ſi nihil. ff. de reg. iur. l. vlt.
ff. de in integr. reſtit. Auct. ex cauſa. C. de
lib. præterit. l. æquiſſimum. ff. de vſufruct.
l. j. ff. de mi grando. d. l. ſi me & Titium. ff.
ſi cert. pet. l. 4. C. de ædifi. priuat. cum ſimi-
libus vid. Iaſ. in. l. commodis ad fin. ff. de
re iud.

PRÆLVDIVM VIII.

Circa cumulationem plurium remediorum
ſubſidiariorum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Cumulatio remediorum subsidiariorum quando permissa.*
2 *Clausula, omni meliori modo, & clausula, ius, & iustitiam &c. effectus in libellis.*
3 *Actio in factum, condictio ex lege, & officiū iudicis quanto tempore durent.*
4 *Remedium rescissorium quamdiu duret, & quid in remedio rescindente.*
5 *Actio in factum in quibus differat ab officio iudicis.*
6 *Interpellatio extraiudicialis quando constituat interpellatum in mora.*
7 *Sortem simpliciter petens, vel recipiens, an sibi praiudicet in interesse.*
8 *Hypotheca super dote cum prælationis privilegio, quando influat in interusurium.*
9 *Alexandri traditio ad l. si cùm dotem. §. sin autem in fæuissimo. ff. solut. matrim. non suscipienda.*

Cumulantur autē aliquando subsidiaria remedia actu, & potentia. Homod. consil. 177. quoniam si factū fuit narratum, & petitum
8 preiudicium reclamationis oblatio † dādi bona insolutum facta esset per debitorē, & mox acceptata per creditorem posset adhuc variare debitor: secus si esset facta oblatio simpliciter, & sine reseruatione aut protestatione. Capyc. Decis. 41. in fin. sicuti electio semel facta per creditorem est inuariabilis, vt nos scripsimus cons. 39. vol. 1. Caroc. de oblat. par. 2. q. 10. in fin.

REMEDII III. ILLATIO.

Circa compensationem speciei ad quantitatem inuito creditore.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio de specie ad quantitatem admittitur in subsidium, & quando.*

2 *Argumentum de solutione ad compensationem valet affirmatiuè.*

3 *Aestimatio succedit in locum rei petitæ, vbi non extat res.*

4 *Compensationis de specie ad quantitatem oppositio sustinetur in casibus, in quibus mutua petitio admittitur.*

5 *Reconuentio aliquando toleratur de specie ad quantitatem, sicuti de non liquido ad liquidum, quando compensationi non esset locus, non tamen, quo ad retardandam exequutionem liquidi, maximè quando reconuentio non esset æquè liquida, vel altius examen requireret.*

Va ratione exponebamus, solui posse inuito creditori aliud pro alio in subsidium; eadem admonendi sumus in compensatione
1 † cui aliàs non fieret locus in iudicijs de specie ad quantitatem parte contradicente, nisi constaret de contraria, mente disponentis, per text. in l. si conuenerit. ff. de pignorat. actio. l. si nō sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. glo. actio. ad l. vlt. C. de compensat. Alex. & Deci. ad authen. præterea. C. vnd. vir. & vxor. Imol. ad l. si cùm dotem. §. si pater. ff. solut. matrim. Natt. cons. 109. nu. 12. & cons. 111. nu. 8. Surd. cōs. 112. nu. 55. 93. & 101. vol. j. Petr. Ioann. Anchar. lib. j. quæst. 2. Decis. Perus. 15. num. 5. & seqq. part. j. Sebast. Medices tract. de compensat. quæst. 3. Tyndar. eius nominis tract. artic. 3. admittendam esse in subsidium de specie ad quantitatem, scilicet, quando species debita non extat, vel reperitur cōsumpta, vel est aliena, nec dominus vult eam vēdere, vel prætendit exigere pro ea maius solito, & valore pretium, Petr. de Bellapert. & Bald. ad d. l. vlt. C. de compēsat. & Ias. ad §. in bonafidei. nu. 66. & 68. Instit. de actio. & ad l. huiusmodi. §. cum pater, nu. 12. de leg. j. Ratio est in promptu, quia valet argumentum de solutione
2 † ad compensationem affirmatiuè, nempè illa possint deduci in compensationem, quæ solui possunt inuito creditori. Ias. d. loco nu. 68. quandoquidem compensatio sic ficta solutio. Afflict. Decis. 381. Osasc. Decis. 92. Seraph. de iuram. priuil. 74. Sur

dus Decis. 117. & 161. Rota Roma. decis. 7. part. 2. in nouiss. Aliâ reddit rationem Carol. Crass. tract. de exception. aduersus stat. except. 16. nu. 53. inquiens, quando
3 res petita non extat, compensationem † fieri de æstimatione illius subrogata ex legis prouidentia in locũ rei, ideoq; fieri in effectu de quantitate ad quantitatem ad euitandam omnem impossibilitatem. Ac citra subsidiariam hãc causam in casibus,
4 in quibus mutua † admittitur petitio, de quibus apud Marian. Socin. ad cap. j. de mut. petit. D. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 184. Viui. Decis. 128. part. j. & Carpan. ad statut. Mediol. cap. 44. num. 107. cum seqq. part. j. oppositio compensationis de specie ad quãtitatem sustinetur,
5 vt recõuentio quædam quæ de specie † ad quantitatem toleratur, sicuti de nõ liquido ad liquidum, Decian. cons. 94. nu. 25. tom. 3. & ante eum Paris. cons. vlt. nu. 32. vol. 2 Surd. cons. 248. nu. 24. vol. 2. Natta cons. 155. lib. j. Viui. Decis. 128. lib. j. non tamen ad retardandam executionem liquidi, maximè per confessionem partis, quando reconuentio nõ esset æquè liquida, vel postularet longius examen, etiam si ex eodem fonte, quo oritur conuentio, dimanet reconuentio, Decian. cons. 99. vol. 2. Honded. cons. 21. vol. j. Mysinger. obseruat. 10. centur. prima.

REMEDIVM IV.

Ex l. Imperator. ff. ad Trebell. odio patris dilapidantis bona fideicommissaria post eius obitum filio restituenda, siue fiat dilapidatio in totũ, siue in parte, Cephal. consil. 112. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Patris fideicõmissaria bona filio restituẽda consnmentis odio est prouisum per adiudicationem eorumdem bonorũ filio faciendam, etiam quò ad vsumfructum durante vita patris.*

2 *Patris dissipantis, vel male administrantis cautio non recipitur.*

3 *Patris collusio cum filio non officit creditorib,*

4 *Pater quando dicatur malè administrare in terminis, l. Imperator, ff. ad trebell.*

5 *Patri, etiam bannito, vel excommunicato debentur alimenta, & non obstante dilapidatione.*

6 *Creditores Patris, an teneantur ad alimenta filiorum debitoris ex vsufructu bonorum aduentitiorum eisdem adiudicato, dum viuit pater debitor.*

7 *Patris repudiatio de vsufructu bonorum aduentitiorum filij, an sit efficax in praeiudicium creditorum.*

8 *Menoch. consil. 77. vol. 1. confutatur per Peregrin. consil. 46. volum. 3.*

9 *Pralatus, quando possit praeiudicare Ecclesiæ negligendo, vel non acquirendo, & quando teneatur de suo ipse negligens ius Ecclesiæ liquidum erga Ecclesiam.*

Equè bona, & fortè vtilior nos inuadit cogitatio, si exposuerimus cõtext. in l. Imperator. ff. ad Trebell. (cuius similis casus habetur in l. filijs matrem. C. de inoff. test.) cum Pinello ad l. primam. part. 2. nu. 33. C. de bon. matern. Suarez allegatio. 4. Barbos. præstantiss. ad l. si constante in princ. num. 41. ff. solut. matrim. Molin. de Hispan. primog. lib. j. cap. 16. nu. 2. 7. & 12. & aliò Molin. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 228. Boer. Decis. 61. Osasc. Decis. 180. nu. 8. Surd. cons. 116. num. 24. & 48. vol. j. Idem tract. de alimen. tit. j. q. 58 nu. 6. & tit. 9. quæst. 25. nu. 57. cum seqq. Peregrin. de fideicom. artic. 40. num. 10. cum seq. Melius quam alibi apud Pacian. cons. 83. Ea enim lege prouidetur indem
1 nitati † filij vocati ad fideicõmissum post obitum patris, vt bona obnoxia sibi adiudicari petere valeat, etiam antequàm cedat dies fideicommissi, quòad vsumfructũ quoque quandiu pater vitam viuit. si ille dissipauerit, vel malè fideicommissaria bona administrauerit, vt per insignem Doctorem Morotium cons. 18. nu. 29. Surd. cons. 403. nu. 82. vol. 3. & vsque adeò debet remoueri pater ab administratione bonorum filij, vt nec audiendus sit, si ve-
2 lit cauere, † & inuentariũ conficere, cùm huiusmodi cautiones ius liberorum haud tutum reddant, Alexand. ad d. l. Imperator;

tor; & quamprimùm patri aufertur administratio ob eius culpam consistentem in cõmittendo. Seraphin. de iuram. priuil. 31. nu. 34. Bal. in l. cum opportet. §. non autem. nu. 1. C. de bon. quæ lib. Contrariũ defendit Laderch. d. conf. 85. num. 2. Molin. de Hisp. primog. lib. j. cap. 10. nu. 16. Pacian. d. loco col. vlt. declarat, si tamen
3 nulla † adsit collusio, requiritur enim in parte dolus, vel magna negligẽtia, vt huic remedio sit locus, Laderch. conf. 85. num. 2. & 3. Molin. d. nu. 12. aliàs patri debentur fructus omnes bonorum fideicõmisso obnoxiorum in specie, de qua in d. l. Imperator. Peregrin. de fideicom. art. 40. nu. 16. cum seq. sed repente vsufructu priuari debet pater dilapidator, etiam quò ad præiudicium creditorũ, ità quod interueniat sententia priuatiua ex regula, quòd resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris vulg. l. lex vectigali. ff. de pignor. Ità in pdicto Castr. ad d. l. Imperator, & Boer. dict. Decis. 61. vbi quoque declarat, quando
4 pater † dicatur malè administrare, vt obseruauit Cassane. ad cõsuetud. Burgund. rubr. 6. §. 5. glo. 2. tit. des infans, Ioann. del Castill. tract. de vsufruct. cap. 3. num. 99. cum seq. & Vinc. de Franch. Decis. 10. nume. 11. & seq. part. j. In subsidium tamen
5 debentur patri † alimenta ex dict. fructibus, & iure sanguinis, etiamsi esset excommunicatus, Olasc. & Surd. prædict. in locis, Barzi. Decis. Bononien. 130. num. 29. & 127. vel bãnitus quemadmodum probat Blascus in sylua suorum memorabiliũ memorab. j. vt nec marito dilapidatori denegentur alimenta, iuxta deductionẽ nostram supra in primo remedio. Quibus famulatur dispositio tex. in l. statius, §. vlt. ff. de iure fisci, traditio Couaruu. ad cap. peccatum, part. 2. §. j. nu. 3. de reg. iur. in 6. & Io. Petr. Mosignat. tract. de retent. q. 101. & 148. vbi qui summa egestate premitur, potest etiam alienam rem retinere aut capere, vt suæ vitæ cõsulat, qua ratione & is, in cuius odium res est sequestrata eam in subsidium vendere potest pro suo victu, Guid. Pap. Decis. 81. vbi additio. & Natt. cõs. 584. nu. 5. vbi declarat, quomodo id procedat. de quo inferius dicemus. Contra si creditores patris ratione vsufru-
6 ctus † bonorum fideicommissariorum, vel aduentitiorum filij debiti patri durante patria potestate bona (vt possunt) occuparent. Ascan. Clement. tract. de patr. potest. cap. 6. effect. 12. & ante eũ Didac. Couaru. varia. resol. lib. j. cap. 8. nu. 7. Hõded. pleno conf. 19. nu. 17. cum seq. vol. 2. adhuc in subsidium deberentur alimenta filijs, Boer. Decis. 7. Imò non malè teneri posset ex Surd. conf. 367. num. 30. vol. 3. quòd licet ex substantia filij non sit soluendum æs alienum patris, attamẽ ita prouidendum est patri ex fructibus bonorum filij, quòd creditores debeant pati deductionem alimentorum vsufructuarij patris, quia hac via consulitur vtriq; parti, patri scilicet, & creditoribus, qui si hanc humanitatem abhorreant, cõtra propria, mulierum more, laborant cõmoda: nam subtractis alimentis necant vsufructuariũ patrem, cui quantocyus, atque miserrimè cum vsufructus iactura moriendum est, & sic finitur vsufructus, §. vlt. Instit. de vsufruct. latissimè Ioann. del Castillo eius nominis tract. cap. 61. Quare pater æris mole prægrauatus adhibita in consilium ratione, creditorum auiditatem, & ingluuiem poterit excludere, si vsumfructum
7 † repudiauerit, antequam illum acceptauerit: aliàs post acceptationẽ dicitur creditoribus ius quæsitum, quod ab eis inuitis auferri non posset, doctrina est Glo. & Bart. ad l. si pater, C. de in off. donat. In indiuiduo Castren. conf. 135. lib. j. Anchar. conf. 106. nu. 4. Surd. conf. 116. num. 82. vol. j. Port. ad §. j. nu. 8. instit. per quas person. nob. acquirit. & Bero. conf. 43. vol. j. quia ius adeundi hæreditatem, vel agnoscendi legatum, nõ venit in generali obligatione bonorum, & in repudiante hæreditatem, vel legatum, vel legitimam, aut trebellianicam, vel quidpiã aliud non acceptante, minimè, procedit titulus Digest. quæ in frau. credito. cùm aliud sit, damnum pati, & aliud perdere lucrum, Surd. Decis. 140. nu. 8. & seq. abundè Vincent. de Franch. Decis. 101. part. j. Rip. ad l. si vnquam nu. 21. C. de reuoc. donat. vbi docet differentiam inter renunciare, & repudiare, quicquid scripserit per quinque fundamenta quò ad legitimam excell. D.
8 Menoch. † conf. 77. vol. j. quibus post egregiè confirmatã hanc sententiã, sigillatim

tim respondet Peregrin. conf.46. nu. 14. vsque ad fin. vol.3. In argumento autem non acquirendi, de quo supra, simile subnectitur, quòd prælatus † ipse potest non
9 acquirere Ecclesiæ repudiando, vel negligendo, iuxtà ea quæ notanter scrib. Crauet.cons.152.num.9. & Surd. conf.501. vol.4. Vinc.de Franch. Decis.14.part.j.& optimè Hieron. Pantzschman. quæst.iur. lib.j.quæst.nu.33.& seqq. Quamuis inde Ecclesia læsa ex Prælati culpa, aduersus illum, vel eius hæredes possit pro damni emenda, seu reparatione agere, Vasq. controuers. Illustr.lib.3.cap.105.nu.40.cum. seq.per text. in cap.placuit, el 2.16. q. 3. in odium negligentis, latè Sebast. Medic. tract.de fort.cas.quæst. ix.vel in subsidiũ, idest: quando prælatus non esset soluendo, vel nullus esset hæres, fruatur restitutione in integrum, & aduersus omissa, seu neglecta per Prælatum, Abb. in cap. dilect. de maior. & obed. num. 10. Gayll. obseruat.70. libr. primo.

REMEDIVM V.

Ex l. j. §. vlt. ff. de Magistrat. conuent. & l. 5. C. eod. circa approbatores, & collaudatores fideiussorum.

SVMMARIVM.

1 *Collaudator, seu approbator fideiussoris, quando teneatur.*
2 *Collaudator suscipiens obligationem insolidum ad quid teneatur.*
3 *Collaudator effugit omne discrimen probata idoneitate fideiussoris tempore facta approbationis, nisi verba collaudationis aliud efflagitent, vel nisi lucri causa intercesserit, vel nisi de dolo collaudator conuincatur.*
4 *Intellectus. l. cum ostendimus. §. vlt. ff. de fideiuss. tut.*
5 *Notarius recipiens fideiussores non idoneos tenetur actione subsidiaria: alias magistratus.*
6 *Collaudator quando locum fideiussoris ingrediatur.*
7 *Collaudator non venit appellatione fideiussoris.*
8 *Tutor honorarius, & non gerens tutelam tenetur in subsidium & cur.*

IN confesso est apud omnes quod collaudator, seu approbator fideiussoris † tenetur solùm in subsidium 2 quando fideiussor receptus, & approbatus soluendo non esset: sic in assecuratore, & affirmatore. Vbi verò nec ipse collaudator idoneus opibus fuerit, tenetur notarius vel cancellarius, demum iure communi inspecta Magistratus actione, videlicet subsidiaria, leg.j.§.vlt.ff.de Magistrat.cōueni,& l. 5. C. eod. & §.sciendum.Instit. de satisd. tuto. Glo. in Auth. generaliter. ver.officij.C. de episco. & cler. Alex. in l. si vero. §.qui pro rei.num.4. ff. qui satisd. cogant. cum plurimis aggestis per Paul. Montan.tract. de iur. tutel. & curat. cap. 32. reg. 7.num.33.& deinceps.exactiore Minerua D. Menoch. cons. 179. vol. 2. Ceph. cons.437. & Petr. Caball. resol. crimin.casu 73. Hodie tamen solus cancellarius, vel magister actorum, vel notarius etiam rerum criminaliũ, qui recepit fideiussorem minus idoneum, tenetur in subsidium, ex quo habet maiorem notitiam, quam iudex plerumque forensis, nisi certum fideiussorem is nominasset. Iul. Clar.§.fin.q.46.n.12.Illustr. Card. Tusc. concl.331.in fi.littera, F. Atque ita obtinet prædicta conclusio non solum in approbatione facta in iudicio, sed etiam extra iudicium animo se obligandi, non etiã in eo, qui simpliciter laudauit sine dolo sicuti aliquando faciunt homines suapte natura. Bart.in l.& eleganter.§.fin.ff. de dolo.& Ang.in d.§.qui pro rei. Amplia-
2 tur dicta conclusio, etiam si collaudator † ad obligationem accesserit cum dictione insolidum quam per notarium quemdã proprio ex marte, ne dicam grossitie, & imperitia apponi vidi non ita pridem: quoniam non idcircò alteratur natura actus, qui geritur principaliter: sed idipsũ præstat obligatio suscepta insolidum, vt non possit collaudator opponere beneficiũ excussionis. Ideò non malè agit creditor isto casu, dum primo loco conuenit
3 collaudatorem, qui deinde † probata idoneitate

neitate fideiussoris tempore præstitæ fideiussionis, & factæ collaudationis, ad aliud nihil tenetur, tametsi postmodum fideiussor soluendo esse desierit, cùm non sit humani consilij casus fortuitos præuidere, neque teneatur collaudator ad futuros casus seu fortunam præstare creditori, sicuti nec Magistratus pupillo. d. l. 1. §. Magistratus. ff. de mag. conueni. Montan. iam citato loc. nu. 40. facit in simili l. 2. §. si eo tẽpore. ff. de admin. rer. ad ciuitat. pertin. & l. ordine. §. in eum. ff. ad municipa, sed quæ à nobis supradicta sunt, intelligas velim, nisi verba collaudationis aliud exposcant: vel nisi affirmator seu approbator lucri causa aut pretio accepto id fecerit: aut dolosè, & scienter illum vti idoneum affirmauerit. nam his casibus laudator tenetur in omni casu, & tempore pro approbato, & pro laudato in odium, & detestationem doli. vulga. l. & eleganter. §. vlt. cum l. quòd si. ff. de dol. præclare Doctiss. Camill. Borrell. cons. 47. nu. 74. & seqq. & Henriquez. cons. 10. nu. 2. 3. scitissime Petr. Caball. resol. crimin. d. casu 73. Neque nitidam hanc conturbat veri-
4 tatem. tex. in l. cum ostendimus. §. † vlt. ff. de fideiussor. tuto. vbi nominator & affirmator alicuius vti fideiussoris idonei tenetur de suo, & vicem sustinet fideiussoris Quoniam, vt ibi declarat Alberi. in ea lege agitur de casu speciali fauore pupillorum, & quia nominatio fuit facta in iuditio, cuius calor multa operatur contra regulas iuris communis Alex. Iaso. & Deci. ad l. pacta nouissima. C. de pact. Marsil. ad rubr. C. de probatio. nu. 94. & 95. Paris. cons. 69. nu. 150. & seqq. vol. 3. & Gãma Decis. 300. nu. 2. Ita planè hunc nodum soluit Henriquez d. cons. 10. num. 5. in fi. Vel potest responderi cum Peregri. tract. de iur. fisci lib. 6. tit. 5. nu. 38 vbi ad mentem Alex. & Iaso. tradit illum tex. loqui de eo, qui pro officio suo constitutus fuerat ad approbandos fideiussores, vt meminit iudicio meo l. restituendæ 6. ibi, fideiussorum vires æstimantibus. C. de aduocat. diuers. iudic. & l. ait prætor. §. non solum ibi, arbiter ad fideiussores probandos constitutus. ff. de mino. secus in alio, nisi dolosè affirmasset illum esse idoneum Bart. in d. l. & eleganter. §. si. Menoch. d. cons. 179. relatus per Borrell. d. cons. 47. nu. 75. & 76. vbi concludit, collaudatorẽ non teneri, vt fideiussorem, nisi in prædictis casibus, scilicet, lucri, & doli, eorum alterutro probato, vnde notarius deputa-
5 tus † ad recipiendos fideiussores tenetur de suo in subsidium, si non receperit idoneos. Ioseph. Ludou. Rot. Lucen. Decis. 33. & copiosè Montan. præallegato loco.
6 Vel tertiò dici potest, quòd laudator † locum fideiussoris subintrat quòad exonerandum, & liberandum iudicem ab omni periculo: sicuti quãdo recipitur fideiussor cum debitis cautelis, & præcedentibus informationibus non teneri Magistratum, probat Celeberrimus Farina. tract. Crim. par. j. quæst. 33. nu. 85. & seqq. præsertim citata parte, quo tempore iudex approbat fideiussorem pro idoneo, nilq; obijciente. Rom. cons. 72. Pereg. d. loco nu. 39. Exceptis semper. minorib. communitatibus, ac pijs locis Alex. cons. 103. nu. 6. vol. 2. vbi in subsidium ad omnia damna tenentur officiales, syndici, & protectores interponentes decretum præiudiciale in cõtractibus cum prædictis personis celebratis. Vel dixerimus, collaudatorem sustinere vicem fideiussoris respectu principalis fideiussoria, qui ad collaudatorem comparatus, rei principalis locum obtinet, & collaudator ipse fideiussoris. Alex. ad l. si seruum §. sequitur. nu. 13. ff. de verb. obligat. sed non dicitur fideiussor debitoris, sicuti nec socius socij mei, meus dicitur socius. l. consilij §. socij de reg. iur. l. qui admittitur cum l. seq. ff. pro socio. & apud nos de portio. rata q. 18. num. 11. Proinde
7 appellatione † fideiussoris in materia statutaria, vel cõuentionali, vel legali collaudatorem non contineri, scribit Carpan. ad statut. Mediol. p. j. c. 416. num. 174.
8 Ad hæc tutorem quoque † honorariũ: & non gerentem tutelam teneri in subsidium probatur ex d. l. j. §. si curatoris. ff. de magistr. conuen. Item ex tit. C. si tut. vel. cur. non gesser. Corn. cons. 255. vol. j. Montan. præalleg. tract. c. 26. nu. 64. & c. 39. nu. 180. propterea quòd vel non vigilarit, vel quia non improbare est approbare Glo. in l. quo enim. ver. comprobare. ff. rem rat. hab. Cra. cons. 458. num. 9. Rim. iun. cons. 108. nu. 15. cum seq. vol. j.

R E-

REMEDIVM VI.

Ex Authen. Res quæ. C. commun. delegat. circa alienationem bonorum fideicommissariorum ex causa dotis. Franc. de Põte pulchrè cons. 45.

SVMMARIVM.

1 *Dotis, & constituenda, & restituenda fauor longè potior est iure fideicõmissi, tam pro matrimonio carnali, quam spirituali, sed in subsidium duntaxat.*

2 *Clausula (bonis liberis deficientibus) inserta in facultate alienandi non reddit licentiã conditionalem.*

3 *Fideicommissum, à matre constitutum, an sit sub dispositione authen. res quæ. C. communia de legat.*

4 *Dos collateralibus debita non finit apponi manum ad bona fideicommissaria, excepta causa sororis ipsius grauantis, vel fideicommittentis.*

4 *Probatio quod non adsint alia bona libera, pertinet ad prohibitum.*

5 *Trebellianica deductio non competit institu-to in re certa.*

6 *Alienatione prohibita etiam ex causa dotis recurritur ad dispensationem superioris cũ derogatione fideicommissi in forma.*

7 *In dotem possunt dari omnia bona, dummodo absit euersio fideicommissi.*

8 *Reintegratio fideicommissi non est necessaria etiam superuenientibus diuitijs in patre licitè dotante de bonis fideicommissarijs ad præscriptum d. authenticæ res quæ.*

9 *Mulieris an sit electio post obitũ mariti exigenda dotis cõtra tertios possessores, in quos peruenerunt sine eius cõsensu bona vinculata fideicõmisso pro viribus quartarum competentium marito alienanti vel experiundi contra fideicommissarium possessorem scemissis hæreditatis fideicommissariæ.*

10 *Possessoris tertij consenti ab vxore grauati hypothecaria etiam cum constituto remedia ab auctore excogitata.*

11 *Subrogationis bonorum fideicommissariorum praxis quæ.*

Perepretium modò censuimus
crebram subnectere Decisio-
nem, Auth. res quæ, C. com-
mun. delega. vbi remedium
subsidiarium præstãtissimum
depromitur, scilicet posse ob publicum fa
1 uorem † bona obnoxia fideicõmisso alie-
nari ex causa dotis, tãm cõstituendæ filia-
bus matrimonio carnali, aut spirituali iun
gendis, quinetiam nondum conceptis
quàm restituendæ, quando alia bona li-
bera, & disbrigata non extant, quibus cõ-
petenter satisfieri possit dotibus, sic apud
nos, vt non obscurè, ita nec parcè tracta.
de fact. scient. & ignor. distinct. 82. nu. 13.
cum seq. centur. 2. tom. j. Abundè Petra
Placen. de fideicom. quæst. 8. nu. 459. &
seqq. Amplissimè Menoch. præsumptio.
189. lib. 4. Peregrin. de fideicom. art. 42.
nu. 23. 66. 71. & 77. Fab. de Anna consil.
85. nu. 11. & 12. Honded. cons. 76. vol. j.
Thessaur. Decis. 151. iuncta Decis. 192.
nu. 11. vbi contra Alciatum, & alios pro
filiabus nondum conceptis; & notabili-
ter Milanen. Decis. Sicil. 7. nu. 53. & 58.
lib. j. vbi argumenta ducit à feudalibus ad
fideicommissa, vt distrahantur ex causa
dotis, allodialibus nõ repertis, vel alijs bo-
nis non subiectis restitutioni deficiẽtibus,
Bursat. cons. 80. num. 27. cum seqq. vol. j.
& pleno consil. 179. vol. 2. num. 20. cum
seqq. etiam non obstante prouisione fide-
iussoria, & consumpt. quartarum, Castr.
cons. 80. vol. 1. Ant. Sola, ad constit. Sa-
baud. tit. de feud. ver. Decreti Blácæ, Glo.
vnic. primæ partis, nu. 8. & stante specifi-
ca promissione, vt ex causa dotis distrahi
possint, adhuc in subsidium non possunt
alienari, ex Menoch. cons. 704. nu. 17. &
cons. 736. nu. 20. quem refert Carol. Bar-
dellon. cons. 14. num. 39. Idq; ipsum vsq;
adeò est regulare, & de indole bonorum
2 restitutionis subiectorum, † vt clausula
(bonis liberis deficientibus) inserta in fa-
cultate alienandi non reddat conditiona-
lem licentiam, sicuti se habet natura om-
nium intrinsecarum conditionum, Mo-
lin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 7. nu.
2. & tribus seqq. idem pro apparatu do-
tali, Gabr. cons. 111. nu. 4. & 5. vol. 2. &
in lucro statutario nõ tamen in donatio-
ne propter nuptias procedent à viro sine

vlla

vlla recompensatione, & ex mera viri liberalitate, Petra de fideicom. quæst. 8. nu. 360. cum seq. Peregrin. eod. tract. art. 42. nu. 84. & Cephal. cons. 177. col. vlt. Imò si filius vel filia grauata tot fructus percepit de reditibus fideicōmissi, per quos potest satisfieri doti, non gaudet remedio d. Auth. res quæ Rom. cons. 232. & Milanen. d. Decis. 7. nu. 58. sic in fideicōmisso
3 à matre † constituto, vt de communi fidē facit, Anchar. Iun. lib. 3. quæst. 64. nu. 2. & 8. In quo magis subsidiariū hoc remedium deprehenditur, quoniam mater nō tenetur dotare filias, nisi in subsidium, l. vltim. C. de iur. dot. vt infra opportunius, imò etiā quoad dotem spuriæ, & quidem irreuocabiliter, quoad maritum, Ias. in d. Auth. res quæ, colum. penult. quia adhuc deducitur Dos, vt æs alienum, Bart. & Alexan. in l. à filia. ff. ad Trebell. Rol. cōs. 74. nu. 49. vol. 1. Quin amplius etiam in linea collaterali sibi locum vēdicare prædictæ Auth. dispositionem tenuerit. Corne. & Curt. ad illam cum relatis per Vincent. de Franch. Decis. 241. part. 2. quod intelligendum est pro dotanda sorore grauati, aut fideicommittētis, alioquin cessat dispositio d. Auth. Gallin. de verb. signif. lib. 7. cap. 6. num. 8. At non extenditur ad alios transuersales, etiam ex causa dotis, siue constituendæ, siue restituendæ, Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. c. 6. nu. 6. & alios adducunt Vincent. de Franch. Petra, & Peregrin. iā indicatis locis, Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 6. nu. 10. versic. primum illud quidem. Sic exponitur regula, ne fiat detractio legitimæ ex bonis subiectis fideicommisso, quia habet implicitā qualitatem, dummodò ad sint alia bona, ex quibus possit filiusfam. legitimam consequi, Rot. Rom. Decis. 210. par. 2. in nouis. Neq; verò probatio, † quòd non sint
4 alia bona libera, alteri cuipiam incumbit, quàm prohibito, Fab. de Anna pleno consil. 85. cùm id sit fundamentum intentionis suæ, quàmuis sit probatio negatiua, Vinc. de Franch. d. Decis. 241. nu. 2. Menoch. latè distinguens presumpt. 26. lib. 6. Peregrin. de fideicom. art. 42. nu 73. contrarium tuetur Burs. de cōmuni. d. cons. 179. nu. 22. sicuti creditor insistens hypothecæ bonorum fideicommisso affectorū in defectum bonorum liberorū, tenetur hoc probare, Corn. cons. 3. nu. 3. lib. 3. & ita defēdit Molin. d. c. 7. nu. 32. 33. & 34.

Declaranda tamen sunt prædicta omnia quadrupliciter.

Primò ne procedant, quando vinculū fideicommissi est in bonis particularibus, veluti, in tertia, vel quarta parte bonorū, Cæuall. Hispan. commun. cōtra communes, quæst. 743. nu. 4. veluti Trebellianicæ
5 † quoq; deductio cessat in filio primi gradus instituto ex certis rebus, deinde rogato post mortem restituere, quæ est notabilis cautela ad impediendū ne filius duas quartas detrahat, Ill. Card. Mantic. tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. nu. 6. relatus per ingeniosissimum Iur. Cons. Carol. Iallong. Racematio. 67. nu. 1.

Rursus considerandum est, an testator prohibuerit expresse alienationem, etiam
6 ex † causa dotis, quia quibusdam placuit, quod d. Auth. res quæ, procedit ex tacita mente defuncti, vnde cessat eius decisio, quando constat de contraria eius voluntate, Curt. iun. ad d. Auth. res quę à nu. 36. per subtilem rationem, quā ex Rot. Flor. & alijs adducit Franc. de Ponte cons. 45. col. vlt. quoad nondum natas, vel iam nuptas, Burs. d. cons. 179. nu. 22. & num. 26. sed melius apud Didac. var. resolut. lib. 3. cap. 6. nu. 10. versic. cæterum, sed rectius apud Surd. Decis. 62. nu. 5. & 11. qui tutatur oppositum. Ego tamen vidi practicari, quod stante enixa mente Testatoris fiat alienatio saltem Principis indulgentia seu dispensatione intercedente, cum derogatione in forma, Cæuall. & Molin. in prędictis locis.

Prætereà cauēdum est ab extirpatione,
7 † totius fideicommissi, ne sub quæsito colore congruæ dotis, elusorium reddatur fideicōmissum: quàmuis aliàs possit mulier omnia bona dare in dotem, l. 4. C. de iur. dot. si modò cesset euersio fideicommissi, Cur. iun. ad d. Auth. res quæ, nu. 40. Alb. cons. 4. nu. 1. Marchisell. quæst. 124. nu. 2. Pererg. de fideicom. art. 42. nu. 108. Gabr. cons. 111. in fin. vol. 2. imò superue-
8 nientibus † diuitijs in patre dotante reintegrari fideicommissum, defendit Peregr. ibidem, numero. 70. cui ego non accedo: postquàm alienatio processit lege permittente,

tente, neq; iure aliquo cautum adhuc reperi, quod fiat hæc reintegratio, arg. l. 2. ff. de itin. actuquè priuat. sicuti in simili concludit, Alex. ad l. si constante, nu. 39. ff. sol. matr. beneficium illius legis non cessare ob superuenientiam diuitiarum mariti, confertquè simile quartæ debitæ vxori pauperi cuius memini superius remed. 2. sub num. 3.

Denique in casu restitutionis dotis dubitari contingit circa optionis ius, an mu-
9 lier, † cuius maritus alienauit bona pro viribus quartarũ, eidem ex fideicommisso vniuersali conditionali competentium, agat contra tertios possessores bonorum iam distractorum post matrimonium, & sic post ius sibi quæsitum, quæ imputantur in dictas quartas: Vel dirigat actionẽ & aciem contra fideicommissarium possessorem alterius dimidiæ bonorum obnoxiorum; & Paul. de Castr. consf. 219. nu. 2. vsque ad fin. vol. 1. Anchar. Iun. d. quæst. 64. num. 15. cum alijs adductis per nos allegatis, distinct. 82. in fin. Eugen. cõsil. 54. in fin. concludunt pro muliere quã uis si mulier velit consequi ex residuo hæreditatis, fideicommissarius habeat actionem contra possessores bonorum male alienatorum, idest, ad quorum manus bona obnoxia consumptis quartis peruenerunt. Ant. Sola annotato loco, Bursat. consf. 179. nu. 32. vol. 2. Curt. Iun. cõs. 59. nu. 7. & 8. Menoch. consf. 33. nu. 29. quia prouisio d. Auth. res quæ, emanauit partim fauore filiorum, partim fauore mulierum, quæ dotem dederunt, ne deceptę remaneant, & circumuentæ, ac suas amittãt dotes: partim fauore dotium propter publicam vtilitatem, vt matrimonia contrahantur, & mulier habet pro sua Dote obligatas quartas, & omnia bona, tametsi non possit exercere ius suum, nisi super legitima, & trebellianica, quãdo sunt apud grauatum: Quando verò reperiuntur penes tertium, qui conuenitur hypotheca-
10 ria, rectè obijciet † conuentus exceptionem excussionis etiam citato fideicõmissario, ita vt liqueat de sententia declaratoria lata super excussione, Crauet. consil. 77. num. 16. cum seq. Natt. consf. 81. & 521. Couarrun. variar. resolut. libr. 3. cap. 18. num. 3. Molin. d. cap. 7. num. 37. vsque ad fin. Vinc. de Franch. Decis. 270. part. 2. Peregrin. d. art. 42. num. 18. Pinell. ad l. 2. part. 2. capit. 1. num. 92. C. de rescind. vendit. Vasq. libr. 1. contr. Illustr. cap. 33. Quòd si intentatum simul fuerit remedium constituti ad eitãdam excussionem, vt tradit Afflict. Decisio. 139. Viui. Decisio. 416. nume. 15. libr. 3. & Thessaur. Decisio. 53. & 215. in promptu est consilium, & auxilium, quòd conuentus dicat, excute sumptibus meis, & exaudiendus est, vt ex Bart. & Castr. probat Gabr. suis commun. tit. de fideiussorib. conclus. 1. num. 100. & Riminal. iun. consil. 402. num. 13. vol. 4. nisi agatur via executiua, quia tunc hæc cautio non admittitur, Parlador. libr. 2. rer. quotidian. capit. vltim. part. 5. §. 11. nu. 49. cum seq. Verùmtamen pro tertio possessore essent considerandi tres casus, in quibus res ipsa nauigaret in portu, scilicet quando de dote non constaret, nisi per confessionem factam à marito constante matrimonio in casibus, in quibus dotis confessio creditoribus non præiudicat; Curt. iun. ad dict. Auth. res quæ, num. 42. quos casus recenset Afflict. Decisio. 402. & Decisio. Perusi. 66. part. 2. Thessaur. Decisio. 112. & Viui. Decisio. 431. lib. 3. & Decisio. 137. libr. 4. Surd. Decisio. 116. Roland. à Valle consil. 93. volum. 1. Gabr. sui commun. tit. de iur. dot. conclu. 4. & de hoc puncto agit. Peregrin. d. artic. 42. num. 83. Imò si fortassis decursa essent tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, tertij possessores possent se tueri, & auxilium desumere ex restitutione in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa aduersus temporis lapsum, ex quo probabiliter ignorarunt, maritum cõfessum esse constante matrimonio se recepisse dotem ab vxore, Gozad. consf. 28. nu. 20. Decis. Perus. 66. nu. 40. part. 2. cum relatis per Surd. consil. 489. nu. 5. vol. 4.

Alter est casus, quando mulier legitimè, & formiter renunciasset hypothecæ cũ iuramento, Rol. à Vall. consf. 70. vol. 2. & Peregr. consf. 82. nu. 6. vol. 2. Afflict. Decis. 312. de qua re vid. infra remed. 85.
11 Tertius casus est, quando fit subrogatio † bonorũ, implicando (vt verbis vtar pragmaticorum

maticorum pretium in emptionem aliorum prædiorum dummodo fiat subrogatio superioris authoritate,& vocata ipsa muliere vt plenè tradidit Molin. de hispan. Primigen. lib. 4. cap. 4. & 5. & huc pertineret materia subrogationis bonorũ tam in fideicõmissis, quàm aliter. de qua apud Alb. consi. 97. numero 21. 37. & 43. vol. 1. Cephal. cõsil. 615. col. 2. Surd. consil. 466. vol. 4. & Decis. 78. numero 28. Magon. Rot. Florent. Decis. 16. Vincent. de Franch. Decis. 355. numero 6. part. 2. & Peregrin. de fideicommiss. artic. 44. numero 30.

REMEDIVM VII.

Ex l. comparationes. C. de fid. instrum. Circa literarum comparationes.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio literarum triplex exigit iuramentum formiter, alioqui in efficax est huiusmodi remedium.*

2 *Intellectus §. si verò morientur. Auth. de Instrum. cautel. expenditur.*

3 *Suspicio Iudicis quando probetur solo iuramento recusantis.*

4 *Iuramentum præstandum est iudice mandante, & deferente.*

5 *Iuramentum duorum peritorum quale sit circa comparationem literarum, & sub qua formula sit præstandum.*

6 *Comparationis literarum requisita qualia sint in vrbe, & extra vrbem, & num. 7.*

8 *L. comparationes. C. de fid. Instrum. correcta est in Epistola, vel in nuda apocha privata.*

9 *Comparatio literarum an admittatur in obligatione excedente libram auri.*

10 *Appellatio, an permissa, à pronuntiatione comparationem esse legitimè factam.*

11 *Comparatio literarum, tam in criminalibus quàm in ciuilibus habet locum.*

12 *Libelli, vel carminis famosi author verus vel præsumptus ad quid teneatur.*

13 *Veritas criminis obiecti extra iudiciũ num quid faciat cessare pœnam libelli famosi.*

14 *Comparatio literarum an inducat semiplenam probationem, & quando probet plenè, vel id minus præstet.*

15 *Comparationis literarum virtutem modificari pro arbitrio iudicis.*

16 *L. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. requisita quinq;*

Feriatim fortè quispiam me nuncuparet, si remedium omitterem cõparationis literarũ vndequaq. subsidiarium l. cõparationes. vbi Salicet. C. de fid. instrum. cuius materiam vberrimè tractarunt, Afflict. Decision. 181. Alexand. consil. 76. volum. 3. Corne. cõsil. 138. & 169. volum. primo Cranett. de antiquit. tempor. part. pri. nu. 64. cum seqq. Mascard. de probatio. conclusio. 330. et doctissimè Illustriss. Cardin. Tuscus practi. iur. conclusio. vol. 1. conc. 483. & seq. Rol. à Valle cons. 26. tom. 1. Botta cons. 33. Surd. consil. 187. Peregrin. consil. 101. volum. 2. Papon. consil. 95. ac post eum Prosper. Farinat. pleno consil. 70. & Decisi. 103. ibique in Addit. Benuenut. Stracc. de mercatu tit. de probatio. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 114. Petr. Ioan. Anchara. quæst. 56. et 62. lib. 2. Vincẽ. de Franch. Decis. 105. numero 10. cum seq. part. prima. Perusi. Decisio. 7. part. 1. Magon. Rot. Luca. Decisio. 17. Rimin. Iuni. consil. 439. volum. 4. Decian. consil. 33. nu. 111. cum seqq. volum. 1. & consil. 46. numer. 26. & 27. volum. 2. Copiosissime Pãtzscham lib. 2. cõtrouers. iur. quæst. 2. nu. 6. ibiq; longe plura, & latè Granut. Theoremate. 15. par. 1. & Gislhausen. Arbor. iudiciar. cap. 6. part. 1. de probatio. §. 97. Imò hæc ipsa comparatio litterarum est vltimum subsidium indagandæ veritatis ratione scripturarũ, quoties neque testes neque tabellio possũt exhiberi, vt de veritate attestentur scripturæ, cuius lis vertitur, propterea quòd in compara-
1 tione litterarum † triplex exigitur iuramentum vsque adeò, vt aliter facta, sit nulla ipso iure. Nimirùm ex parte petentis debet præstari generale iuramentũ de calumnia glo. & Salicet. ad d. l. comparationes. Secundum præstatur iuramentũ, & quidẽ speciale, quod is nullo alio modo potest suam intentionem probare. §.

D si verò

Io. Bapt. Costæ Tract.

si verò nihil. auth. de instru. caut. & fid. Decis. Perus.7. nu.5. par.j. Rol. à Val.d. cons.26.nu.25.Peregrin.d.cons.101.nu. 8.& alij praallegat.dd.scite Mancin. tractat.de iurament.part.4.effectu.249.numero 3.Nec obstat tex.in † §. si verò
2 morientur.authen.de instrum. caut. vbi non præstatur iuramentum, nisi iudice deferēte,vt in simili dicitur de iudice recusato
3 † per solum iuramentum ob ignoratam causam suspicionis, que quidem ab initio sub erat, sed innotuit tantummodò post litem contestatam vel etiam post conclusum in causa. cap. pastoralis vbi Abb. & Deci. de except. Seraphin. de iurament. priuileg.7.& Mascar.de probatio.cōclus. 950. nu. 35. & seqq. quamquam valde placeat temperamentum Ruin. cons. 6. nu.8.vol.4. vt vltra iuramētum appareat de diligentia in perquirendo conditionē iudicis ante litem cōtestatam vt per Abb. & Alex.quos refert Mascard.ibid.nu.38. & Mysinger.cent.4.obseruat.59.vbi scribit,quod debet constare iudici euidenter, & notoriè scientiam causæ veteris legitimę ad recusandum de nouo superuenisse igitur non sufficit iuramentum non probato de præcedenti diligentia, quemadmodū obseruatur in instrumētis de nouo repertis,quæ prosint constito de præambula diligentia.Curt.iun. cons.18. nu. 3. lib. j. In omnem casum iuramentum ex se ipso præstitum est parui momenti,cum
4 requiratur, quod iudice † mandante, & deferente iuretur: nisi aliud liqueat esse introductum legitima, & vniformi consuetudine. Mascard.d.cons.950. nu. 39. Nam hunc ipsum nodum soluit Rimin. iun. cons. 779.nu.10.11.vol. 7.animaduertens,quòd tex. in d.§.si verò moriantur loquitur de iuramento, quod sub ire debetis, contra quem agitur, & contra quem petitur fieri comparatio. ad mentē Angel.& Castr.ad d.l.comparationes:nō autem de petente fieri comparationem, de quo prçcisè loquitur d.§. si verò nihil. in quo nequaquam dicitur, quòd iudex deferat sed quòd postulans seu instans cōparationem fieri, iuret. Atqui aliud iuramentum præstari oportet ex parte duo-
5 rum † saltem peritorum à iudice electorū qui sint confidentes vtriq; parti,& ipsam comparationem faciant presente iudice vel coram notario, actorum magistro ex iudicis decreto Bald. cons. 455.vol.1. ac partibus legitimè citatis diligenter examinata forma caracterum, consideratis corporibus,& elementis scripturarum ac stylo scriptoris. Farinac.d.cons.70.nu.16. cum seq.& Rol.à Vall. d.nu.25. quodq; iuramentum debet præstari secundùm formā expressam in d. l. comparationes. §.omnes scilicet,quòd neque lucri causa, neque inimicitijs, neque gratia tenti huiusmodi faciant comparationē Riminal. iun. d. cons.779. nu. 23.Rom. cons.20. Alex.d.cons. 76.vol. 3.Grammat. decis. 84. Vbi verò non potest haberi scriptura comparans, quæ conueniat comparatæ, potest cogi principalis ad scribendum coram iudice pro facienda comparatione, si literas calleat. §. si quis igitur. authen. de instrum.caut.& fid.Castr.cōs.312. num. 3. lib. 2. & ex Curt. Senio. Purpur. atq; alijs Magon.d.Rot.Lucen. Decis.17.nu.
6 2.Neq.expedit recensere requisita † omnino necessaria ad faciendam hanc literarum collationem, quippe quæ dilucidè leguntur d.Alex. cons.76. num. 10. & seqq.Decis.Perus.7. Mascard.ac alijs superius indicatis quibus addo vberrimum locum: quem post hos meos labores Typis ex cusos summa cum animi hilaritate non semel lustraui D. Gasp. Ant. Thes. consultissimi viri quæst.24.& Pantzschā. d.cap.2.nu.6. cum seqq.præcipuè verò, quia licèt materia sit fallax, periculosa, & facilis vt in ea quis decipiatur,vel decipiat. Alex.d.cōs.76.nu.8.Mascard.de probat. conclus. 110. hodie tamen, non requirit exactam illam probationem de qua in d. l.comparationes Vallasch.Decis. 67. nu. 14. cùm Rota legitimis coniecturis acquiescat. vt affirmat Farinac. d.cons. 70.
7 num. 74. sed extra vrbē † sit eum maiori cautela, quam olim teste Rol.d.cons.26. nu.5.Gallia cōs.54.nu.70. Ideòque vltra peritos in arte saltē duos,si haberi possunt nec statutum requirat maiorem numerū, cum eorum iuramento,atq; vltra duo iuramenta præstanda per petentē fieri collationem scripturarum,debēt afferri duæ, scripturæ,vna ad quam altera ex qua fiat comparatio, & scriptura ad quam fit com-

comparatio, debet esse legitima, iuxtà no-
tabilem doctrinam. Alex. d.cons.76.nu.
10. scilicet tribus testibus adnotata cum
eorum subscriptione, quorum duo saltē
de eorum subscriptione attestentur: de-
bentq; esse scriptæ manu eius, cuius præ-
tenditur postquàm correcta est d. l.com-
parationes, in epistola, vel in nuda appoca
priuata: non in alia scriptura priuata cō-
tinente contractum, vel quid piam aliud,
Decian.cons.11.num.125. vol.1. Gallia.
cons.91.num.3. & Crauett. de antiquit.
temp.part.4.sectio.seu vers.quæritur,nu.
64.cum seq. Vinc. de Franch. Decis.101.
nu.10. part.1. & quod in cedulis priuatis
tradit Rot.Roma.Decis.527.lib.3. in no-
uissim.latè Mascard.de probation. concl.
111. per tot. Idem si scriptura iudicialis,
vel publica sit, quando non est subscripta
à tribus testibus: vel quando esset produ-
cta in iudicio priuata scriptura, tamquàm
de manu, & litera eius, cuius dicitur per
aduersarium negātem suam scripturam:
vel quando esset conseruata in archiuio,
tamquam de manu eiusdem, vel constā-
ret de confessione eiusdem, cuius dicitur
esse scriptura. Alex.d.cons.76. nu.10. &
Decis.Perusin 7. num.6.

Quòd præterea obligatio, non excedat
9 † quantitatem libræ vnius auri, quæ aliàs
erat scutorum 72. hodie verò 107. aur.
Anchar. iun. quæst.10. lib.1.& d. quæst.
56.num.11. lib.2. & d. Decis.Perusin.7.
num.3.Peregrin.d.loc.num.11. vel cen-
tum, & viginti, Steph.Gratian. Rom. di-
scept.forens.cap.51. Surd. cons.187. nu.
29. vol.2. quemadmodum receptum est,
in re maioris pretij libra auri requiri tres
testes ad probandum, cùm tamen in re
minoris pretij duo sufficiant Auth. at si
contractus. C. de fid. instrum. Crass. tra-
cta. de Exceptionibus, except.19. nu.38.
cum seq. Id quod hodierna praxis non
admittit in remedio nostro, Mascard.præ
dicto. loc.

Quod denique Iudex pronunciet cita-
ta parte, comparationem esse legitimè fa-
10 ctam, à qua pronunciatione † datur ap-
pellatio. vnde omitti pronunciationem
huiusmodi tutius est, & ad vlteriora pro-
cedi, ac vnico contextu causam diffinitiuè
expediri. Castr.consil.87.lib.2. & Rolan.
d. consil.26. ad fin.

11 Nec solùm in ciuilibus † habet locum
hoc remedium, verùm etiam in crimina-
libus: sed non facit indicium ad torturā,
nisi alia concurrant, sicuti in impropera-
12 tore, vel diffamatore, quòd libellum † aut
carmen famosum, aut cantilenam in alte-
rius honoris detractionem dixerit, emise-
rit, scripserit: tunc enim fit locus compa-
rationi litterarum Franc. March. Decisio.
937.part.2. Octau.Vulpell. cons.135. &
Farinac.d.cons.70.nu.14.cum seq. Sic in
primo inuentore, qui non corrupit, neqs
lacerauit, quia contra eum præsumitur,
l.vnic.C.de famos.libell. & Frāc.March.
Decis.931.933.& 935.part.2. Anguillæ.
cons.38. Farinac. pleno cons.30. Nequè
13 excusatur author † verus, vel præsumptus,
etiamsi posteà liqueret de veritate crimi-
nis obiecti extra iudiciū, maximè ex pro-
prio motu bullæ fel. record. Pij V. cuius
meminit Farinac.d.cons.30. nu.37. quia
procederet, vbi cōstaret, quòd animo in-
iuriandi pandita essent contumeliosa ver-
ba, quæ non præsumuntur: Imò quæli-
bet causa etiam iniusta excusat authorem
probata veritate contentorum in cantile-
na, vel libello famoso, Crauett. cons.386.
num.20. & quòd per tale conuitium de-
tegatur defectus infamati, Crauett. cons.
145.& 168.Boer.decis.4.Grammat.De-
cis.37.Clar.in §.iniuria, Rot.Florēt. apud
Magon.Decis.25.Mynsinger. obseru. 4.
Centur.4.& Gayll.lib.2. obser. 99.

Porrò effectus comparationis litterarū
14 in eo consistit, vt legitimè facta † semiple-
nè probet id, quod prætenditur Rot. Lu-
cens.penes Magon.d.Decis.17. num. 21.
Farinac.d.consil.70.num.66.& 71.Surd.
d.consil.187.num.24. vol.2. Peregrin.d.
loc.num.6.ac Vinc.de Frāch. Decis.105.
num.10.part.1. vnde fit locus iuramento
suppletiuo. Castr.cons.312.nu.4. vol.2.

Aliquando autem facit plenam pro-
bationem, quando est verificata manus
scribentis, vel aliud concurrit. Vinc. de
Franch.Decis.105. nu.16. Imò verò De-
cian.d cons.11. num. 126. de communi
attestatur, quòd litterarum comparatio
plenè probet, dummodo non sit appoca,
sed scriptura pluribus adiuta adminiculis,
Sic quando tractatur de comparatione

publici instrumenti, Alexan. consil. 184. nu. 8. lib. 7. vel esset schedula testamenti, Alexan. consil. 114. num. 4. volum. 7. vel ageretur de libro computorũ, Socin. consil. 41. colum. 1. volum. 3. Castrens. consil. 87. num. 2. lib. 2. & Alexand. d. consil. 76. num. 8. vel ageretur de vnica appoca enunciata, & approbata, Alexan. consil. 239. num. 2. cum seqq. lib. 6. vel essemus in antiquis, Decian. cons. 33. nu. 20. lib. j. vel quando constaret de omnimoda similitudine, Mascard. d. conclus. 330. num. 20. & 22. Alios casus exponit Gillhausen. arbor. Iudiciar. d. §. 97. vbi &c. quos non prosequor quia verius esse existimo, quod ait D. Menoch. d. cas. 114.

15 quòd committatur † arbitrio iudicis, an comparatio litterarum faciat plenam, vel semiplenam probationem, Paritzscam. d. cap. 2. ad fin. quòd est vtile ob iuramentum suppletiuum, an habeat locũ, necne, Castrens. d. cons. 87. & 312. lib. 2. Alex. d. cons. 76. & 184. Magon. Mascard. & Menoch. in locis superius citatis. Ego tamen dicerem ad arbitrium iudicis esse recurrendum in quatuor casibus dũtaxat.

Primus est, quando ambigitur probabiliter ex peritorum relatione iurata, de omnimoda similitudine scripturæ comparatæ, & comparantis.

Secundus est, quando versatur dubiũ circa qualitatem personæ, cuius manus per cõparationem fuit declarata, Vincẽ. de Franch. allegat. Decis. 105. num. 16.

Tertius est, quando cum comparatione litterarum concurrit vnus testis, quia tunc semiplena probatio consurgens ex litterarum comparatione, iungitur cum alia, quam facit vnus testis: vnde emergit plena probatio, dummodo iudex personã testis talem esse arbitretur, vt semiplenè probet, Bart. ad l. admonendi, col. 5. ff. de iure iur. Grammat. Decis. 34. nu. 15. & 16. Alex. d. consil. 239. volum. 6. & consil. 58. iunct. consil. 210. lib. 7. Induci autem potest iudex, vt id credat, si testis sit omni exceptione maior, & probetur isthæc qualitas in casibus, in quibus à iure requiruntur testes omni exceptione maiores, vt in notabil. casu, l. scripturas, C. qui potior. in pignor. habea. cui san-

16 ctiori, † vt locus sit, requiruntur quinq; alioqui creditor chyrographarius non habet prelationem cõtra creditorem instrumẽtarium posteriorem, cum priuata scriptura sit admodum suspecta de antidatione, Latissimè Gabr. sui. cõmu. tit. de probat. conclus. x. Afin. de execut. §. 7. ca. 23. Couarr. pract. quæst. cap. 22. Magon. sub Rot. Flor. Decis. 127. ibiq; Bernard. Græuius considerat. j. Paseth. cons. 145. Gayl. obser. 25. lib. 2. Triuis. Decis. 40. lib. j. Bursat. consil. 103. & Papon. consil. 48. Anchar. Iun. quæst. 9. lib. 2.

Requiritur autem, quòd apocha habeat subscriptionem trium testium.

Secundò, quòd per ipsos tres testes apocha approbetur media recognitione illorum, duo tamen sufficiunt in debito nõ ascendente libram auri, Steph. Gratian. Rom. disceptat. forens. cap. 51.

Tertiò, quòd habeat subscriptionem illorum trium testium, vltra scribam.

Quartò, quòd illi tres testes subsignati integræ sint opinionis atq; omni exceptione maiores, Vinc. de Franch. Decis. 644. Rol. à Vall. consil. 84. nu. 8. 9. & 10. vol. 3.

Quintò, & vltimò, quòd huiusmodi testium integritas, & approbata opinio articuletur, & probetur per eundem creditorem chyrographariũ; vt fieri oportet in casibus tales testes requirentibus, sic formiter habetur apud Rip. in l. admonendi, nu. 104. ff. de iureiur. vbi septem refert requisita. Melius cæteris excutit hanc mãm Trẽtacinq. var. resolut. lib. 2. tit. de fid. Instru. resolut. 12. Fachin. cõl. 31. lib. 3. Turret. cons. 3. vol. j. vbi quoq; de iuramento suppletiuo. & cõs. 64. nu. 9. cũ seqq. vol. j. Si aliter cõstet de veritate nõ nocet creditori anteriori, d. l. scripturas, Surd. d. decis. 72. Fachin. d. cõs. 31. nu. 4. Trentacinq. d. loco. nu. 21. Marlian. Rot. Gen. decis. 22. ad fin. Menoch. cõs. 809. nu. 9. Contrariũ tñ defendit Thes. Iun q. 89. lib. j. Adde superius citatis, Viui. decis. 277. nu. 1. 2. lib. 2. Surd. decis. 72. & cõs. 73. nu. 39. vol. j. Castr. cõs. 134. lib. j. Decian. d. cõs. xj. D. Od. cõs. 100. & Triuis. decis. 39. in fin. lib. j. cũ decis. seq. nu. 3. Declarando cum Mascar. de probat. conf. 878. nu. 6.

Vltimus est casus, qñ agitur de vi adminiculorũ concurrentiũ, quanta sit, & quid præstent, &c. Farinac. & alij supra adducti.

REME-

REMEDIVM VIII.

Ex cap. ex transmissa, & cap. literas de restit. spogliat. circa thori separationem, & Dec. l. 1. nu. 10. C. vnd. vir. & vx.

SVMMARIVM.

1 *Separationis thori ab altero ex coniugibus postulata requisita qua, & qualia, & num. 6. ac 7.*

2 *Sæuitia viri ex quibus probetur, & qualis sufficiat pro thori separatione.*

3 *Alimenta, an debeantur pendente iudicio separationis thori, & quid in dotis restitutione.*

4 *Morbus gallicus vel ethicus an præstet iustã causam separationis thori.*

5 *Maleficium quale consideretur ad separationem thori.*

6 *Marito itidem separatio ab vxore conceditur ijsdem, & alijs causis.*

7 *Leuia si sint ea vitia, vel offendicula separationi locus non est.*

8 *Separatio thori ex priuata compositione inter coniuges sine iudicio Ecclesiæ inualida.*

Thori separatio quòad cohabitationem: nõ quòad matrimonij fœdus, est remedium subsidiarium validissimũ pro vxoribus, quan-
1 do male † à viris suis habentur, nec emendandæ vitæ, aut pœnitentiæ dantur indicia, & minus ex cautione de nõ offendendo bonus speratur euẽtus. cap. ex trãsmissa. cap. literas, ibiq; glos. & Abb. de restit. spoliat. cap. j. vt lit. non contestat. cap. 1. vbi Hostiens. de diuort. Natt. cons. 24. & 616. Tesaur. Decis. 130. Panciro l. conf. 82. cum adductis per nos tractat. de fact. scient. & ignor. cent. 2. distinct. 25, additur Roma. ad rub. ff. sol. matrimo. nu. 21. Insignis I.C. & Præses in subalpina Italia Morotius cons. 41. Henriquez cons. j. col. vlt. & cons. 86. nu. 10. & seqq. & ante hos D. Menoch. cõs. 299. & Franc. March. Decis. 738. part. 2. & Frãc. Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. part. 2. tit. 24. nu. 115. Tuscus littera M. concl.
2 143. siue agatur de sola sæuitia † verborũ, siue etiam verberum ob capitale viri odiũ vitæ insidias, aut venenum præparatum, siue ob nimiam auaritiam, & austeritatẽ mariti, siue ob retentionem pellicis, siue ob falsitatem querelæ in causa capitali, vel de adulterij nota vxori impicta. §. quia verò plurimas. & §. si vir de adulterio. Auth. vt liceat matri, & aui. & Heriquez. d. cons. 86. nu. 11. & 12. quinimo in his
3 casibus possunt peti etiam † alimenta, muliere interim reposita aut reducta in loco aliquo honesto. D. Menoch. cons. 853. nu. 33. li. 9. vbi tuetur, prius esse diffiniendam quæstionem separationis thori per maritum motam, quàm causam alimentorum petitorum ab vxore, & ipsa muliere ita volente etiam dos restituenda est. Vinc. de Franch. Decis. 244. nu. 2. part. 2. & ante illum Guid. Pap. Decis. 439. Guttierez. practic. q. canonic. lib. j. q. 24. num. 14. etiam coram seculari, sicuti coram Ecclesiastico possunt peti alimenta, quamuis muliet in prima Instantia fuisset victa. Fachin. cons. 42. nu. 23. cum seqq. lib. j.

Separationis thori remedium nostrum ampliatur, vt procedat quoq; in eo, qui sit
4 † ethicus, vulgò thisicus, aut cui halitus fœteat intolerabiliter. Borgnin. Decis. 18. nu. 26. vol. seu part. 2. vbi etiam agitur de affecto morbo Gallico (ita communiter apud Insubres appellato) addit. ad Bertazol. crimin. cons. 228. vbi abunde, & præclarissimè.

Ampliatur secũdò vt procedat in muliere à marito ob Zelotipiam, antequam turpitudo aliqua sit detecta, vel sit iudicatum super facto principali, quia adhuc prouidetur mulieri de alimẽtis dato quòd aliunde habeat. Afflict. Decis. 10. Ioann. Lup. ad cap. per vestras. §. 39. Ampliatio. 8. de donat. int. vir. & vxor. Socin. Sen. cons. 286. vol. 2. cum allatis per Rebuff. tract. de sentent. prouisional. artic. 3. Thesaur. for. Ecclesi. par. 2. tit. 24. n. 124 & seq.

Ampliatur tertiò, vt illa concedatur ob furorem incomportabilem: ob crimen nefandum duntaxat attentatum ob infidelitatem, vel ob morbi Gallici contagiũ, cuius remedium ope Medicorum sit desperatum. qua ratione declaratur ca. hi

qui 32. q. 7. Natta conſ. 24. Alberi. ad l. in cauſis C. de repud. Vinc. de Franch. Deciſ. 312. part. 2. D. Menoch. tract. de arbitr. iudic. caſ. 286. nu. 14. vt præferatur actus nutritiuæ actui generatiuæ, & ne mulier cogatur redire ad morbum, ac perniciem, quando morbus eſt grauis, & periculum minatur, in corpore præſertim delicato, aliud tamen eſt in morbo generante ſolam diſplicentiam, vt in lepra non contagioſa Natt. d. conſ. 24. Bertaz. d. conſ. 228. ibiq. addit.

Ampliatur quartò, vt dirimatur thorus
5 ob maleficium impediens † copulam cõiugalem ob ſortilegia poſt factas orationes, confeſſiones, ac alia ſpiritualia præſidia, vt tollatur intenſa debilitas genitalis, ac remoueantur faſcinationes, & incantationes c. ſi per ſortiarias 32. q. j. Imo ſi maleficium ſit perpetuũ, & ab initio fuit decepta eccleſia, ſit totalis ſeparatio iudicio ipſius eccleſiæ. Franc. March. Deciſ. 677. nu. 14. cũ ſeq. part. 2. pro cap. j. cum ſeq. de frigid. & maleficiat. cap. porrò. de diuort. latiſſimè Theſau. for. eccleſiaſt. part. 2. cap. 24. n. 111 cũ ſeqq. Borgnin. Deci. 18. p. 2. Mar. Antõ. Reſolut. 35. li. j.

Amplia præterea, vt hoc ipſum remedium non ſolùm concedatur vxori con-
6 tra maritum, ſed etiam marito contra † vxorem duri capitis, per noctantem, & liberè vagantem, & ſui copiam alijs facientem, quia de his conſtito, vel de eius cõtagioſa (vt ſupra enunciauimus in marito ægritudine, vel etiam ob inſopportabilem dementiam, thori pariter ſit ſeparatio Rebuff. d. loco num. 26. Cla. in §. ad ulterium. num. 12. & 17.

Reſtringitur modò dicta enunciatio, & quòd non fiat thori ſeparatio, ſi ægritudi-
7 nes prædictæ leues † ſint ac de facili medicorum auxilio curabiles; vel ſi leuis ſit, nõ atrox, offenſa: aut color ſit quæſitus ad fallendum fortè coniugem, vel eccleſiam. Theſſaur. d. loc. num. 121.

Porrò quæ offenſa, & quanta ſæuitia requiratur, & quæ maritum repellat, ne eidem vxor reſtituatur etiam ſub cautio-
8 nibus opportunis; Iudicis eccleſiaſtici † arbitrio diffiniendum, relinquitur, ſicut ipſe cognoſcit de cauſis ſeparationis thori, Vinc. de Franch. Deciſ. 36 diſtinguit queſtionẽ facti à queſtione iuris Anton. reſol. 35. nu. 9. lib. j. Farinac. tract. crim. par. j. q. 8. n. 130. 140. cũ ſeqq. Praxis Archiep. Neapol. cap. 22. num. 12. in qua nec eo inſcio valet iurata tranſactio, nec pactum ſiuè compoſitio inter coniuges, quibus ea fiat perpetua, vel ad tempus longum, ſine Eccleſiæ iudicio: niſi de facto contingeret id genus diuortij. ob notoriam fornicationẽ alterutrius, Vinc. de Franch. Deciſ. 312. nu. 3. Decian. d. conſ. 68. n. 4. Couar. in Epitom. de ſponſ. par. 2. cap. 7. §. 5. Sim. de prętis conſ. 147. Morot. d. conſ. 41. nu. 3. Peregrin. d. conſ. 89. Mari. Antonin. d. reſol. 35. ad fin. & diximus nos præallegata diſtinct. 25. num. 11. vbi etiam de dotis reſtitutione actum fuit, & de lucro antifati in caſu dictæ ſeparationis ſi fiat culpa mariti. Prax. Archiep. Neap. cap. 22. nu. 3. ſecus ſi ob diſcordiam, vel odium. Sim. de Præt. d. conſ. 147. nu. 4. Alex. conſ. 78. nu. 6. cum ſeq. vol. 5. eò igitur te reijcio.

REMEDIVM IX.

Ex Authen. contra cũ rogatus. C. ad Trebell. & §. nobis ergo. Authen. de reſtit. fideicommiſſ. circa neceſſitatem reſeruandi quartam in gratiam fideicommiſſarij. De qua materia Surd. conſ. 10. vol. j.

SVMMARIVM.

1 *Qvartam quando ſeruet, fideicommiſſarie grauatus reſtituere, quicquid ſupererit tempore mortis.*

2 *Alienationis appellatione continetur, tam quæ ſit inter viuos, quã in vltima volũtate.*

3 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit tempore mortis, ſi totam diſtraxerit hæreditatẽ quid agendum.*

4 *Emptor bonorum fideicommiſſo obnoxiorum quando habeat ius offerendi.*

5 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit, ſi alienauit de proprijs bonis loco fideicommiſſariorum, & de hoc conſtet an poſſit tantundem de bonis obnoxijs fideicommiſſo retinere.*

6 *Trebellianica non detracta à primo herede, numquid cedat lucro primi fideicõmiſſarij.*

Præclara

PRæclara eſt equidem deciſio
tex. in §. nobis ergo. Authen.
de reſtit. fideicom. & in Au-
then. contra cùm rogatus C.
ad Trebellia. nimirū, quan-
do hęres rogatus reſtituere,
quicquid tempore eius mortis ſupererit
in illius hæreditate, is namq; ex tacita per-
miſſione teſtatoris poterit alienare l. titius
ff. ad trebell., Verùm tamen ex noui iuris
1 diſpoſitione tenetur quartam ſeruare †
fideicommiſſario, exceptis quatuor caſi-
bus ibid. narratis, ſcilicet pro dote conſti-
tuēda, vel reſtituenda. pro donatione pro-
pter nuptias: pro redemptione captiuorū:
& pro ſuis expenſis & neceſſitatibus, id eſt
alimentis. vt tradit. Surd. de alimen. tit. 2.
queſt. 5. dummodo aliunde liqueat de ne-
ceſſitate legali, vel naturali, vel caſuali.
Oſaſ. Deciſ. 167. Quòd ſi grauatus nil alie
nauerit, totum debetur fideicommiſſario
Surd. conſ. 357. nu. 3. vol. 3. Intelligendo
2 alienationem † tam quæ fit in vltima vo-
luntate per grauatum, quàm quæ fit inter
viuos, Bartol. ad l. imperator. §. vlt. ff. de
leg. 2. ad l. à filia. ff. ad trebell. Socin. ſen.
conſ. 31. ad fin. vol. 4. Alex. conſ. 16. vol.
7. cū adductis per Peregr. tracta. de fidei-
commiſſ. artic. 40. nu. 40. & ſeq. quàmuis
oppoſitū cōtendat. Surd. quoad vltimam
voluntatem conſ. 382. n. 50. vol. 3. cōtra
tradita conſ. 10. num. 20. Sed hæc noſtra
opinio eſt tenenda, vti communior, præ-
cipuè dando eſt data licentia alienandi,
idem Surd. d. conſ. 357. nu. 27. vol. 3. latè
Barz. Deciſ. Bononien. 121. nu. 40. cum
ſeqq. quicquid tenuerit Cuman. ad. l.
Tytius. nu. vlt. ff. ad trebellian. ad fin. qui
loquitur, quando ſunt addita illa duo ver-
ba, tempore mortis, & Alex. ibi. nu. 9. qui
deinde contrarium ſenſit ad d. l. à filia col.
vlt. Grauato autē alienante vltra dodran-
tem extra caſus ſibi permiſſos, & ſic non
ſeruante quartam fideicommiſſario, tunc
3 temporis fideicommiſſarius † aget in ſub-
ſidium aduerſus emptores. & ſic contra
tertios poſſeſſores bonorum obnoxiorū,
id eſt deficiente ſubſtantia heredis: nec au-
diendus eſt fideicommiſſarius, niſi prius
facta bonorum hæredis excuſſione, an
poſſit ex eius ſubſtantia ſuppleri, ac ſatiſ-
fieri quòad illam quartam. Curt. iun. ad
authen. res quæ nu. 8. C. commu. de legat.
Peregrin. d. loc. nu. 41. Crauett. conſ. 511.
nu. 16. vol. 3. & facit ad propoſitum l. pla-
nè 2. §. qui rogatus. ibi, ſoluendo non erit
de leg. 1. ſicuti obſeruatur, quando hæres
cum beneficio legis, & inuentarij vendit
bona hæreditaria pro ſanando defuncti
ære alieno contracto, & ex pretio inde re
dacto ſoluit creditoribus primò quidem
aduenientibus, ſed inter poſteriores exi-
ſtentibus, qui deinde non ſint ſoluendo,
nam emptor alioqui ſecurus adhuc con-
ueniri poteſt in ſubſidium ab anterioribus
l. vlt. §. & ſi præfatam C. de iur. deliber. Id
quod inferius quoq; nos attingemus ex
Vincen. de franch. Deciſ. 298. nu. 8. & 9.
parte 2.

Declaranda tamē ſunt prędicta bifariā.
primò ex Bald. ad d. authen. contra cùm
rogatus. dicente, emptorem bonorū poſſe
4 offerre † æſtimationem, bonaq; ſic in eam
per grauatū alienata retinere. ſuper quo
diligētiſſimè inſiſtit Præſes Morot. tracta.
ſuo de poſſeſſ. offerēt. poſt primum volu.
conſil. impreſſ. nu. 6. Deinde ex Vincē. de
Franch. d. Deciſ. 298. nu. 10. conſtat aliud
eſſe in emptore rerum propriarum hære-
dis, vtpotè quæ nō poſſunt dici affecta hy-
potheca ob teſtatoris debita. vulga. l. Pau-
lus. ff. de pigno. Afflic. deci. 200. Scapucc.
de Saluian. int. lib. 2. q. 12. etiam in bonis
hæredem tutoris. Cuman. con. 58. Rim.
Iun. conſ. 484. col. vlt. vol. 5. Ideò ſi gra-
uatus alienaſſet omnia bona defuncti, &
propria quoq; diſſipaſſet; ſuccurritur qui-
dem fideicommiſſario in ſubſidium con-
tra emptorum bonorum hęreditariorum
teſtatoris: non etiam hæredis. veluti eò lo-
ci probat. Vinc. de Eranch. additur Franc.
5 de Ponte conſ. 31. Quòd ſi hęres † poſt ad-
hibitam diligentiam fortè non inueniſſet
emptorem bonorum hæreditariorū, eo-
dem fideicommiſſo vinculatorum, ea pro
pter alienauerit propria bona; tunc non
credimus totum deberi ſubſtituto. ſed de
trahit tantumdem, quantum fuit de pro-
prijs bonis diſtractum pro ſuis neceſſita-
tibus, vel pro vna ex cauſis ſuperius enun-
ciatis dummodò præceſſerit proteſtatio
ad iuris ſui conſeruationem, quam præ-
mitti, valde commendo: aliàs præſumen-
dum erit, quod in gratiam fideicommiſ-
ſarij

sarij non fuerit vsus licentia, & facultate sibi à iure data. veluti dicitur in trebellia-
6 nica † minimè à primo grauato detracta, cùm tamen non esset prohibitus: nam id videtur fecisse in gratiam primi fideicõmissarij. l. j. §. denique. vbi glo. in vers. secũdo quartam. ff. ad Trebell. Crass. tracta. de succes. §. trebellianica quæst. 3. nu. 7.

REMEDIVM X.

Ex l. vlt. C. de hered. action. circa condictionem indebiti.

SVMMARIVM.

1 *Condictio indebiti datur in subsidium, euentualiter seu accidentaliter.*
2 *Creditoris potior conditio, quam legatarij.*
3 *Condictio indebiti cõpetit etiam quoad auocandam possessionem.*
4 *Condictio indebiti cessat, vbi adest res iudicata quod dictum plurifariam cõtemperat author.*
5 *Condictio sine causa plenius prouidet, quàm condictio indebiti.*
6 *Victo per rem iudicatam, quando succurratur per restitutionẽ in integrum ob instrumenta de nouo reperta. nu. 7.*

SCribunt iuris Interpretes, cõdictionem indebiti nõn competere ad id, quod est principaliter in contractum nominatum deductum: neque casu illo, quo actio ex contractu siue ex lege
1 nominatim datur: propterea quod † euẽtualiter, seu accidentaliter in quibusdam casibus in subsidium competit condictio indebiti. Rosental. de feu. cap. 12. concl. 13. nu. 28. proinde si hæres in primis soluerit legatario legatum mox creditor hæreditarius exigere contendat, quod sibi debetur, si hæres est soluendo, cessat condictio indebiti, & hæres soluit æs alienũ: alioqui in subsidium condictio datur indebiti aduersus legatarium. l. vlt. vbi glo. C. de hæredit. actio, cùm potior sit credi-
2 torum † causa, quàm legatariorum ex eo, quia legata debentur deducto ære alieno. l. si vniuersæ. C. de legat. atque ita vnus soluit indebitum, & alius, cuius inter est repetit condictione indebiti. præclare Vinc. de Franch. Decis. 246. par. 2. Phanuc. de inuentario part. 5. nu. 141. cum seqq. sic etiam in casu collegatariorum, quorum vnus recepit vltra suam ratam: quia contra eum potest agi condictione indebiti etiam sine cessione. Alc. in l. fin. §. etsi prefatam. nu. 9. C. de iur. delib.

Ampliatur hæc enuntiatio etiã respe-
3 ctu † possessionis alicui indebitè traditæ, quæ potest condictione indebiti recupari cum omnibus accessionibus, sicuti tradita in executione contractus, qui sit nullus l. indebiti cum §. 1. ff. de condictio. indebit. Vincen. de franch. Decis. 319. part. 2. glo. ad rub. ff. de interdict. vbi Rip. nu. 3. Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. quos adducit Surd. cons. 268. nu. 17. vol. 2. Cõtard. ad l. vni. verb. ampliationes nu. 36. cum seqq. C. si de moment. possess. Exemplum in Ecclesia, & in minore adducit Capyc. Decis. 209. nu. 23. quando possessio vigore contractus inualidi esset in alium translata.

4 Fallit autem si obstet † res iudicata, quia illa facit de indebito debitum, & de non ente ens quò ad eum contra quem fuit lata: non quò ad tertium. l. eleganter. & l. Iulianus. ff. de condict. indebit. & l. 1. C. eod. Surd. Decis. 74. nu. 11. Quod verum est, quando repetendo impugnaretur res iudicata: nõ ita si repetẽdo vteretur actione, quæ supponeret sententiam esse verã, quia tunc daretur repetitio Bart. ad d. l. 1. in fin. C. de condict. indeb. cum adductis per Surd. d. cons. 268. nu. 15. vol. 2. Vel nisi constet, quòd in 1. instantia non potuit examinari an esset debitum Bart. in l. 1. §. & parui. nu. 10. tit. quod vi, aut clam. Asin. prax. Iud. §. 31. cap. 34. nu. 3. Vel si causa ad nõ causam redijt Surd. de Alim. tit. 1. quæst. 124. nu. 7. & 8. veluti optimo exemplo probat idem Surd. d. cons. 268. & aliud in vsuraria prauitate ponit exemplũ Valasc. Decis. 56. in fin Barzi. Decis. Bononien. 27. quia tunc sententia nõ redarguitur de iniquitate: sed de cessante causa, & agitur de iure, quod superuenit à sententia. Vnde insurgit ęquitas conce-
5 dendi repetitionem per condictionem † sine

fine causa iuxta casum l. fi. fullo. ff. de condict. sin. caus. gloss. in l. si fideiussor. §. in omnibus, vers. cessat, ff. mand. præclarè Alex. cons. 69. ibiq; in Apostillis, versic. sine causa vol. 3. & semper impeditur executio rei iudicatæ, quando causa reuertitur ad non causam, l. 1. vbi Odofred. & Salicet. C. de re iudicat. Surd. Decis. 163. nu. 14. nec repeti potest solutum, sed tantumdem ex dictamine æquitatis, Valasc. d. Decis. 56. in fin. quandoquidem vt euitetur damnum, toleretur ignorantia in facto proprio, Bart. ad l. sed, & si me putem, ff. de condict. indeb. Socin. Sen. cons. 153. nu. 13. vol. 1. Alex. d. cons. 69. nu. 4. & Deci. cons. 402. nu. 7. vbi non solùm promissio erronea potest retractari condictione indebiti; sed etiam solutum per facti errorem reperitur, & Surd. Decis. 25. qui loquitur de pecunia alicui soluta, quæ condici potest, quando creditor vigore rei iudicatæ exegit postea iteratam solutionē, præclarè Castr. cons. 257. num. 4. vol. 2. vel uti quoq; obtinet, quando ex dolo vi-
6 ctoris † sententia transiuisset in iudicatis; tunc namque consulitur victo remedio actionis de dolo, vel criminis stellionatus persecutione, Cyn. & Iacob. de Aren. ad d. l. 1. C. de cōdict. indeb. vel postea victus repetere solutum per condictionem sine causa, si voluerit, Castr. ad d. l. si fullo, Alexan. ad l. Imperatores, nu. 8. ff. de re iudic. cum adductis per Gabr. sub commu. tit. de restitut. in integ. conclus. 2. in fin. Cessante autem dolo victoris, adhuc subuenitur victo per restitutionem in integr.
7 ob instrumenta de nouo † reperta, seu ob ignoratam probabilem solutionem, vid. omninò Surd. consil. 134. nu. 10. vsque ad fin. vol. 1. Cabal. resolut. crimin. casu 169. dūmodo victo nulla possit imputari culpa, aut negligentia. Aliter si de socordia contineatur, aut desidia, hoc quoq; destituitur auxilio, nisi tamen supremi Principis, aut Senatus beneficio adiuuetur. Castrens. ad l. sub specie, C. de re iudic. Imol. ad d. l. Imperatores, A. Gabriel. annot. loco, nu. 5. & 6. Crauet. cons. 408. volum. 3. Honded. cons. 27. nu. 6. cum seqq. vol. 2. D. Odd. de restitut. in integ. quæst. 73. & 76. Mynsinger. Centur. 4. obseruat. 60. In quam rem deseruiūt adducta per me tracta. de fact. scient. & ignor. inspect. 99. & distinct. 16. Centur. 1. tom. 1. Vlterius deducta pre re iudicatā obtinent etiam in solutum ex causa transactionis, quæ sit nulla, vel inualida: alias secus: Montepic. cons. 42. num. 20.

REMEDIVM XI.

Ex l. 2. C. de pignor. circa specialis pignoris, & generalis obligationis concursum.

SVMMARIVM.

1 *L. 2. C. de pignorib. elargitur remedium subsidiarium, & conditionale, quando prætereà desinat competere.*

2 *Mulier habens bona specialiter hypothecata pro dote, non potest ante excussionem pignoris specialis cum liquidatione fructuum in de perceptorum eligere prædium vnum in generali hypotheca contentum, & nu. 6.*

3 *Clausula, pro maiori securitate, virtus.*

4 *Hypotheca specialis sex præcipuas parit vtilitates.*

5 *Clausula, ita tamen quòd specialitas non deroget generalitati, declaratur.*

7 *Ius tertij non potest allegari, etiam excipiendo, minus agendo.*

8 *Camerales obligationes valde priuilegiatæ.*

9 *Constituto possessorio vtens non repellitur ob cautionem præambulæ hypothecæ specialis.*

Orensi quoq; vsu frequentissimum est remedium, l. 2. C. de pig. or. quod subsidiarium esse, ac con-
1 ditionale, † affirmat Francisc. Cremens. singul. 54. Incip. obligaui tibi domum: postquam non conceditur regressus ad generalem hypothecam, specialem habenti, nisi in subsidium, scilicet quando specialis non releuat creditorē, neque ei satisfit ex speciali pignore, per rationem, quam reddit Put. Decis. 38. lib. 1. & doctè Tilemann. sua prax. cap. 32. siue præcedat specialis hypotheca, siue generalis, etiamsi de credito dotis ageretur. Rip. ad l. priuilegia nume. 19. & 20. ff. de priuileg. credito. Cacheran.

cheran. Osasc. Decis. 59. Couarruu. lib. 3. var. resol. cap. 18. nu. 1. Mynsing. cent. 6. obseruat. 94. Decian. cons. 2. num. 142. vol. 1. copiosè Gabriell. cōs. 41. nu. 4. tom. 2. cum adductis per Surd. cons. 495. nu. 9. vol. 4. vbi ex ingenio pro veritate defēdit,
2 non licere mulieri † pro dote eligere aliqua ex multis bonis obligatis, in quibus sibi satisfaciat, quando mulier sibi prouidit speciali hypotheca; quo casu tenetur prius excutere vires specialis hypothecæ, etiamsi in instrumento dotis adesset clau-
3 sula illa † pro maiori securitate, quoniam inde non infertur ex necessitate, quòd generalis hypotheca possit absolutè exerceri cùm sint hæc compatibilia, quòd maior sit cautio, & nihilominus impediatur exercitium generalis hypothecæ ante specialis
4 pignoris † excussionem, ob sex præcipuas vtilitates, quibus ornatur specialis hypotheca minimè competentes generali, quas expendit Negusant. de pignor. 2. membr. secūdæ partis n. 1. & seqq. relatus à Surd. annot. loc. nu. 11. vbi ità tenet in terminis dictæ clausulæ. Secus in illa vsitata clau-
5 sula, † ità tamen quòd specialitas non deroget generalitati nec contra, quæ multò fortius operatur, quàm præcedens clausula, pro maiori cautione. Rota Roma. apud Put. d. Decis. 38. lib. 1. vbi prædicta clausula, ità vt specialitas &c. efficit, quòd possit incohari à generali hypotheca etiā in præiudicium secundi creditoris. Paris. cons. 103. nu. 3. & 4. lib. 3. Alba cōs. 796. Rol. à Vall. cōs. 36. vol. 4. Mynsinger. cent. 6. obseruat. 94. in fi. Afin. de execut. §. 7. cap. 5. & 8. Caroci. de excussion. part. 2. quæst. 65. Surd. Decis. 44. & Vinc. de Frāc. Decis. 5. part. 1. post Osasc. de Decis. 159.

Extenditur nunc dispositio d. l. 2. etiam ad fructus rei specialiter obligatæ, quia etiam ipsi veniunt in hypotheca, ideò ad
6 generalem non potest deueniri, nisi † præuia liquidatione fructuum simul cum rei specialiter obligatæ excussione. l. lucius. ff. qui pot. in pignor. habe. Rot. Florēt. penes Magon. deci. 124. nu. 4. Vinc. de Franch. Decisio. 334. num. 12. part. 2. & Decisio. 523. num. 11. part. 3.

At non est obliuiscendum, quod constitutio d. l. 2. non habet locum in fauorē debitoris, quia est odiosa, & ad commodū posterioris creditoris inuenta: proinde nō potest debitor opponere cōtra primū creditorem, vt agat ad bona specialiter
7 obligata, cùm sit exceptio † de iure tertij minimè excludens agentis intentionem, nisi volente creditore, de cuius damno agitur. Non obscurè Surd. cons. 98. in fi. vol. 1. & d. Decisio. 44. num. 10. Tessaur. Decisio. 4. Fuldius Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. nu. 73. cum seqq. atq; Marant. ad l. 1. §. quòd ait prætor nu. 98. cum seqq. multis ff. vti possid. eòque minus agendo allegans ius tertij auditur, quàm excipiendo. Ruyn. cons. 119 n. 2. vol. 1. & Pacian. prædicto in loco num. 75.

Non obtinet etiam hoc remedium in obligatione Camerali, in qua nō attenditur vllus ordo: sed creditor potest pro suo arbitrio agere, & eligere, quam malit viā pro satisfactione sui crediti tantopere priuilegiati Surd. d. Decisio. 44. nu. 17. 18. & 19. & vltra. Ant. Mas. Galesi. tract. de formul. Cameral. obligat. Scacc. plenè tracta. crimin. part. 2. cap. 61. & Farinac. cōs. 57. num. 12. vbi in istis Cameralibus obliga-
8 tionibus † patent ad ius suum prosequendum omnes viæ.

Multò minus admittitur in praxi hoc ipsum remedium quando creditor haberet constitutum, & executionis viam in-
9 gressus constituto ipso † vteretur, probando potissimum possessionem bonorum tempore constituti obligatorum: nam tunc cessat omnis contradictio, quò ad excussionem pignoris specialis fusè Surd. d. Decis. 44. n. 21. & deinceps. ac Tessaur. Decisio. 215. de quo puncto opportunè dicetur infra in remedio excussionis.

REMEDIVM XII.

Ex. l. si me, & Titium. ff. si cert. petat. equitate ne quis cum aliena locupletetur iactura. Cuius remedij prçclarum est exemplum apud. Rim. Iun. cons. 484. nu. 15. vol. 5. Aliud apud Surd. cons. 101. nu. 26. vol. 1. in venditore nō implecte contractum ex sui parte, qui tamen rem tradidit emptori recusanti soluere vsuras recompēsatiuas. Aliud in salario nō conuento. Rot. Gen. Decis. 115. nu. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contra quem detur, & ex qua causa, & num. 2.*
3 *Et qui à possessione cecidit, an detur.*
4 *Requisita, vt quis obtineat in hoc remedio.*
5 *Vbi est res iudicata, an competat remedium nostrum.*
6 *In melioramentorum necessariorum factorum à pradone aut mala fidei possessore recuperatione, an procedat huiusmodi remedium.*
7 *Melioramenta si facta sint in bonis laici feudalibus, aut Ecclesia, an similiter repetantur.*
8 *Melioramenta necessaria quot modis reficiantur.*
9 *Hypothecaria actio, an competat pro necessarijs melioramentis extrà casus ibi relatos & num. 10.*
11 *Hypothecaria non contrahitur, nisi in casibus, à iure expressis.*
12 *Vendens rem habita fide de pratio, si rei forma in aliam mutetur, an possit eandem vindicare: quid si aliundè non possit pretium consequi.*
13 *Materiatum nō venit appellatione materia.*
14 *Statutum Papia 66. inter ciuil. concedens venditori pralationem in re propria, an etiam procedat mutata rei forma. & eius statuti interpretatio num. 15.*
16 *In correctorijs fit extensio ex identitate rationis.*

Ranseamus ad remediū singulare, & ipsum vndequaq; subsidiarium l. si me, & Titium. ff. si cert. petat. Cuius sensum, & sententiam diligētissimè (vt omnia) prosequitur D. Menoch. de recuper. possess. remed. 4. & post eum copiosè Caroc. tract. de deposit. part. 1. tit. de excusa. deposit. num. 7. cum mult. seqq. Eius autem legis, quam diuinam, & nobilē appellat. Bald. cons. 348. alijs 338. col. 11. tom. 1. refert. Decian. tom. 3. cons. 52. nu. 9. & remedij, quod ex ea deducitur. fundamentum, ac basis est naturalis æquitas, scilicet, ne quis fiat locupletior cum aliena iactura. l. nam hoc natura ff. de condict. indeb. & nō solū
1 datur cōtra eum † qui meam rem habet,
2 illamq; sine causa † detinet, Papon. cons. 112. nu. 34. verùmetiam in re mihi debita & in re prouenientе aut trahente originē ex re propria cum sit in rem scriptum veluti quando pecunia mutuantis in alimēta conuersa est, vel res creditoris vendita est, & pretium eius cōuersum in emptionum prædiorum, quia tunc mihi in subsidium cōpetit hæc actio in factum de qua in d. l. si me, & Titium. Surd. consil. 420. nu. 3. vol. 3. Franc. de Pont. cons. 36. nu. 4. 27. & 36. Magon. Rot. Flor. Decis. 64.
3 nu. 84. Sic etiam quando quis sine † iusta causa cecidit à possessione, si non concurrāt extrema seu requisita remedij redintegratorij Maran. sui specul. par. 4. tit. de petitio, & possessor. nu. 44. de quo puncto Alex. cons. 92. num. 7. vol. 5. vbi contra quoscumq; etiā bona fide possidentes datur hoc remedium, & actio triticaria pro recuperanda possessione.

Sed vt ad intima penetremus, necessa-
4 ria, † vt hoc ipsum in execūtionem practicam demandari valeat, exponēda sunt, sine quibus perperam ad illud recuritur. Primum est, quod hoc remedio vti volens, habeat bonā fidem, & omni culpa careat. Marant. iam citat. loc. & Caroc. eod. loc. nu. 13. quia imputādum est sentienti damnum ex sua culpa vt in passo euictionem: qui non opposuit de meliora mentis: ideo cessat regressus contra auctorem Vinc. de Franch. decis. 112. nu. 2. cum seqq. par. j.

Secundum est quod is contra quē hoc remedium intendere volumus, habeat causam lucratiuam, quia aliter nō procedit contra allegantem seu habentem titulum onerosum. Bart. Deci. & Rimin. ad d. l. si me, & Titium. Alex. cons. 92. nu. 6. vol. 1. Marant. prædicto in loco n. 44. & Caroc. vbi supra n. 10. Decian. d. loco nu. 48.

Tertiò debet concurrere dictamen æquitatis, quæ est lapis angularis, & basis, remedij huius Menoch. d. loc. nu. 3. Ideò in foro ecclesiastico, & in tribunalibus mercatorum hoc remedium debere esse tanquā speculū ante oculos, dixit Calca. cōs. 28. nu. 23. Planè in quolibet negocio tria omnino consideranda veniunt, nimirum quid liceat secundum æquitatem:

quid

quid deceat secundum honestatem; & quid expediat secundum vtilitatem. Caroci.d.loc. num. 8.

Quarto quod aliquid non sit gestum inter partes vel cum earum authoribus aptum ad producêdam actionem: Ceph. cons. 36. nu. vlt. Philipp. Franc. in disputatione de petitione nu. 8. in 1. dubio Caroc. co. cit. loc. n. 9. & Cæs. Contard. ad l. vnic. vers. ampliationes n. 40. C. si de moment. possess.

Quintò quod res tunc têporis sit datis vel ab eius reprouenerit, qui agere intendit: secus si futura esset quia hoc secundo casu illi non competit remedium quo de agitur per doctr. Bart. Angel. ad l. apes. §. vlt. ff. de furt. & Caroc. d. loc. n. 11.

Sextò Contard. ad d. l. vni. limit. 9. nu. 62. & 63. probat, quod remedium d. l. si

5 me, & Titium, non competit, vbi est res † iudicata ob maximam illius autoritatem. Natt. cons. 524. Crauett. cons. 79. Olasc. cons. 33. nu. 18. Menoc. de arbitr. iudi. q. 52.

Septimo, & vltimò requiritur, quod domino rei, aut agere volenti hoc remedio, alia via non sit prouisum: postquam tale remedium in subsidiû dumtaxat conceditur, hoc est, cùm nullum aliud superest, sicuti fit in officio iudicis, quod ei soli côpetit, qui est omni actione destitutus l. si eû seruum. vbi Socin. Rimin. & Alex. ff. si cert. peta. idem Alex. d. cons. 92. nu. 6. Caroci. d. loc. nu. 12. & nô obscurè Surd. cons. 528. nu. 19. & seqq. vol. 4. imò sublata per statutum omni nullitate, & exceptione, vt in casu duarum conformium & in executiuis neutiquam censetur exclusum officiû iudicis secus sublata omni defensione, Castr. cons. 257. nu. 5. vol. 2. & Crass. except. 21. nu. 15. tract. de exceptionib. Hinc fit perspicuû quod in me-

6 lioramentorum † necessariorum recuperatione, etiam ad commodum prædonis, & malæ fidei possessoris l. plane cû l. seq. ff. de pet. hæred. Afflictus. Decis. 87. nu. 6. Perusin. Decis. 24. p. 1. Boer. Decis. 44. n. 7. Peregrin. de fideicommiss. art. 50. num. 24. & Magon. Rot. Luca Decis. 33. nu. 24. Nisi procederet pactum præcisum, ne fierent meliora menta etiam necessaria inconsulto domino quoniam nô est locus condictioni, nec retentioni contra legem dictam inter partes. l. legem. C. de locat. Boer. Decis. 44. nu. 8. Ruy. cons. 157. vol. 1. & Schrad. tract. de feud. 2. p. 9. q. princip. sect. 2. nu. 63. & 64. Nec potest sic impendens contra pactum negatiuû se tueri sub pretextu locupletationis cum iactura aliena, aut ex capite donationis inde præsumptæ inualidæ ob defectû insinuationis, aut alterius formæ statutariæ, quia ab fuit animus donandi, & domino acquiritur iure soli cui cohærent meliorationes. l. cuius per errorem, & l. donari vbi Mayner. Cagnol. & Dec. ff. de reg. iur. nec hactenus legisse memini, quod commissio pœnæ etiam subintellectæ à lege redoleat donationem, Auth. qui rem, vbi Dec. & Cagnol. C. de SS. eccl. forte concederetur abrasio melioramentorum secundum ea, quæ infra remed. 99. posui siue ea melio-

7 ramenta sint facta in bonis † laici, etiam feudalib. siue ecclesiasticis. Surd. cons. 183. nu. 46. vol. 2. & cons. 333. nu. 32. vol. 3. competit in subsidium hoc remediû Garzias Hispan. Gallec. tract. de melioration. & expens. c. 7. nu. 2. & seqq. & Pet. Plac. tracta. de fideicomm. q. 15. nu. 334. Alioqui melioramenta necessaria, de quibus Bald. cons. 303. nu. 2. vol. 1. cum aggestis per Pereg. & Pet. suprad. in locis reficiuntur quatuor modis, nempe retentione, quæ facilius conceditur. quia usque etiam obstante malæ fidei nota, vt iam dictum est, etiam respectu bonorû fideicommissariorum, & feudalium, atque ecclesiasticorû præclare (vt semper) D. meus Rhaud. var. resol. c. 18. & 20. etiamsi competeret actio ordinaria vt contra non paucos defendit Surd. cons. 561. nu. 26. vol. 4. & Carol. Lallong. racemation. 151. n. 4. dûmodò possessio aut bona sint penes volêtem vti retentionis commodo. Ioann. del Castillo tract. de vsufr. c. 57. n. 17. Vinc. de Franc. Decis. 112. par. 1. & 527. p. 3. etiâ in gratiâ singularis successoris. Socin. sen. cons. 158. nu. 27. & 28. vol. 2. Sed hoc postremum intellige quoad fundum ipsum melioratum non autem quoad alia bona Surd. Decis. 311. n. 7.

Reficiuntur quoque melioramenta officio iudicis mox actione personali priuilegiata. Molin. de Hispan. primo geni. lib. 1. c. 10.

1. c. 10. nu. 19. Imò etiam † Hypothecaria
10 in tribus casibus. Primò quando res in quibus fuerunt factæ meliorationes iam essent obligatæ ipsi facienti eas Iacob. Nouell. de iur. prothomyseos. §. 3. num. 45.

Secundus est casus quando esset data pecunia nominatim, vt erogaretur in hãc causam concurrentibus quoq; ijs de quibus apud Rip. ad l. si ventri. §. diuus. ff. de priuileg. creditor. Ceuall. tract. commun. contra commun. q. 744. nu. 9. Imò contrahi tacitam hypothecam ob expensas in reficiendo, vel conseruando opere, non in ædificando. ex Rip. ad l. vbi pure. §. qui in distrahendis nu. 2. ff. ad Trebell. defendit distinguendo Schrad. de feud. n. 49. & quidem materia reparationis est apprime priuilegiata, propterea quod etiã quartã Episcopalis reperitur à canone deputata fabricæ, quæ si non sufficeret, sunt vendẽda vasa aurea, & argentea, vestimentaq; ecclesiæ superflua pro restauratione necessaria mox canonici, & clerici habentes commodum ab ecclesia grauantur in suis redditibus, sed in subsidium duntaxat, & quando non vigeret in contrarium consuetudo præscripta, ac legitimè probata, vt in c. aurum. 12. q. 2. & ex multis Bero. cons. 3. nu. 37. & 43. vol. 1. Tertius est casus quando pretẽdens melioramenta necessaria fecit excussionem, & bona meliorata ad alium transierunt, aut ad singularẽ peruenerunt successorem: primusq; possessor, aut primus dominus fuit repertus non soluendo, Borgnin. Decis. 32. nu. 29. p. 2. & Surd. d. cons. 183. nu. 44. vol. 2. vbi si prælatus vel rector non est soluendo, & ecclesia est facta locupletior, quia res sunt effectæ prætiosiores, & maioris redditus ob melioramenta, tunc ecclesia tenetur ad necessaria melioramenta non obstãte meliorantis mala fide. Extra verò hos casus non leuem sentio difficultatem circa hypothecariam, an detur propter melio-
11 ramenta huius generis, cùm hypotheca † non contrahatur, nisi in casibus à iure expressis. Surd. Decis. 31. n. 9. & apud nos tracta. de fictio. c. 9. casu. 3. n. 2. Neq; hinc discedere licet, nisi te prius admonuerim-
12 mus, ex eadem æquitate venditori † rei cuiuspiam habita fide de pretio, deinde transmutata rei forma in aliam rem pote-

Io. Bapt. Costa Tract.

statem fieri vindicandi eandẽ rem in subsidium, penes quẽcunq; reperiatur quam-
13 uis appellatione materię † non veniat materiatum. l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. 3.
14 † Apposite Anchar. cons. 184. in fi. vbi cauit, quod venditori non valenti aliunde consequi pretium rei suæ, conceditur post excussionis legitimæ periculum regressus ad rem venditam. Vnde satis intelligitur quòd statutum nostrum Ticinen. 66. in
15 ciuil. concedens † venditori prælationem in re propria, & in pretio ipsius, habet locum etiamsi forma rei mutata fuerit glo. sing. in l. si pupilli. §. si Tytij. ver. Sempronium. ff. de neg. gest. quia in correctoriis
16 † fit extensio ex identitate rõnis notabiliter Rot. Auenion. Decis. 96. & quintuplici ratione defendit Surd. Decis. 139.

REMEDIVM XII. Illatio.

Ex l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. his solis vbi Ang. & Ias. ff. de cond. ind. & l. vxorem. C. de decur. lib. 10. quando filij, vel vxor teneantur ratione grani, vel vini consumpti in domo pro alimonia.

SVMMARIVM.

1 *Granum mutuo datum aut venditum patri aut marito pro alimentis filiorũ vel vxoris, numquid in subsidium sit reddendum ac persoluendũ per filios vel vxorem. Quid probent sic agentes, econtra filij vel vxor, vt solutionem euitent. num. 5. & quid in mercibus ad illorum vsus conuersis nu. 2.*

3 *Pensio domus conducta per patrem aut maritum, quando in subsidium obliget filium vel vxorem.*

4 *Alimentorum appellatione quænam includantur.*

6 *Vidua habitans ædes conductas per virum, ad illarum pensionem quando teneatur.*

Verunt nõnulli ex nostratibus in eam sententiam, vt in subsidium teneantur tum coniux,
1 tum filij ad mutuum † grani factum marito vel patri eorum, vel ad

E solutionem

solutionem pretij bladorum venditorum coniugi seu patri habita fide de eo, vbi ipsi manducauerunt illud in totum vel pro parte, & pater non est soluendo: filij verò habent, vnde satisfaciant, propter æquitatem l. 2. ff. ad l. Rhod. de iact. & l. si me, & Titium. ff. si cert. petat. Angel. & Iaf. ad l. his solis. ff. de condictio. indebit. vbi Bart. reliquit indecisum pūctū Crem. singul. 37. Ant. Cordub. ad l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 83. cum seqq. ff. de lib. agnoscend. Caroc. plena Decis. 128. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 48. & cons. 420. per tot. vol. 3. Ill. Card. Tuscus pract. iuris conclus. lib. 1. littera, A, conclus. 286. nu. 67. copiose Steph. Gratian. Rom. discept. forens. cap. 107. & 108. Cæuall. suis communib. quæst. 727. nu. 42. cum seqq. Imò idem diffiniendum esse probat Surd.
2 præallegato consil. 420. vbi merces, † vel aliæ res essent patri venditæ, deinde reuenditæ, & ex earum pretio emptum frumentum, quod sit verum in alimoniam filiorum, & in sustentationem familiæ, quia attenditur vltima versio, & vtrobiq; militat eadem æquitas mediatè, vel immediatè: vel directè, aut indirectè vertatur, semper erit verū dicere, id beneficij filios nactos esse, quod ex rei vẽditione peruenit, Angel. ad d. l. his solis, circa med. & Alciat. ad d. l. si me, & Titium, nu. 14. sic in vxore Io. de Plat. ad l. vxorem, C. de Decur. lib. x. Surd. cons. 387. nu. 28. vol. 3. & d. priuileg. 48. nu. 6. citra tamen consumptionem, aut diminutionem dotis, alij licèt dissentiant, Gamma Decis. 366. Proinde parcant quæso mihi manes eorum quotquot, & quicunque ab hac æquitate declinarunt, quos ego tract. de Portio. Rata quæst. 126. nu. 14. vsq; ad fin. cōfutaui, Vid. omninò Fontanell. Hispan. tract. de pact. nuptial. glo. 9. par. 5. nu. 171. vsq; ad num. 179. quid asserat de vxore, & filijs. Neque dissimilis est casus pensionis † do-
3 mus soluendæ in subsidium per filios, vel per vxorem inhabitantem, cùm habitatio pertineat ad alimēta, & possint exigi filij, & vxor in subsidium, quatenus commodum senserunt exhabitatione, quoniam hoc modo dicitur versum in eorum vtilitatem, Surd. d. cons. 420. num. 9. & vltra traditiones vulgatissimas, nimirum Bart. Pontan. Colerij, & Surd. tract. de aliment. prodeat luculentissimū Cam. Borr. cons. 71. vbi ornatissimè exponit, alimentorum
4 † appellatione venire cibum potum, vestes, habitationem, medicinas, lectum, supellectilia pro vsu domus, operas famulorum, & seruarum, & equum pro equitando iuxtà qualitatem personæ, & quantitatem patrimonij, ità ferentem. Verùmtamen creditores ad muniendam suæ pe-
5 titionis intentionem contra filios † tria hęc probabunt, videlicet.

Primò, patrem ab initio fuisse pauperem: alioqui si ab initio fuisset honestarum facultatum mox superuenisset inopia, non tenentur filij, quos alioqui pater de suo aluisset, sicut alere debuisset, Surd. d. priuileg. 48. num. 6.

Secundò, quòd ostendant frumentum vel pretium mercium fuisse in eam causā sustentationis filiorum expēsum, vel mediatè, vel immediatè, placeret tamen moderamē, cuius meminit Apostilla ad Dec. in l. si eum seruum, ff. si cert. petat. Littera, A.

Tertiò, quòd creditores sint certi ex rebus suis alitos fuisse filios, quia si cōcurrerent plures creditores, sibi à filijs, & vxore satisfieri debet, quippe qui ex frumento illis vendito, vel ex precio merciū sumpserint alimēta, cum tamen longè minus probabiliter sit insumptum hanc ob causam, quàm fuit in creditum patris, sed si ignoretur præcisè, ex quibus rebus fuerint præstita alimenta, existimo propter incertitudinem, non posse eos obtinere, quasi deficiat, non ius, sed probatio, quæ debet esse certa, clara, & concludens per necesse, l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutel. l. neq; natales, C. de probatio. & cap. in præsentia extra eod. quod tamē noluit resoluere, Surd. d. cons. 420. In omnem casum filij tenentur dumtaxat pro rata portione, idest, eatenus, quatenus est versum, & viritim pro eorum parte, non pro parentum portione. Sic dicendum quoque in vxore, vt nos diximus d. tract. de portio. rata, quæst. 25.

Aliud quoque sustinemus in vxore vi-
6 dua † ædes post viri obitum inhabitante, quæ tenetur pro rata temporis ad pensionem arbitratu boni viri diffiniendam, & liquidandam,

liquidandam, nisi iure familiaritatis habitasset ibidem, prout præsumit, alio nõ apparente, Caroc. de locat. par. 2. tit. de vxore, patru. edit. vna cum alijs per me congestis, d. tract. de Portion. Rat. quæst. 25.

REMEDIVM XIII.

Ex cap. vlt. de elect. in 6. circa citationes edictales, seu generales.

SVMMARIVM.

1 *Citatio edictalis, seu generalis, vt censeatur remedium subsidiariũ, & quomodo ad praxim reuocetur, quibus requisitis muniatur, num. 4. 6. & 10.*

2 *Excussionis iudicium an desideret citationẽ specialem, vel generalem.*

3 *Sententia lata contra hæredem præiudicat quoquè fideicommissarijs, & substitutis, si præcessit citatio generalis.*

5 *Vagabundus quomodo validè citetur.*

7 *Multitudo quando validè citata intelligatur & num. 9.*

8 *Dubius quandò æquiparetur ignorato, seu ignoranti.*

11 *Citationis edictalis effectus, qui.*

12 *Comparitio subsequens quando purget vitiũ præcedentis citationis.*

13 *Edictales litteræ in materia iuris patronatus quid præstent, quando interueniant, & quæ sint illarum requisita.*

14 *Cridæ emptionales, seu fiscales, an præiudicent certis creditoribus.*

15 *Citationis cum clausula, si vel quatenus suã putauerit interesse, sensus breuiter enucleatur.*

Citationem per edictum, siue per publicum sub præconis voce proclama, quæ mihi se obuiam offert, inter hęc subsidiaria remedia adnumerari, præter Bart. in repet. extrauagañ. ad reprimendum. verb. per edictum, cumulatissimè probat mihi Vestr. suæ prax. lib. 4. cap. 2. & 3. Decian. consil. 23. lib. 5. Beci. consil. 12. Surd. consil. 181. vol. 2. & optimè Gayll. obser. 57. lib. j. cuius loco more nostro substituitur ad certiorem notitiam schedulæ pro locorum consuetudine modò hic, modò illic affixæ, Angel. cons. 332. nam dicitur remedium † subsidiarium, quia, vt citatio per
1 edictum liget, debet fieri ex causa necessitatis, idest; deficiente omni alio meliori modo, quo citius, & certius res ad notitiam in citatione comprehensorum deuenire posset, cap. vlt. de elect. in 6. Oldr. consil. 43. Angel. cons. 289. Signorol. de Homode. cons. 57. exemplum videre est in clem. j. de Iudici. quam expendit Vestr. d. cap. 3. nu. 4. & Zabarell. cons. 128. vbi ait hanc citationis speciem esse interdictam regulariter, nec valere, nisi in casibus à iure expressis. Aliud exemplum desumitur, ex Fulgos. cons. 137. in princip. de persona, contra quam reus petit examinari testes ad perpetuam rei memoriã, quæ si est incerta, sufficit hæc citatio edictalis sub nomine appellatiuo, quo pacto declaratur Nou. Constitut. locus tit. de probatio. §. sed quoniam, vbi datur alia forma, quando reus est certus, siuè præsens sit, siuè absens: & huc pertinere videtur doctrina Canonistarũ ad cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Baldi, & aliorum ad authen. si quis, C. de testibus, & eiusdem Baldi consil. 384. lib. 3. Capoll. caut. 213. Pract. noster Papien. in form. capitulo, quando test. product. ad æter. rei memor. Paris. consil. 24. libr. 3. Alb. consil. 412. vol. 3. & de hoc argumẽto inferius dicetur seorsim. Aliud exemplum habemus apud prædictũ Signorol. d. consil. 57. quando agitur de discussione
2 † ad beneficium tertij possessoris, aut fideiussoris incerti, nam tunc sufficit hæc citatio generalis, præmissa tamen informatione de adhibita diligentia, & vt per Alex. consil. 5. lib. 2. adiunctis his, quæ congessit Caroci. tract. de excuss. bonor. quæst. 33. nu. 6. & 27. part. 2. vbi quando petitur pronunciari, quod excussio sit legitimè facta, requiritur citatio specialis: sed in excussione facienda generalis per edictum sufficit, seu per proclama, quò ad incertos creditores, nisi res esset cum his, quorum interest secundariò tantũm, quia etiamsi certi essent, personali non est opus citatione, sed generale sufficit proclama adhoc,

vt illis præiudicetur, vt in sententia † lata
3 contra hæredem ad effectum preiudican-
di fideicommissarijs, & substitutis, vt ex
Bart. Bald. & Curt. concludit Osasc. De-
cis. 157. nu. 14. Gabriell. cons. 42. vol. 2.
Honded. cons. 28. vol. j. Menoch. consil.
501. Fab. de Anna. consil. 18. nu. 20. Fran-
cisc. de Ponte consil. 90. nu. 4. 5. Surd. De-
cis. 256. Peregr. latè de fideicommiss. art.
53. nu. 39. & deinceps, Intrigliol. de sub-
stitut. Centur. 3. quæst. 73. num. 120. &
seqq. & Cæuall. tractat. commu. contra
commu. quæst. 636. Verùm vt cœptum
ordinem prosequamur, requisita nobis ad
huiusmodi litterarum edictalium conces-
sionem referenda sunt, & demum earum
effectus, & illationes.

Requiritur itaq; in primis ad huiusmo-
4 di citationis validitatem, † quòd quis in-
teresse habens alio modo citari nō possit,
cùm ab edictali citatione iudex incipere
non possit, nisi in personam, vel ad domū
solitæ habitationis executio citationis nō
possit fieri, cap. causam quæ de dol. & cō-
tumac. l. dies, §. prætor ait, ff. de damn. in-
fect. Gayll. prædicta obseruat. 57. vbi de-
clarat hanc citationem pertinere ad † va-
5 gabundum, nisi statuto, aut consuetudine
receptum sit, citandam esse personam va-
gabundā in forma absētis. Iul. Clar. prax.
crim. §. fin. quæst. 23. nu. 21. sicuti allegan-
tes probare tenentur, se habere non posse
tutum accessum ad domum siue loca ci-
tandorum, Rot. Roman. Decis. 45. lib. 3.
in nouissim. necnō ad eum qui per se, vel
per alios totus in eo sit, curetq; omninò,
ne citatio ad se perueniat. d. Clem. j. de iu-
dic. & cap. Romana, §. contrahentes, de
foro compet. in 6.

Requiritur secundò, quòd incerta lo-
6 co sit † persona citanda: nec sciatur, aut
sciri possit vbi moretur, hoc intellige, cum
agitur de citatione eius, qui habet ius in
re, l. sancimus, C. de iur. delib. Gemin. ad
d. c. vlt. de elect. in 6. Abbas cōns. 67. col.
2. lib. j. Roma. cons. 450. & ibi in additio.
Alex. cons. 106. & seq. lib. 5. Surd. Decis.
5. nu. 8. Quòd si agatur de iure ad rem, vt
in præsentato ex vi iuris patronatus ali-
quorum ad aliquod Sacerdotium, sacel-
lum, altare, aut (vt vulgo vocant) capella-
niam, tūc sufficit citatio ad ecclesiam, qua
de agitur cum assignatione competentis
dilationis, Calderin. de dilation. cons. 135.
alias 3. sed & aliquando requiritur vtrūq;
videlicet citatio per edictum, & affixio il-
lius ad ecclesiam, seu (vt dicunt) ad valuas
ecclesiæ, de cuius beneficij, ac titularis pos-
sessoris institutione, vel amotione conten-
ditur. Idem Calder. de dilatio. cons. 135.
alias 4. Rot. Roma. Decis. 258. lib. 2. part.
3. in nouissim. contra certam verò perso-
nam nunquam deuenitur, nisi in subsidiū,
veluti cùm in loco, vbi deberet citari, non
inuenitur, l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.
vel in actore, qui causam introduxit, de-
inde recessit, non dimissio, aut constitutio
legitimo procuratore, aut electo (vt fieri
solet) domicilio, ad quod possit citari, tam
in secunda instantia, quàm in prima, au-
then. qui semel, C. quomod. & quando
iud. Zabarell. d. consil. 128. num. 6. Alex.
cons. 96. vol. 2. Rebuff. tract. de domicil.
elect. artic. vnico, glo. vnica, nu. 19. cum
seq. vbi declarat, quando domicilij electio
in causa principali duret in causa appella-
tionis. Hoc idem obseruatur in prætten-
dentibus secundarium interesse, aut in a-
ctu extraiudiciali quò ad eos qui non pos-
sunt actū impedire, sed monentur ad assi-
stendum pro suo interesse, vel pro solem-
nitate, vel pro maiore cautela, vt in inuen-
tario conficiendo, Bart. cons. 154. lib. j. &
Alex. cōs. 58. nu. 6. & 7. vol. 5. Istud idem
procedit, cùm fit proclama in loco frequē-
ti, vnde peruenire possit verisimilis scien-
tia ad interesse habentes, Decian. cons. 18.
nu. 99. lib. j. sicut etiam quando est citan-
7 da † multitudo creditorem, vel personarū,
vt deducit Angel. d. cons. 289. col. 2. qui
loquitur in hærede petente restitutionem
in integrum aduersus aditionem hæredi-
tatis ex immodico damno inde resultāte:
nam omnes certi; imò etiam dubij sunt
citandi nominatim, de quorum præiudi-
cio agitur: alias per edictum citari sufficit,
Alex. consil. 5. col. j. vol. 2. Additur Ias. in
l. decem, nu. 43. ff. de verb. obligat. Polyd.
Rip. obser. 273. nu. 2. vbi isto casu dubius
8 † nō æquiparatur ignorato. Nō ita multi-
9 tudine, † q. regitur collegialiter, quia col-
legialiter etiā est citāda, & simul Zabarel.
d. cōs. 128. nu. 2. sic Decuriones Ciuitatis
esse primum citandos, mox Sindicos cita-

ri

ri sufficit, Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. [illegible] part. 1. § 4. nu. 56. cum seqq. Rot. Ro- ma. Decis. 188. & 200. lib. [illegible] in nouissim. [illegible] & vltimo requiritur, quod [illegible]
10 [illegible] citatione domicilio vicinis, [illegible] vel in [illegible] locis [illegible] affigi, vt [illegible] [illegible] formam [illegible], aut consuetudinariis [illegible] [illegible] citationis. Ceuall. [illegible] effectus. In [illegible] edictalis [illegible]
11 [illegible] non ratione [illegible] [illegible] [illegible] litigiosi [illegible]
12 purgat vitium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Decis. [illegible]
13 Iam verò literæ [illegible] in materia [illegible] quando quidem non appositis edictis collatio [illegible] ipsa præsen- tatio [illegible] quasi possessio, præsentan- di [illegible] cap. vlt. vbi Gominianus de electio. in 6. Lambertin. de iur. patron. lib. 2. part. 2. quæst. 6. principal. artic. 17. & 18. Viui. Decis. 309. part. 2. nisi aliud sit de consue- tudine Ecclesiæ, ad quam quis est præsen- tatus; quia ea omnino debet attẽdi. Mari. Anton. resol. 108. nu. 44. cum seqq. lib. 1. Excell. Polyd. Rip. obseruat. 273. num. 5. vbi in foro Ecclesiast. Papiens. ait tàm cer- tos, quàm incertos consueuisse citari per edictum generale. Amplius non contra- dicens in termino præfixo literis edictali- bus, non est vllatenus audiendus. Oldrad. cons. 3. Lambertin. d. tract. lib. 2. part. 2. quæst. 6. princip. artic. 26. cum seq. Mari. Antonin. resolut. 20. n. 25. lib. 1. Præterea si in termino literarum edictalium fuisset facta institutio, debet reuocari per vi. lit. attent. lite pend. secus vbi literæ edictales iam essent reuocatæ. Calderin. de elect. col. j. Lambert. d. lib. 2. par. 1. quæst. 6. princip. art. 12. Borgni. Caual. Decis. 17. num. 89. part. 2. & Federi. Scot. cons. 10. num. 45. lib. 5. tom. 2.

Verùm duo requiruntur. Primò quòd constet literas edictales affixas fuisse, nec infra terminum competentem iudicis ar- bitrio amotas alias nihil prorsus operan- tur, nec præiudicant cuiquam. Lambertin. d. loc. artic. 24. Scot. d. cons. 10. num. 45. Mari. Antonin. dicta resolut. 20. nu. 10. & 11. Verall. Decis. 95. part. 2.

Secundò requiritur, quod si patroni sunt certi, debent nominatim, & in specie citari, non per edictum. d. c. vlt. de electio. in 6. Lambertin. d. loc. art. 10. & 11. Viui. Decis. 309. ... quod non seruari in Curia Episcopali Papiæ, attestatur Borgni. De- cis. 10. nu. 64. part. 3. saltem donec semel non comparuerit in iudicio, tunc vt cer- tus, & collitigator personaliter citari de- bet, vel ad domum, vt ibi per Borgni. Sic dici potest ad doctrinam Plot. super l. si quantitas. C. vnd. vi. in repertorio in mate- ria decreti Mediolani de bon. ad exid. po-
14 nend. vers. decretum, & cridæ non præ- iudicant illis, quos ponens sciebat ius ha- bere, & prætendere, quia pugnat genera- lis, eaq; omnino notoria consuetudo fori nostri, & (vt fertur) totius dominij præ- dicti. Num verò his respondeat, quod
15 alibi edocemur, citationem cum clau- sula, Si vel quatenus sua putauerit inte- resse, operari, vt citatus sit reus volunta- rius, quando non adsunt verba alterantia, vt puta si dicatur, alias procedetur in eius contumaciam, vel nisi citatus ad causam comparuerit deducendo declinatoriam aut asserendo se possidere, his namque casi- bus remanet reus omninò necessarius, id- circo si habet priuilegium fori, potest pe- tere remissionem, nec ad eum spectat onus sustinendi in instantia, distinguendo tamen ad mentem Capyc. Decis. 8. Viui. Decis. 39. lib. 1. Afflict. Decis. 24. & 327. Decis. Perusinam. 91. part. 2. Rol. cons. 29. vol. 2. Menoch. de recupera. possess. remed. 15. nu. 262. cum seqq. Riminal. iun. cos. 422.

vol. 4. & de clerico sub dicta formula, si sua putauerit, &c. citato latè distinguit Viui. annot. loc. Morot. cõs. 50. n. 2. Rot. Roma. Decis. 329. part. 2. in nouissim.

REMEDIVM XIIII.

Ex cap. nouit. de Iudic. & cap. si peccaueris 2. q. 1. circa denunciationem euangelicã.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiatio euangelica cur sic nuncupata.*

2 *Sententia euidenter iniusta transacta in iudicatum medela esset, aliquando denuntiatio Euãgelica, si vsus eam reciperet, & n. 4.*

3 *Denuntiatio euangelica non intelligitur exclusa à statuto tollente omnes exceptiones, defensiones, & remedia.*

5 *Præscriptione non ledat denũtiatio euãgelica.*

6 *Obligatio chirographaria nõ nocet etiam post lapsum biennij de canonica equitate.*

7 *Denũtiationis euangelicæ requisita quatuor.*

8 *Monitorium generale in forma malefactorum successit hodie in locum denuntiationis euangelicæ, ibiq; refertur notabilissimũ exemplum simulati contractus.*

9 *Iuramentum assertorium veritatis quod sit, & quod promissorium.*

10 *Simulationis exceptio, seu oppositio non potest deduci, stante iuramento assertorio, & promissorio, de magis comuni sententia, id quod limitat auctor. 4. modis nu. 11.*

12 *Denuntiatio euangelica influebat in omnes casus, quibus locupletatio cum alterius iactura accomodatur.*

1 Hristiana religione, & pietate plurimùm præstat remedium Euangelicæ † denuntiationis, sic appellatæ quia ab Euangelio originẽ traxerit, reuera subsidiarium valde, secundùm doctrinam, & regulam in sacrosanctis Euangelijs constabilitam, canonizatã prætereà in cap. nouit. de iudic. & in cap. si peccauerit. 2. quæst. 1. cuius charitatiuã formam summi legislatoris, & seruatoris nostri crucifixi accepimus ore. D. Math. c. 18. & Luc. 17. vt refert. Bart. in extrauaganti, ad reprimendum. vers. denuntiationem nu. 5. cum seq. probè, & prudenter Doct. Nauar. in Manual. cap. 24. de correctio. fratern. num. 13. 14. & 15. & ad d. cap. nouit. notab. 4. & 5. vbi diffinit. Marant. sui specul. par. 6. vers. & etiam per vim denuntiationis Sigismund. Scaccia. tract. Crim. part. j. ca. 54. nu. 4. & 5. etiam cum discrimine vitæ, si subsit spes correctionis. Ceuall. tractat. comun. contra comun. quæst. 573. Graf. Decis. part. j. lib. 2. cap. 69. de correctione fratern. Veluti cũ sententia prorsus iniusta transit in iudicatum quæ nulla alia via potest rescindi, nec per querelam, nec per recursum, neque
2 per reuisionem, quia tunc prouidetur † condemnato per denuntiationem Euangelicam. Marant. d. loc. nu. 6. quia sublatis per statutũ, aut aliter omnibus exceptionibus, defensionibus, remedijs, & iuribus,
3 semper durat hæc ipsa pietas † denuntiationis Euangelicæ, veluti ex. Bald. Asini. Bero. & Menoch. tradit Crass. tractat. de
4 exception. exception. 42. sed † debet esse notoriè iniusta sententia. Itẽ debet victor scire hanc ipsam iniustitiam: & damnum inde resultãs debet esse irreparabile. Abb. ad d. cap. nouit. Bart. repugnãte ad d. vers. denuntiationem num. 15. quem sequitur Bossi. sua prax. tit. de via facti, & denuntiation. euangelic. contra quos pugnãt Marãt. & Scaccia supra relati, & Nauarr. d. cap. nouit. notab. 6. nu. 75.

Sed, & similiter completa præscriptio-
5 ne † & post eam locum habet hoc ipsum remedium denuntiationis Euangelicę, si euidens sit læsio. Innocẽt. ad cap. cura pastoralis. col. 2. de iur. patronat. Abb. ad d. cap. nouit num. 20. & Borgnin. Caualc. Decis. 16. part. 2. nisi præscriptio processisset bona fide, quoniam contra eum, qui nõ peccat, nequaquam competit denuntiatio Euãgelica. glo. & Abb. ad ca. vlt. de præscriptionibus, qui alios citat, ac testatur de magis communi Ceuallos tract. commun. cõtra commun. quæst. 347. nu. 3. & 4. Caroc. Decis. 131. nu. 28. dicens procedere tã in actione personali, quàm reali.
6 Ideoq; in chyrographaria † obligatione ex causa mutui, vel dotis, & qualibet alia, non attenditur lapsus biennij, nec longissimi

gissimi temporis etiam immemorabilis, de æquitate canonica. semper enim militat exceptio doli, vel rei non traditæ, vel non numeratæ pecuniæ, ne quis cum aliena iactura locupletetur. Felin. & alij ad c. Si cautio. de fid. instrum. Rebuff. de chyrograph. & schedul. recogno. artic. 2. nu. 48. ob malam fidem ab initio, & quæ omni tempore crassatur. Mascard. de prob. conclus. 361. nu. 31. cum seqq.

7 At ad huius remedij cōcessionem nonnulla † requiruntur, primū est ex defectu iustitiæ secularis. Bart. in d. trac. extrauag. ad reprim. vers. denuntiationem. num. 9. quod constet duas præcessisse charitatiuas monitiones. vt legitur in sacros. Euang. ibi, Si peccauerit in te frater tuus deinde, ibi, & si non resipuerit à peccato, &c.

Secundum, quòd adeatur iudex ecclesiasticis pro correctione pertinacis peccatoris, teste Bart. Marant. & alijs de quib. supra.

Tertiū est, quòd res sit cū persona certa quoniam contra vniuersitatē vtpotè quæ non habet animam, non procedit hoc remedium. Corn. cons. 22. col. vlt. vol. 3. relatus in hoc argumento per Seraphin. de Seraphin. de iuram. priuil. 83. nu. 30.

Quartum est, quòd peccatum non sit occultum, quia tunc cum testibus nō debet fieri correctio, secundùm Barbat. ad d. cap. nouit. num. 37. à quo dissentit Domin. Soto de ration. tegend. secret. mēbr. 2. q. 2. concl. 5. vt refert Ceuall. d. tract. q. 574. Graffi. d. loco. nu. 11.

Hactenus satis de materia, quàm rarò vidimus ad modernam praxim reduci in nostro foro, & tēpestate ob causas optimè notas Colendissimis superioribus, & alijs quibuscunque in forensibus negocijs vel mediocriter versatis. Scaccia dict. loc. nu. 6. & 7. Vvames. cōs. 268. in fin. vltra quod in locum prædictæ denuntiationis euan-
8 gelicæ successit † Monitorium generale in forma malefactorum. Franc. March. Decis. 853. part. 2. & suffectas scimus literas monitoriales de quibus, & nos iam iam dicemus ad materiam. Nec multò pridem vidimus ex mortalibus vnum, qui asseuerabat vendidisse prædium censitum cum ruralibus vni ex publicis professoribus in hac nostra alma vniuersitate, immunitate bonorum instar omnium publicè docentium, & stipendia merentium perfruenti, sed simulatè, & quæsito colore, vt effugeret molestissimū, quia grauissimum, onus soluendi collectas cum ruralibus, præcipuè his turbulentissimis temporibus: bona in exemptam personam non realiter, sed apparenter transferendo per viam contractus reducti in publicū instrumentum, in quo erat (vt apud nos moris est) iuramentum, non tantùm assertorium, † veritatis, scilicet, & prædicta omnia, & singula fuisse, & esse vera: sed etiam promissorium, videlicet perpetuò obseruare, & attendere, & nullo vnquā tempore cōtrauenire quod quidem iuramentū assertorium de se impedit allegari, & opponi
10 posse simulationē, quia allegaret † ac detegeret propriam turpitudinem, iuxta veriorem, & frequentiorem opinionē, Castren. ad l. vlt. nu. 6. C. plus vale. quod agitur, quàm quod simul. concipit. Imol. & Iaso. ad l. nemo potest, ff. de leg. 1. Rot. Auen. Decisio. 67. Bursat. cons. 358, nu. 6. Seraphin. de Seraphin. tracta. de priuileg. iuram. priuil. 59. plures adducens, longè plures congerit Scholiastes ad Bertazzol. cons. Crimin. 533. vol. 2. & Carol. Crass. tract. de exception. aduers. statut. except. 22. nu. 24. cum seqq. vbi cumulatissimè agit. Afflict. Decis. 60. & Grāmat. Decis. 45. 76. & 89. Multò magis, quādo vtrūq; intercessit. Osasc. Decis. 42. nu. 7. veluti se habet clausula circumcisa, iurans, &c. quę proinde est, ac si in quolibet pacto, & conuentione esset expresse inserta, Crass. d. tract. except. 22. nu. 12. Idem additionator ad Patris Bertazzol. cons. annot. Surd. cons. 489. num. 17. vol. 4. Nil obstantibus rationibus illis vulgaribus, Mancin. de Iuram. part. 4. primi eff. q. xj. nu. 5. vbi multis refert, & Hyerem. eod. tract. lib. 2. cap. 17. nu. 8. Farinac. Decis. 78. in addit. littera, E. quod deficiat consensus in contractu simulato, & simulationi non posse renunciari, quæ quidem traxerunt alios in contrariam partem, glo. ad l. 3. C. plus valer. quod agit. Iason. ad §. fuerat, nu. 87. & 88. Instit. de actio. Dec. cons. 587. nu. 2. & 3. Anchar. Iun. q. 80. nu. 22. lib. 3. Gallia. cons. 88. nu. 26. cum seqq. Caualc. Decis. 2. nu. 37. part. 2. Declarat idem Borgnin. Decis.

Decis. 13. num. 49. & 50. & Decis. 32. num. 33. part. 2. [illegible] cons. 54. & 55. vol. 1. alios citat Beer. consil. 2. num. 107. cum seqq. & D. Menoch. lib. 3. præsumpt. 4. num. 83. & 84. [illegible], quibus vestir Ladercliu cons. 159. num. 7. qualiscumque sit simulatio, Menchisel. q. 68. In fin. qui tres simulationis species adducit. [illegible]
11 timens, [illegible] quando iam esset recepta pro [illegible] de simulatione) Surd. consil. [illegible] [illegible] Socin. [illegible] [illegible] 3. num. [illegible] vol. 3. [illegible] Gozad. cons. [illegible] num. 17. & 22. Vel vbi agitur de [illegible] Caroli de [illegible] repetitione, [illegible] potest [illegible] literas monitoriales [illegible] [illegible]
12 tior [illegible] [illegible] excessit per [illegible] propter ea quod non [illegible] intra decennium [illegible] probationibus [illegible] [illegible] per Instrumentum [illegible] habet illiac probationem præsentibus [illegible] satis [illegible] [illegible] Anchar. [illegible] [illegible] Accedam ad illationem.

REMEDII XIV. ILLATIO.

Circa literas monitoriales, & earum vsum.

S V M M A R I V M.

1 M*onitorialium requisita examinantur.*
2 *Monitoriales literæ sed dumtaxat in subsidium conceduntur.*
3 *Excommunicatio debet esse vltimum remedium contra contumaces, vel rei alienæ occupatores.*
4 *Cameræ Apostolicæ debitoribus duobus existentibus insolidum, quorum vnius non sit* [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 *Monitoriales liberæ esse debent* [illegible]

HVc etiam quadrat, quod pro [illegible] de literis monitorialibus concedi solitis [illegible] Ordinariis sub pœna Excommunicationis, pro rebus [illegible] [illegible] concessio est [illegible], & extraiudicialis contra [illegible] detentores, vel etiam [illegible] ad
1 reuelandum, [illegible] veritatem eorum quæcumque [illegible], vel contra possidentes bona obnoxia alicui [illegible] seu obligationi, præter Nauiz. in Sylu. Nuptial. Olasc. & Alb. [illegible] [illegible] & [illegible] & [illegible] rand. [illegible] num. 1. 2. cum seqq. Surd. consil. 29. num. 33. vol. 1. Comprobat Nauarr. de pact. consil. 2. num. 6. lib. 1. & de cens. consil. 3. num. 3. lib. 3. Francisc. Leo. Thesaur. for. eccles. lib. 3. cap. 38. num. 22. & 23. Marc. Anton. [illegible] 75. lib. 1. Franch. March. Decisi. 855. part. 2. Vt autem earum concessio obtineat, quinque concurrere debent requisita.

Primum est, quod nominatim, nisi contra testes, non conceduntur ratione formæ, nisi præuia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter, Antonio Sola ad antiq. decret. Sabaud. [illegible] de tribunal. competent. adit. glo. 1. num. 7. quamuis sine canonica monitione non procedatur ad excommunicationem, Franc. March. d. Decis. 855. per cap. constitutionem, de sententi. excommunicat. in 6.

Secundo requiritur, quod res pro qua huiusmodi literæ conceduntur, non sit minimi, aut exigui momenti, Sola d. loco nu. 9. Franc. Marc. Decis. 803. par. 2. & nouissime Concilium sacrum Tridentinum, de quo infra fiet verbum in proposito.

Tertium est requisitum, quod contineant clausulam iustificatiuam: alias sunt inualidæ,

inualidæ, Nauarr. d. conf. 3. de censib. & conf. 3. de cler. excommunic. ministrant. num. 1. lib. 5.

Quartum est, quod aduersarius nō sit certus, alioqui via ordinaria esset experiundum, Rimin. Iun. conf. 357. nu. 1. 2. & 19. cum seq. vol. 4. vbi insuper concludit, esse persistendum in datis monitorialibus non obstante certitudine postmodum superueniente.

Quintum est requisitum, quod propter quā pertinet principaliter ad hanc tractationem, quòd dentur hæ litteræ monito-
2 riales † in subsidium, idest, deficiente alia probatione, ne etiam hoc modo contingat euacuari sæculare forum, Nauarr. d. conf. 3. de censibus, quia cùm excommu-
3 nicatio † debeat esse vltimum remedium, cap. clericus de vit. & honestat. cleric. ex quo reputatur maxima pœnarum, vulga. cap. corripiantur, 24. quæst. 3. quādiu habentur remedia ordinaria, non debemus vti extraordinarijs, Sot. in 4. sentent. distinct. 22. quæst. 1. potissimum ex norma Sacros. Concilij Trident. de reformat. cap. 3. incipien. quamuis sess. 25. vbi disertis verbis habetur, quòd excommunicationis gladius, qui est neruus disciplinæ ecclesiasticæ, sobriè, & cum magna circumspectione est exercendus, & tunc demum quandò alia via suum recuperandi inueniri non potest, non obscurè Berret. noster consil. 3. num. 2. & conf. 5. num. 29. latissimè Graffius, consil. 6. de sentent. excommunic. lib. 5. Idcircò inualuit praxis, vt in præceptis coram iudicibus ecclesiasticis inseratur clausula, sub pęna excommunicationis in subsidium. Quamobrem scribitur eodem Thesauro fori Ecclesiastici d. cap. 38. num. 15. quod sacra Illustrissimorum Cardinalium cōgregatio in Vrbe super d. cap. 3. interpretatione sa-
4 cratissimi Concilij declarauit, si † vnus ex duobus insolidum obligatus in forma Cameræ Apostolicæ carceratus esset, qui deinde comperiretur non soluendo, in subsidium contra aliū procedi potest, simulq; properando ad relaxationem censurarū, quibus esset innodatus impotens. Nequè hic moror in his referendis, qui

Excipiuntur à reuelatione ob contenta in dictis monitorialibus, vtpotè, Confessarius sciens, vt minister Dei, qui ob sigillum secreti omnibus secretioris, nō tenetur illis parere, aut peccatorem prodere, cui vix creditur, etiam quod dicat se reuelare de licentia cōfitentis, Lapus allegatione 94. Bertazzol. consil. crim. 452. num. 8. & 9. vol. 2. & Henriquez conf. 4. num. 2. Vid. Gabr. suis communib. tit. de testib. conclu. j. num. 28. vbi ait stari dicto sacerdotis; secus si pœnitens neget, Royas. singul. 5. nu. 44. Farinac. tract. crim. part. 2. quæst. 51. nu. 107. cum seqq. Vid. omninò Paris. in cap. denique, nu. 26. vbi edisserit de except. Decis. Triuis. 3. lib. j. Graff. d. loco, nu. 31. Vid. quoq; Marth. tract. de iurisd. part. 3. cap. 5. 6. & 7. vbi agit in quibus casibus monitoriales non sint concedendæ: & qui reuelare non teneantur. Vid. Rot. Roma. Decis. 383. parte prima in nouiss. sicut nec Aduocatus suum consultorem, Franc. Marc. d. Decis. 853. Et quicumquè alius in secreto quidpiam habens, nisi prius aliunde sciuerit, Socin. sen. conf. 102. lib. 4. C'ar. §. fin. quæst. 27. Lazar. tract. de monitor. sect. 2. quæst. 16. nu. 9. Graffius d. conf. 6. nu. 25. vbi expendit d. consil. Socin. sen. quod si agatur de Inuentarij oppugnatione vtpotè infideliter facti ab his, qui tenentur conficere Inuentarium potest impetrari Monitorium, à quo non excipitur pars, nec eius consilium. Rebuff. de Inuentarijs, glos. vnic. nu. 9. Sola ad antiq. decret. Sabaud. tit. de minorib. vers. Inuentar. Neque ille qui comparet coram Episcopo, vel eius Vicario, vt apud Lazar. d. tract. sect. 4. quæst. 27. & sect. 2. quæst. 16. num. 10. & 11. allegans se partem formalem, vel principalem, quia tunc actor habet personam certam contra quam via ordinaria experiri tenetur: non autem sumere arma de domo rei harum monitorialium litterarū cautela: iccircò vel reuocandæ sunt, vel saltem suspendendæ, vulg. l. nimis graue, C. de testib. Thesaur. fori ecclesiastici, d. c. 38. num. 23. & Mari. Anton. dicta resolut. vlt. cas. 75. Eò minus ligatur comparens, qui protestatur, quòd non tenet cum peccatores, de quibus in litteris, & cum responsione categorica, non hyppotetica, Abb. ad cap. nouit. nu. 53. de iudic. Mari. Antonin. d. cas. 75. vel etiam si asserat, se

quid

quid iustè seu probabiliter, & bona fide credit possidere. Nauarr. in sæpedict. consil. Non etiam tenetur, qui habet rem iudicatam pro se, trāsactionem iustam, præscriptionem legitimam, iuramentum litis decisiuum, exceptionem, tua non interest: planè hi minime ligantur dictis monitoriahbus, facta tamen debita oppositione corā huiusmodi litteras concedente. Thesaur. for. eccles. d. loco nu. 25. cum seqq. Nam de his agam copiosius in opusculo de litteris monitorialibus propediem excudendo. Interim hoc retinendum est; quod quando quis testes habet, vel instrumenta: sed probabiliter ob iudicis iniquitatem non sperat iustitiam, veluti quando renuit causam diffinire, vel nimis fauet alteri parti: vel petendo via ordinaria ponit se in discrimine vitæ, aut in periculo suorum bonorum, adhuc possunt concedi literæ monitoriales: tametsi earum natura sit, vt prouideatur indemnitati vniuscuiusque in subsidium tantùm, cap. cum dilectus, & cap. Abbas, de his quæ vi metusuè cau. In terminis Graffius cons. 6. num. 18. cum 3. seqq. de sent. excommun. in 6. Illustre dari potest exemplum instar omnium in sponsalibus de futuro † etiam iuratis, quæ studiosè debet iudex curare, vt perficiantur etiam adhibita in subsidium excommunicatione, vt experiatur sancta Mater Ecclesia constantiam animorum, vel sponsaliorum detegat pœnitentiam.
6
Quòd si recessum à priore voluntate deprehēderit, ad absolutionem procedit iniuncta pęnitentia ob periurium, & ob percussum inter sponsos fœdus. Card. ad cap. ex litteris: & ad cap. requisiuit. de spōsal. Io. Bapt. Ferret. cons. 171. lib. 1. Gabr. consil. 159. & 186. volum. 2. vbi sponsalia nō habent coactionem præcisam, sed causatiuam tātùm: vnde ducuntur puellæ post sponsalia ad Ecclesiam, vt palam interrogentur à Parocho de consensu in sponsā, vt in virum: quia sponsalia etiam millies iurata post dictam Conciliarem Constitutionem, præcisè non obligant: quemadmodū ego defendi, & obtinui non semel, etiam ex his, quæ congessi tracta. de fact. scient. & ignor. distinct. 40. iuncto consil. seq. Centur. 2. tom. 1.

Adiūgitur Marchisell. quęst. 116. Thō. Triuisa. Decis. 9. lib. 1. Surd. cōs. 364. vol. 3. Honded. cons. 87. vol. 1. Euerard. Sen. cōs. 178. vbi matrimonia † libera esse debent ab omni coactione extrinseca, scilicet, extra consensum partium veniente, non à coactione intrinsecus veniente, id est, de natura matrimonij. vt ibidem diligenter declaratur, & per laudatissimum D. Mari. Antonin. resol. secūda lib. 1. coram quo, vt iudice, vertebatur causa à me defensa, vt d. distinct. 40. cum cōs. seq. vbi eadem sunt fundamenta, excultius deinde plenius, & ordinatius reposita in refertissima eius supellectile variar. resolutio. Et verò scribit Fulu. Pacian. tract. de probatio. vol. 1. cap. 54. nu. 71. quod † non attenditur hoc remedium, quando nō releuat: licèt debitor, qui non satisfacit, possit ad creditoris petitionem excommunicari: Attamen hoc non habet locum in debitore, quem notoriè constat, soluendo non esse: quoniam aut excommunicatio non valet. ex Felin. ad. cap. ad aures. in prin. de simon. aut si valet, de facili est absoluendus, cessante in eo ob impotentiam qualitate insordescentię, aut obdurati animi, contemplata per Sacrum Concilium d. ca. quamuis Sess. 25. Francisc. March. Decis. 857. p. 2. Maur. Burg. de Laudim. part. 3. inspect. 19. nu. 40. cum seqq.
7
8

REMEDIVM XV.

Ex tit. in decret. de purgat. canon. circa vsum canonicæ purgationis.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio Canonica quid sit, & vnde dicta num. 3.*
2 *Purgatio Canonica cur sit remedium subsidiarium, & num. 11.*
4 *Purgatio Canonica extra crimen hæresis, seu illius suspicionem abijt in desuetudinem.*
5 *Purgationis Canonicæ inter Regulares praxis qua.*
6 *Abiuratio quid sit.*
7 *Absolutus de hæresi per abiurationem habetur pro innocente.*
8 *Abiuratio de vehementi, & purgatio Canonica*

nica non differunt.
9 *Abiuratio an dicatur sententia diffinitiua.*
10 *Abiuratio an conueniat relapso, & nu.* 12.
13 *Suspectus de hæresi quis cẽsendus, & quãdo.*
14 *Bulla Pontificia, si de protegendis, mentio.*
15 *Sortilegi quando, & quomodo abiurent.*
16 *Blasphemi an abiurare cogantur, & quomodo cum eis agendum in sancto officio.*
17 *Dæmonem consulens, aut paredrum gestans in anulo qualiter puniatur.*
18 *Pluralitas vxorem, vel maritorum, immò sponsarum odiosa, suspecta, & punibilis.*

Dferre etiam nõ piguit Canonicæ purgationis remediũ, scilicet, de obiecto crimine innocentię† demonstrationem. Nauarr. de hęretic. lib. 5. cõsil. 5. nu. 3. & subtilissimus Martinus del Rius lib. 5. disquisitionum Magica. sectio. 13. cuius rei titulum habemus in decretal. de purgat. cano. quã esse remedium subsidiarium† defendit in specie excell. I. C. Petr. Caball. in suo luculentiss. libr. Resolut. Crimin. casu 84. num. 2. vbi ex Abb. ad cap. 2. notab. 2. de purgat. cano. ait, hanc purgationem nõ esse indicendam, vbi aliter crimen possit probari, vel quia adsit accusator, vel quia extet indicium ad torturam, ideòq; subsidiaria reputatur. Marant. sui specul. part. 6. tit. de iuramẽto nu. 29. Diaz pract. crimin. cap. 141. Gabr. consil. 160. vol. 1.

3 Dicitur autẽ purgatio† Canonica, quia regulis iuris Canonici est satis consentanea, vt infamatus de quocunq; crimine, quod plenè probari non potest, & sic non confessus aut conuictus, nõ modicum autem suspectus, per iusiurandum se purget vel per sumptionem Sacrosanctissimi Eucharistiæ sacramenti. Peña ad Director. inquisitor. par. 2. comẽ. 14. Verùm, quia extra crimen hæresis aut illius suspicio-
4 nem, in desuetudinem abijt† purgatio canonica. teste Clar. in §. vlt. quæst. 63. nu. 4. Gallia cõs. 18. nu. 126. cum seqq. Gayl. lib. 2. obser. 106. & Caball. d. loc. nu.
5 Inter regulares solummodò viget† hoc remedium, dum aliquis infamia respersus inquisitioni superioris sui subijcitur, ex qua nihil certi habeatur: nam tunc vocatus dictum iuramentum præstare debet, necnon adesse debẽt compurgatores, qui iurent se credere, quòd is non deierauerit cõpurgatores autẽ pro Episcopo debent esse duodecim: pro Sacerdote verò sex eiusdẽ ordinis, & dignitatis cuius est reus, si fieri potest, & aliquando pauciores iudicis arbitrio, vt ostendit Victor. Mansus tract. de mod. proceden. in caus. regular. cap. 29. luculenter Frat. Eman. Roder. tract. de quæst. regul. tom. 2. quæst. 20. artic. 1. & 2. vbi Religiosus accusatus, si deficiat in probatione, nõ punitur à suo prçlato vti conuictus: sed ob violentam prçsũptionẽ pęna tãtùm arbitraria plectitur. Syluest. de purg. can. in fin. Simanch. de Cathol. Instit. cap. 57. Idcircò admonen-
6 di sumus, quod abiuratio, † scilicet recessus ab aliquo reatu cum iuramẽto de non redeundo ad eumdem vomitũ seu lapidẽ, & sic hæresum detestatio de leui, & de vehementi etiam pro formali hæresi, dicitur purgatio canonica seruata forma abiura-
7 tionis, & absolutus † de hæresi per abiurationẽ, habetur pro innocente. cap. accusatus. de hæret. in 6. Bursat. cons. 79. num. 10. vol. 1. Simanch. de catholic. institut. cap. 56. Rot. Auenion. Decis. 1. n. 4. vbi in
8 ter abiurationem de † vehementi, & purgationem canonicam nulla est differentia Nauarr. d. cons. 5. nu. 3. & 4. F. Eman. Roder. trac. de quæst. Regul. to. 2. q. 82. art. 2 quemadmodum accidit familiariter conuersanti cũ hæretico. Royas singular. 212. nu. 4. & 213. nu. 4. Rimin. iun. consil. 686 nu. 25. cum seqq. vol. 6. quæ quidẽ abiu-
9 ratio non dicitur sententia † diffinitiua, sed satisfactio pœnitentialis, & absolutio à pœnis. cap. ad abolendam de hæret. Bursat. cons. 24. nu. 1. vol. j. iuncto cons. 38. n. 26. eodem vol. quę nõ est arbitraria in hęreticis conuersus, sed oĩno eã adhibent circũspecti patres Inquisitores. cap. ego Berengarius. de consecratione. distin. 2. Bursat. d. cons. 38. nu. 7. nisi res sit cum vehe-
10 menter suspecto de † relapsu, nam is non abiurat sed ei pœnitentia iniungitur cum securitate eam implendi. Abb. & Feli. ad cap. literas. de præsumpt. Bursat. d. cons. 79. nu. 17. sicuti contra probos, nobiles, & honestos de leui suspectos, vt in superstitiosis, in scandalosa verba proferentibus,
11 decentius, idest, minus odiosè fit, quòd † purgatio

purgatio canonica illis iniungatur, quam deueniatur ad abiurationem. Eymeric. in director. Inquisitor. quæst. 46. num. 9. & Thesaur. fori Ecclesiast. part. 3. cap. 37. nu.
12 14. 15. 16. quàmuis relapsus reatus † non possit ei ascribi, qui iam abiurasset de leui tantum, quoniam deficiunt requisita ad constituendum aliquem relapsum. d. cap. ad abolendam. Bursat. d. cons. 79. nu. 22. Triuisan. Venet. Decis. 37. nu. 6. cum seq. par. 2. D. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 372. cum seqq. Vnde inter cæterea requiritur præcedens abiuratio de vehementi, vt refricatio cicatricis reddat insanabile vulnus, etiamsi in alio articulo deliquit, quia omnes hæreses sunt inuicem connexæ cũ caudis simul colligatis, Royas singul. 172. nu. 4. & Rot. Auenion. d. Decis. j. per tot. & quidam exclamabat, crimine ab vno disce omne. Neq; sine labore, & sine fru-
13 ctu foret, si recenserentur † casus, in quibus quis dicitur suspectus: rursum quòd in crimine hæresis suspicio distinguitur in leuem, vehementem, & violentam. D. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 100. verumtamen placeat adire Director. Inquisit. Peñam, & alios supracitatos. præcipuè verò Thesaur. for. Ecclesiast. d. cap. 37. num. 29. vsq; ad num. 38. vbi refert. 8. casus ex frequentioribus. illum maximè omnium, de quo in Bulla Pij V. Pontificis ter optimi, & maximi cap. 83. incip. si
14 de protegendis † de qua aliquando consultus respondi Auditoris munere perfungens in sancto officio patriæ meæ, licèt indignus, ex fide tamen, & ex corde. Sic præterea contra authores sortilegiorum,
15 & † incantationum etiam ad amorem, vel ad inueniendum furta, seu Thesaurũ si adsit abusus sacramẽtorum, vel cultus latriæ ob tacitam cum dæmone professionẽ vt apud nos tract. de fa&. scient. & ignor. distinct. 14. centur. 2. Addo Camill. Gallin. copiosè agentem de verbor. signific. lib. j. cap. 15. & 16. Farinac. tract. crim. par. j. q. 20. nu. 73. cum seqq. atq; Pappon. consil. 50. nu. 12. cum seq. loquentem de
16 inuocatore Dæmonum, † ac opem spirituum quærente, de explorante ab illis secreta, ac de habente seu gestante paredriũ in anulo, vel phiala dæmonem: anuli pallæ inclusum. Sic contra Blasphemos etiã
17 consuetudinarios, vel † hæreticalia verba inconsideratè euomentes, de quibus apud Plot. trac. de blasphe. impressio post repet. l. si quando. C. vnde vi. Boer. Decis. 301. Thessau. Decis. 241. Clar. in §. blasphemia Afflict. ad constitut. Regn. lib. j. in verb. inconsutile. num. 53. & 54. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 375. Grammati. Decisio. 50. Claud. Bertazol. ad patris consil. crimin. 553. volu. 2. Viu. Decis. 275. 332. & 388. lib. 2. Cam. Borrell. consil. 43. Iacob. Marchisell. quęst. 50. & 51. & Graffi. Decis. lib. 2. part. j. cap. 19. & 20. Ità quoque
18 contra scienter ducentes plures † vxores vno eodemq; tempore, vel post primum matrimonium viuente adhuc coniuge, contrahunt sponsalia per verba de præsenti cum alia muliere. Graff. consil. vni. de sponsal. lib. 4. Qui idcircò videntur malè sentire de sacramentis ecclesiæ abhorrentis pluralitatem vxorum, atq; maritorum: vnde sic committentes Polygamiam, præter excommunicationem abiurant de vehementi, vti valde suspecti de hæresi, & plerumque remum agere coguntur, si sunt validi. cap. gaudemus. de diuort. cap. ad abolẽdã. de hæret. Paleoth. de noth. & spuri. cap. 6. scripsimus, & nos tract. de fact. scien. & ignor. distinct. 40. num. 4. centur. 2. Menoch. de arbitr. iud. casu. 420. Clar. in §. fornicatio. num. 21. Albertin. tract. de agnos. cathol. assert. quæst. 23. nume. 49. cum seqq. Farinaci. tracta. crimin. part. j. quæst. 8. num. 27. In foro autem sæculari prouisum est apud nos ex nou. constit. tit. de pœn. §. si quis cũ duabus. & de hoc argumento fusius apud Petr. Caball. Resol. criminal. casu. 98.

REMEDIVM XVI.

Ex Clem. pastoralis. de re iudi. & l. cum quædam puella. §. vlt. ff. de iurisd. omn. iud. circa literas subsidiales.

SVMMARIVM.

1 *Citationis occultatio, & Violatio iurisdictionis alterius territorij.* } *quo vitetur.*

2 Di-

2 *Distinctio Iaso. circa huiusmodi citationem improbatur.*
3 *Vagabundi, & errones quomodo citentur.*
4 *Authoris distinctio in principali citatione affertur.*
5 *Iudex loci cōtractus reum aliàs sibi subditū, & latitantem in alieno territorio eius iudice non requisito, citare potest.*
6 *Literarum subsidialium requisita recensentur, & num. 10.*
7 *Vnus iudex alteri auxilium debet.*
8 *Litera pro examinandis testibus in alterius territorio appellantur remissoriales.*
9 *Litera subsidiales dantur etiam pro executione indicati in alterius territorio, & ita obseruatur.*
11 *Dimissoria litteræ superuenientes nō prosunt clerico, qui non obseruauit constitutiones SS. Concil.*
12 *Iudex recusans sine causa literis subsidialibus annuere, est periurus, & tenetur ad interesse, & emendam parti, qua instante fit requisitio. & num. 13.*
14 *Literæ subsidiales in criminalibus an dentur, remissiuè.*
15 *L. in Criminali. C. de iurisd. omn. iud. non practicatur.*

AB instituto nostro haud est alienum, aliqdid tractare de literis requisitorijs siue rogatiuis, quæ ab alijs dicitur subsidiales, quando reus citandus in alieno degit
1 territorio, & dubitatur de citationis † occultatione: aut de illius territorij violatione quia de generali consuetudine nullus iudex extra suum territorium efficaciter citat. l. vlt. ff. de iurisd. omnium Iud. & notat. ad Clem. pastoralis. de re iudica. Alberi. & Bart. ad l. j. §. 1. ff. de requir. rei & habetur per eundem Bart. in repetit. extrauagant. ad reprimendum. ver. per edictum. & Asini. prax. iudicia. §. 7. cap. 3. & 4. Barz. Decis. Bonon. 51. nu. 1. per l. à diuo pio. §. sententia ff. de re iud. l. cum quædam puella. §. vlt. ff. de iurisd. om. iud. sic enim fit, vt iudex contractus vel solutionis qui aliàs nō posset citare promissorem extra territotium, per literas in subsidium iuris à iudice domicilij impetratas possit ipsū citare, & tunc cessat ratio violationis territorij, ex quo iste imponit citationem. Rip. ad. ca. 1. nu. 66. in fi. extra de iudici. ad differentiā citationis per literas, quam vocant edictalem: de qua plenè Scaccia tractat. crim. quæst. 45. vbi quoq. citationem de facie ad faciem declarat.

Io. Bapt. Costa Tract.

2 Neq; mihi probatur distinctio illa † quam ex Bartol. & alijs adducit Iason ad l. vlt. nu. 24. ff. de iurisd. omn. iud. scilicet, quod aut quæritur an iudex loci cōtractus possit scribere iudici loci domicilij debitoris quòd eum citet, & tunc procedit citatio permittēte domicilij iudice. Aut agitur de citatione reali, quæ in captura personæ consistit, & hæc minimè admittitur contra debitorem extra territorium degentem Bart. in quæst. 6. incip. Lapus. ver. solutio. Quicquid sit, vbi agitur de executione bonorum sitorum in alieno territorio Martin. Coller. tract. de proces. exec. par. 2. cap. 3. nu. 11. & 19. Aut quæritur, nunquid iudex loci contractus possit suū nuntium mittere ad citandum reum degentem in loco domicilij extra suum territorium. Quòd membrum subdistinguitur in 2. positiones. Altera est earū, quando vtrumq; territorium est sub eodem Principe, vt sub dominio Mediolani, & tunc concluditur affirmatiuè. Alia est positio, quando re cognoscuntur Domini diuersi omnino, & tunc inualida, & irrita prorsus est huiusmodi citatio. Nam in hoc dominio Mediolani seruatur opinio contra Bart. prædicto loco, quia indistinctè iudices vtuntur literis subsidialibus, dū citant reos existentes in alio territorio etiam quòd sub eodem Principe viuant. Iul. Clar. prax. Crim. §. fin. quæst. 31. nu. 19. & 20. vbi subijcit, ab hac practica nullo modo esse recedendum: traditq; insuper mo-
3 dum citandi † vagabundos, & errones: cum tamen apud nos seruetur contra huius furfuris homines forma qua citari solent absentes, & forenses, quæ traditur in statuto 11. sub rubr. de citation. fien. forensib. Socin. consil. 167. nu. 19. & 20. vol. 2. etiam quò ad cognitionem qualitatis expressæ in libello, seu petitioni insertæ, quæ si vera esset, nō sineret opponi declinatoriam, aut fori incompetentiā. Afflict. Decis. 297. elegantissimè Mynsinger. vbi apposite exempla subijcit obseruat. 9. cēt. 2. Plot. ad l. si quando nu. 827. C. vnd. vi.

F Alex.

Alex.conf.j.nu. 8. vol. 5. vbi qualitas tribuens iurisdictionem ante omnia debet probari Calcan.consi. 92. num.3. Crauett. cons.195.num. 4. Mascard. de probatio. conclus.948. Rot. Florent. apud Migon. Decis.21. Surd.cons.286.vol.2.& excell. Farinaci.tract.crim.part. 1. quæst. 8. nu. 86. Adhibenda igitur esset hæc alia distin-
4 ctio, † scilicet Aut iudex loci contractus est superior eius iudicis, sub quo debitor degit, & tunc sua authoritate potest citare debitorem, vt veniat responsurus coram se l.2.C.de off.perfect.vrb.l.omnes §. executoribus.C.de Episcop.& cleri. ratio viuida est, quia iurisdictio præsumitur concessa accumulatiuè: non taxatiuè aut priuatiuè l. 1. C. de off. præfect. vrb. l. vlt. C. de iurisdic. omn. iud. Iaso. ad l. quod in rerum. §. vlt. ff de leg. 1. Felin. ad cap. pastoralis. extra de off. iud. ordin. Roma. cons. 393. Buflat. cons. 391. vol. 4. Vant. tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. mandat. nu. 26. Alb. cons. 585. vol. 3. Decia. cons. 35. nu. 59. vol 2. Rim. iun. cons. 715. vol. 6. & doctè declarat D. Menochius presumpt. 18. lib. 2. Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 5. nisi iudex loci domicilij probet oppositum, remouendo præsumptionem prædictam teste Alciat. ad l. notionem. ff. de verb. significat.

Aut Magistratus loci contractus nõ est superior, sed ex inferioribus instar iudicis loci domicilij, & tunc sua autoritate non potest citare: sed per subsidiam iudicis domicilij quoniam vtriusque iurisdictio certa cohæret territorio extra quod officialibus eam exercendi non sit potestas. vulg. l. vlt. ff. de iurisd. omn. iudi. & auth. si verò C. ad l. Iul. de adulter. nisi continge-
5 ret casus citandi † debitorem aliàs subditum iudicis citantis, quia (mea quidem sententia) iudex loci cõtractus sua auctoritate posset eum citare, præsertim latitãtem, etiam non requisito iudice sub quo degit. Oldrad. cons. 58. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. ver. per edictum. Angel. Cuman. & Iason. ad d. l. vltim. de iurisd. omn. iud. Feder. de Sen. cons. 16. in fin. Castren. consil. 430. lib. 1. & Floria. de sanct. Petr. cons. 20. nu. 9.

Excipiatur causa criminalis, in qua ob grauitatem præiudicij nec ipsa testium examinatio extra territorium committi potest, vt sq; adeò vt non valeat contraria consuetudo. glo. ad authen. apud eloquẽtissimũ. C. de fid. instrument. & alia glos. ad ca. testes. 3. q. 9. & Frãc. March. Decis. 783. nu. 4. part. 2.

Aut deniq; tam iudex loci domicilij, quàm loci contractus exercet iurisdictionem vt suam, non nomine alicuius superioris, & hoc casu statuo, non posse aliter citari debitorem, quàm per subsidiũ illius Magistratus, sub quo retinet incolatum citra fraudem, & sine captione reus siue hi duo Magistratus sint sub vno dominio, siue sub diuersis Principibus. Abb. ad cap. vlt. de for. competent. & superius fuit allatum ex Clar. & alijs. Quòd si de facto processit iudex loci contractus non requisito iudice loci domicilij, nec permittente, reusque citatus eo modo non comparuerit, non ideò fit contumax, neq; dicitur prorogata iurisdictio iudicis loci contractus, vti omnino incompetentis. Inno. ad cap. innotuit. circa med. de eo qui furt. ordi. suscep. Bald. ad l. si quis ex consensu nu. 7. C. de Episcop. audient. & ad l. non videtur. la 2. in vtraque lect. ff. de iudici. Lap. Allegatio. 12. cum aggest. per nos cons. 46. volum. 1.

Porrò vsus harum litterarum subsidia-
6 lium stimulat, vt requisita † referamus ad earum validitatem, vt operentur contra citatum, quando non reperitur in loco contractus, nec in loco originis, ne singula turbentur officia, ne quis videatur ponere falcem in messem alienam l. repetita C. de Episc. & cleric. l. vlt. C. vnd. vi. ne rursus cogantur partes magnas effundere impẽsas: ideòq; vnus iudex alteri suffragari, &
7 subsidium † pręstare debet, vnaq; iurisdictio aliam vltrò adiuuare: non confundere, aut perturbare l. episcopale. C de episcopal. audient. Socin. ad cap. sanè. de for. competen. etiam respectu testium examinandorum in alieno territorio, si iudex coram quo litigatur annuat: aliàs secus ob magnitudinem causæ: vel quando habet testes suspectos, vel veretur aduersarij gratiam præualere in illis partibus. Franc. March. d. Decis. 783. & seq. part. 2. Clar. prax. Crimin. §. fina. quæst. 26. nu. 3. vbi
8 has literas appellat † remissoriales, de quibus

bus cum suis circunstãtijs loquitur Barz.
Decis.Bonon.88. Imò etiam quò ad exe-
9 cutionem † iudicati quàmuis secundùm
Practi.Papien.in forma appellatio.à diffi-
nitiu.vers.finisse,actio in factum cõpetens
pro iudicato vbiq;locorũ exerceri possit,
vbi reus sortitur forum.l. vlt.in fin. C. de
præscriptio.30.ann.Bart.& Castr. ad l. à
diuo Pio. §. 1. ff. de re iudicat. sic enim
seruatur in praxi, etiam pro executione
iudicati requiri dictas literas in subsidium
Rebuff.tract.de liter.requisitor.glo.2.nu.
4. Nizol. Allegatione 36. num.16.Asin.
praxi iud.§.31.cap.9.nu.2.vbi potest fie-
ri executio in bonis sitis extra territorium
iudicantis cum literis subsidialibus,quan-
do in territorio iudicantis iudicis non ad-
10 sunt bona. Iam verò septem sunt † ne-
cessaria pro efficacia harum literarũ sub-
sidialium in causis ciuilibus.

Primum est, quòd literæ contineant
requisitionem.

Secundum, quòd contineant causæ ex-
pressionem; scilicet propter contractum
in requirentis iudicis iurisdictione factũ.

Tertium, quòd literæ sint publicæ.

Quartum quòd literæ sint signatæ ro-
gantis sigillo.

Quintum est, quod iudex requisitus sit
rei conuenti iudex aut condemnati ratio-
ne domicilij, aut rei sitæ, vel alio modo
aliàs hæ literæ non facerent eum iudicem
sicuti quando esset iudex illius ratione rei
sitæ vel domicilij, nihil prorsus faceret
exequendo citationẽ sine literis subsidia-
libus, quæ debent præcedere. postquam
superuenientes fortè non retrotraherẽtur
11 sicuti nec literæ dimissoriæ † proficuæ iu-
dicantur clerico non seruanti qualitates
Concilij quando superuenerunt post ex-
cessum ad euitandas imposturas, & deci-
pulas.præclarè Rebuff.d. tract. in præfa-
tione.nu.7.8.9.32.& 33.

Sextum requisitũ est, quod actus sit cõ
tentiosus, Calderin.cons.2.de elect.

Septimũ, & vltimo requisita est, quod
iudex requisitus consentiat, aut permittat
citari reum in suo foro, vel testes sua au-
thoritatem examinari, vel fieri executio-
nem: alioqui contra eius voluntatem non
procedit hoc remediũ.Socin.ad d.cap. sa-
nè.in fin.Oldrad.cons. 88. & ex multorũ
testimonio.Bursat.cõs.74.n.101.cũ seq.
vol.1.Botta Cremon.cons.86.nu. 40. &
Anton.Sola ad nou.ordin.Pedemont.tit.
de citat.glo.9.nu.2. & 3. vbi addit, quod
de licentia à iudice requisito obtenta, re-
ferenti creditur nuntio Vid. Surd. cons.
358.volum.3.num.15.vol.2. quid faciat
Iudex requisitus in auxilium iurisdictio-
nis: Est tamen verum quòd iudex requi-
12 situs suffragari, sine causa † recusans iudici
roganti, reprehensibilis est, quia periurus:
cùm ab initio iurauerit seruare iura, statu-
ta, consuetudines, inter quas hæc etiam
militat: & quia non implet legem Christi
Seruatoris clementissimi per Paulũ Apo-
stolum dicentis ad Galatas, alter alterius
onera portate. ca. ponderat. 50. distinct.
nisi sententia cuius petitur executio dica-
tur iniqua. Lanfranc.Bald.Decis.88.cen-
tur.prima declarando cũ Surd.cons.405.
nu.7.vol.3. Proceditur quoq; contra reũ
tanquam ex iurisdictione prorogata. Eu-
gen.cons.2.nu.14. & Farinaci. cons. 86.
nu. 22. Deinde idẽmet iudex sic recusans
retorsionem patietur à iudice requirente,
quandocunq; res se se obtulerit, retribu-
endam. iuxta illud Catonis. Patere legem
quam tu ipse tuleris. & eius dicti ratio su-
mitur ex tit. ff. quod quisq; iur. &c. Arri-
det non parum ad hoc vetus illud adagiũ.
Mutuũ scabrum. Id quod pollicetur illa
clausula solita apponi in fine literarum,
13 offerentes, & nos &c. vltra interesse, † &
emendam erga partem, ac cuius instantiã
sit requisitio. Rebuff. iam allegat. tract.
glo.2.nu.9.vsque ad finẽ Surd.cons.405.
nu.6.vol.3.

Aliud tamen est, quando controuersia
esset super aliqua re existente sub citantis
iudicis iurisdictione extra territorium,
quia in contumaciam potest immittere is
iudex actorem in possessionem rei petitæ,
etiamsi ille iudex, ad quem literæ fuerunt
missæ, non sit passus earum executionem.
Bossi.de citat.nu.93. Scaccia dicta quæst.
33.nu. 13.

Cæterùm in criminalibus, quando lo-
14 cum habeant literæ † subsidiales, bene-
uolum lectorem reijcio ad eundẽ Rebuff.
in pręfat. Clar. loco allegat. & Farinac.
tract. crimin. part. 1. quæst.xj. nu. 43.&
cons.86.nu.22. postquam hoc tempore,

plurima ex his sunt antiquata per contrariam consuetudinem, & dispositio legis † in criminali. C. de iurisd. omn. iud. malè practicatur. de cuius legis sensu, & sententia luculenter egit Eugen. cons. 31. nu. 40. cum seq. exponens præsertim differentiã inter iudicem incapacem, & incompetentem. & Gabriell. cons. 167. vbi declarat materiam turbatæ iurisdictionis cum suis requisitis.

REMEDII XVI. ILLATIO.

Circa differentiam inter literas Inhibitoriales, & remissoriales.

SVMMARIVM.

1 *Literæ inhibitoriales differunt à remissorialibus.*
2 *Iudicis ex arbitrio an pẽdeant remissoriales.*
3 *Inhibitorialium alia voluntaria, alia ad cautelam, alia necessaria, alia causatiua, & quid in his attendendum.*
4 *Inhibito hominis iusta vel iniusta, timen da venit. nisi appelletur. nu. 5.*
6 *De iure communi inhibitio iniusta vel nulla etiam omissa appellatione contemnitur. maximè si per calumniam impetrata fuerit: vel cum clausula prout de iure. & nu. 7.*
8 *Inhibitio vt timeatur, quæ requirantur.*
9 *Inhibitio occasione vnius causæ non porrigitur ad aliam.*
10 *Verba determinata ad causam vnam, personam, locum, vel tempus, illa non excedit.*
11 *Inhibitiones, quæ emanant à maiori Magistratu in Dominio Mediolani ad Prætores Feudatariorum quanto tempore terminari debeant ex Senatusconsulto hic designato.*

1 INhibitoriales litteræ † differũt à remissorialibus in hoc præcipuè, quòd istæ non conceduntur in arduis ciuilibus causis, nisi in subsidium, scilicet, quando testes nequeunt euocari, & quorum nomina Iudici, non parti edi debent, cap. primo, vbi Dec. & alij, de appellatio. Afin. prax. iudicia. §. 21. cap. 5. quicquid in oppositum tentauerint relati per Barzi. Decis. Bonon. 88. col. 1. & 2. vbi nu. 12. sustinet secundum cõmunem sententiã, quod
2 non est verum, in Iudicis † arbitrio consistere, an remissoriales sint concedendæ, quia tenetur iudex illas ex causa concedere, ne facultas pereat probationum cum læsione veritatis, & iustitiæ. Lap. allegatio. 46. quam tamen totis viribus, & legitimis modis in lucem deducere debet. l. vlt. ff. de probatio. Crauet. cons. 203. in fin. & alibi sæpè. excipitur causa spoli, & attentatorum, declarãdo cum Vestr. suæ prax. lib. 6. cap. vlt. num. 2.
3 Inhibitoriales, vt plurimum sunt † voluntariæ, & quandoque ad cautelam fiũt: Aliquando sunt necessariæ, causatiuæ, vtrobique autem attendendum est, si causa proueniat à iure, quia sit iusta, & canonica. Rot. Roma. Decis. 201. nu. 1. part. 2. in nouissimis. Mandos. tractat. de inhibitor. quæst. 1. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 20. num. 9. cum seqq. & Rot. Floren. penes Magon. Decis. 128. num. 1. cum sequentib. vbi declarat, quid sit inhibitio, & quos producat effectus, quod nos etiam diximus tracta. de fiction. cap. 9. Casu 6. Quod si fluxerit inhibitio ab homine, tũc
4 dicit solet, quòd vel iusta † sit, vel iniusta, debet timeri. l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat. Rot. Roma. annot. loc. & Verall. Decisio. 92. cum seq. part. 2. Cæsar Crass. Rota. Roma. Decis. 109. in fin. de appell. Riminal. iun. cons. 821. nu. 18. vol. 7. Vestr. suæ praxi. libr. 8. cap. 4. nu. 10. Ideò † ap-
5 pellandum est, alioquin transit in Iudicatum, cùm præsumatur pro Iudice, & contra contumacẽ, Alex. cons. 9. vol. 4. Corn. cons. 292. in fin. volum. 3. Bero. cons. 114 volum. 3. D. Menoch. cons. 892. Marant. cons. 61. num. 12. Gayll. lib. 1. obseruat. 141. Mynsinger. Centur. 3. obseruat. 87. Insignis præsul Couarr. practic. quæstio. cap. 24. nu. 3. Contard. ad l. vnic. quæst. 5. C. si de moment. possess. id quod intelligendum est de stylo curiæ Romanæ, Eugenius cons. 75. nu. 11. & 12. cum seqq.
6 Aliàs de iure communi inhibitio † iniusta, seu inualida non est metuenda, etiam sine appellatione, cap. non solùm, de appellat. in 6. Eugen. d. cons. 75. num. 68. Hondede. consil. 27. vol. 2. Surd. consil.

424.num.32.cum seqq.vol.3.Lancellot. d.cap.20.ampliat.11.& lim.1.Farinaci. cons.17.nu.24.& in addition. littera H. vbi amplius subijcit duos casus, in quibus nec de stylo Rotæ seruanda est inhibitio.

7 veluti quādo per calumniam † fuisset impetrata, seu notoriè constaret de iniustitia, & quando commissio fuit signata cū clausula prout de Iure. Imò quando timēda est, quinque requiruntur copulatiuè.

8 Primum dependet à iurisdictione † inhibentis, seu Iudicis, coram quo lis pendet, cuius etiam est cognitio, an sit iusta, vel subreptitia, nec ne. Surd. dict. consil. 424. num.31.46.& 51.

Secundum est, quòd non sit limitata, 9 quoniam inhibitio respectu vnius † causæ, non extenditur ad aliam causam. Parisi. cons.39.nu.28. vol.1. Migon. Rot.Florent.Decis.128.num 13.& Rot. Roma. Decis.641. num.11. part. 1. in nouissim. & verba determinata ad † causam, ad per-10 sonam, vel locum, vel tempus non extenduntur. Bald. consil. 339. vol. 1. nisi commissio haberet clausulam, quam & quas. Rot. Roma. Decis.785.nu.2.par.1. in nouissim.

Tertium est, quòd sit concessa ei, cuius interest, eadem Rot. Roma. Decis.796. num. 3. part. 1. in nouissim.

Quartum est, quòd duret officium Iudicis inhibentis, quandoquidem finito officio expiret inhibitio. l. vlt. ff. de pœnis. Afflict. Decis. 290. Becci. plenissimè ex Abbat. & alijs consil. 4. & Petr. Pecchi. tract. de inr. sistend. cap. 30.

Quintum, & vltimum est requisitum, vt inhibitiones, quæ iudicibus Feudatariorum in Dominio Mediolani per maio-11 rem † Magistratum transmittuntur, termino viginti dierum expediantur: aliàs licebit Prætoribus Feudatariorum procedere in causa criminali, & illam sine debito terminare pro iustitia, sic comprobante Sen. consulto de anno 1583. die 10. Nouēb. secretario Senatus Excellentiss. existente Petranigra, & Sen. consultum incipit. cum innotuerit.

REMEDIVM XVII.

Et cap. ex transmissa, & alijs de for. compet. & §. si quis verò. & §. seq. in Authen. vt different. iudic. Circa litteras promotoriales. Et ex cap. vnico, de iniur. in 6. Circa represalias, cap. filijs. 16. q.7.

SVMMARIVM.

1 *Differentibus iudicibus in administratione iustitiæ vel executione sententiæ quomodo prouideatur.*

2 *Laicus laicum quando coram ecclesiastico iudice conueniat.*

3 *Requisita vt promotoriales prosint.*

4 *Vasallo denegante vel retardante iustitiam, Dominus requiritur. qui si eandem incurrat culpam, feudo priuari potest.*

Vera, non ficta contumacia vassalli erga dominum secum trahit priuationem pænitentia non expiabilem. ibid.

5 *Vera contumacia vt conuincatur, vnica an & quando sufficiat requisitio cum termino competenti.*

6 *prælati ecclesiæ ob negligentiam an clerici conueniri possint in foro seculari. remissiuè.*

7 *Prætore vicaneo aut Feudatarij causas infra terminum non expediente, vel eo mortuo, maior Magistratus post terminum præfixū, in eorum negligentiam quid possit.*

8 *Prætura loci infeudati vacante Maior Magistratus an possit procedere.*

9 *Represaliæ quæ censeantur.*

10 *Represaliarum remedium subsidiarium, & quando.*

11 *Androllepsia apud Græcos quid sit.*

12 *Represaliæ reputantur plerūq; odiosæ.*

13 *Represaliarum reuisione pendēte fit interim executio.*

14 *Represalijs concessis soluens repetit sortem cum omnibus damnis à debitore.*

15 *Captus pro represalijs contra communitatem vel particularem personam concessis, repetit omne solutum.*

16 *Represaliæ quando permissæ etiam in foro conscientiæ.*

1 HIS, quæ recensuimus non minus ad rem pertinent litteræ promotoriales, quæ pro acceleranda † iustitia decernuntur in subsidium vel pro facienda executione sententiæ, quando ea prolata à Iudice inferiore

inferiore transiuit in Iudicatum, & mora committitur ex parte Iudicis plus, quàm par sit, in exequendo; tunc adeundus est superior, qui prouidebit. Bald. ad l. vltimam. §. illud. C. de tẽporibus appellatio, cum adductis per Gayll. obseruat. 28. nu. 6. lib. 1. vel etiam ob denegatam, & aliquando ob protractam iustitiam: quod remediũ deducitur ex cap. ex transmissa. cap. licèt ex suscepto. cap. ex tenore, & cap. ex parte de for. competent. vbi in de-
2 fectũ iustitiæ secularis laicus † laicũ super re ciuili coram iudice ecclesiastico potest conuenire, & colligitur ex §. sit tibi igitur in Auth. de mãdat. princip. & ex §. si quis verò, cũ §. seq. in auth vt different. iudic. Pinell. ad Rub. C. de rescin. vend. p. j. c. 2.
3 nu. 27. Quatuor aũt copulatiuę † requiruntur, vt præsens prosit remedium.

Primũ est quod iudex ordinarius aditus iustitiã manifestè, & expressè denegauerit, vel malitiosè distulerit administrare.

Secundum est, quòd de hac denegatione, aut negligentia iudicis constet, aliter quàm per iuramẽtum partis asseuerantis, se non sperare consequi iustitiam. Fely. ad c. accedens. el ij. num. 13. extra vt lit. non contest. Rosent. de feud. c. 12. concl. 4. nu. 64. quia non præsumitur negligentia in iudice, nisi conuincatur, de facta debita requisitione, & de subsecuta, denegatione, vel fraudulenta protractione iustitiæ. l. 2. C. de offic. ciuil. iud. l. 1. C. de susceptor. & arcar. lib. 10. & d. §. sit tibi igitur.

Tertio expressè requiritur, quòd iudex denegans iustitiæ complementum, sit immediatè subiectus superiori adito, quia sicut non potest ad superiorem appellari omisso medio; ità nec supplicari ob denegatam iustitiã. l. Imperatores ff. de appellat. & glo. ad cap. dilecti filij eodem tit. Fran. Marc. Decis. 346. nu. 4. par. 1.

Quarto necesse est, quòd iudicium coram alio iudice inferiore nõ pendeat, quia si cœpto semel iudicio iustitia postea in processu denegetur, aut causæ protrahatur exitus, tunc esset opus appellatione. Abb. ad c. ex parte. el ij nu. 2. de appella. & Fely. ad c. ex literis. num. 8. de consti. Gayll. d. loc. nu. 3. vbi quoque contra iudices negligentes atq; Prelatos hac labe infectos declamat, recensitis pœnis quibus multantur. Adiungitur egregia traditio Gislaus. arbor. iudiciar. ca. 4. Ramo. 1. de mandat. §. 6. & seq. Ad hæc denegante vel
4 retardante iustitiam † vassallo, Dominus facilè adiri potest, ipseq; dominus ob denegatam aut malitiosè protractam iustitiam feudo priuari potest. Rosental. de feud. c. 5. conclu. 5. in glo. super littera E. & c. 12. concl. 2. nu. 66. Quinamplius denegatio iustitiæ facta domino per vassallum sonat in speciale delictum priuationis quod pœnitentiæ præsidio non eluitur exclusis propterea filijs, & agnatis, si tamẽ constat de vera contumacia, non sufficiente ficta in hoc argumento. Rosent. de feud. c. 10. concl. 26. nu. 2. & 3. & ad eam
5 contumaciam † veram inducendam non sufficere vnam requisitionem, concludit idem Rosent. d. c. 10. concl. 33. num. 53. nisi vna requisitio contineat terminum competentem, & sit repetita pro tribus. vt ibid. agitur. declarando tamẽ cum Andr. Gayll. dicta obseruat 28. col. 3. num. 5. & 6. vbi edisserit, quando vnica interpellatio sufficiat, vel terna requiratur.

Quid deinde sit definiendũ in casu cõ-
6 trario .s. data † Prælatorum negligentia intolerabili, an ad seculare forũ pertrahi possint clerici, vel ante omnia summus sacrorum antistes sit adeundus communiter recurritur ad tex. in c. qualiter, & quãdo de iudici. ad tit. de supplen. negligent. prelato. ad Gomes. tract. de negligent. inter cõment. ad regulas cancellar. ad Hostien. in summ. de for. competen. §. quibus vers. sed nunquid & Hẽric. Bouer. singul. 2. vbi distinguit realia à personalibus. vlterius tamen erit cogitandum, & bene distinguendum. Hinc scribit. Plot. cõsil. 24. num. 32. & seq. Maiorem Magistratum
7 Ciuitatis posse statuere † terminum Feudatario, & eius officialibus, intra quem det iustitiæ complementum tam in ciuilibus quam in criminalibus: quo termino exacto in casu negligentiæ ipsorum Prætor, aut maior magistratus poterit procedere etiã in terris infeudatis, & separatis: Imò etiam absq; præfixione termini, vt primũ fluxerint sexaginta dies præscripti à Nouis constitutionibus ad finiendas causas criminales: potest Prætor ciuitatis ob talẽ negligentiam Feudatarij, aut eius officialis

procedere

procedere in d.causis spectantibus ad feudatarios. Multò magis si in villa: vel in vi-
8 co, aut in oppidis infeudatis † officiũ fortè vacaret. Aug. in l.si vacantia. C.de bon.vacantib. libro decimo, & Abbas ad capitul. cæterum. in 4. notab. de iudic. & facta oppositione, seu præuentione non côceditur amplius purgatio motæ, sicuti obseruatur contra consules terrarum haud denuntiantes opportunè excessus, seu maleficia. Alex.côs.237.in fi.vol.6.Mars.sing.489. & Cæph. cons. 586. num. 18.

Sed quia à similibus ad similia linguæ lubricum non grauate elabitur. En alia duo forensibus accommodata subnectuntur auxilia, in quibus si omnia ex iuris ratione diligenter metiemur facile cõstiterit, tum, quod litteris promotorialibus nõ fit apud Roma. Pontif. locus quoties ad verbum Dei statis temporibus seminandum, vel per Episcopum, vel per alium idoneum in subsidium ob impedimentum aut ob amplitudinem Diocesæos qualis est Ticinensatis diffusa, Episcopi. aut Archiepiscopi, vigiles super gregem eorum fidei creditũ assurgunt contra comunitates oppidorũ, vel villarum diæcæsis negligentes prouidere de victu, & condigna mercede prædictorum missorum ab ipsis ordinarijs, ad quos solos spectat electio, cogendo pro munere pastorali populos ad ministranda opportune temporalia prædicatoribus ab eis missis. c. inter cætera, de offic. ord. glo. & Card. in clem. 1. de regul. notabiliter, in c. interrogo vos. 1. quæst. 1. Felyn. in ca. excommunicamus. nu. 4. hæret. vid. plenum cons. Surd. 254. vol. 2. & de alim. q. 59. tit. 1. & clare Concil. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. c. 4. Fran. Leo Thesaur. for. eccl. p. 1. c. 8. & Sbroz. tract. de Vica. Episcop. li. 2. q. 21. Iuxta illud Deuter. non alligabis os boui trituranti, vnde D. Paulum audiamus inquientẽ ad Rom. c. 10. Quomodo audient sine prędicante? quõ autem prædicabunt, nisi mittantur? & alibi ad Corynth. c. 9. ait, quis militat. vnquam suis stipendijs? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non mãducat? quod si populus sit valde inops, tenebitur rector habens redditus idoneos oneri ferendo, alias episcopus in subsidiũ pascit cibo spirituali gregem suum nõ extante consuetudine in cõtrarium. vt in d. c. 4. sacri Côc. Bellarmi. to. 2. de Monach: lib. 2. c. 45. Non tamen iuuaret vniuersitates allegatio consuetudinis etiã immemorabilis circa ius eligendi prædicatores, quod alioqui certo certius est munus episcoporum precipue, & officiũ cure prout ita censuisse sacram congregationem attestatur Graff. cons. 17. nu. 7. de sent. excomm. quoniã dixit Dominus, Ego sum via, veritas, & vita, non autem dixit, ego sum cõsuetudo. c. veritate. dist. 8. & Fach. li. 8. contr. iu. c. 33. cũ cap. seq. dicit tamen Surd. conf. 62. num. 17. volu. 1. quod non valeat cõsuetudo, vt prædicatori pro prædicationibus aliquid vltra alimenta detur ob vitium simoniæ ibiq; citat. Innoc. & alios. Tum etiam sese offert. remedium represaliarum, quas Latini, & melius, op-
9 pignorationes, † seu manuum iniectiones & clarigationes vocant. Auth. vt nõ fiant. pignorat. collat. 9. Auth. sed omnino vbi
10 glo. C. ne vx. pro mari. & c. vnic. de iniur. in 6. reputatur subsidiarium, Bald. in c. dilectis. nu. 23. de appell. vbi non deuenitur ad represalias. nisi pro vltimo subsidio. quia non conceditur nisi in defectum quando nimirum nõ potest haberi copia superioris de iure, vel de facto, ex testimonio in primis Bart. plenissimo tract. de represalijs 2. quæst. prin. num. 11. Iacob. de Canib. eiusd. nostris tract. num. 36. & Martin. Lauden. simili pariter tracta. nu. 28. & notabiliter Fran. Marc. Decis. 358. part. 2. vnde iustitia denegata. iusta eam existente, & accedente superioris authoritate etiamsi esset Senatus, quando impensa in accedendo ad superiorem, esset magna, & excederet principale. Franc. Marc. d. loc. promissa est detentio, & pignoratio hominum liberorum, & rerum: quando potissimum ab eo qui iniuriam fecit, aut damnum dedit nõ potest iustitiæ complemẽtum haberi de defectu iudicis, sub cuius iurisdictione is reperitur constitutus. ca. dominus noster. 23. q. 2. latè Mynsin. Cent. 6. obser. 1. Schrader. tract. de feud. p. 10. sect. 4. n. 165. & 207. Gayll. obser. 28. n. 9. li. 1. Guid. Pap. q. 33. notabiliter Ludo. a Peguera inter Decis. Cathaloniæ c. 11. vbi precæteris ait, represaliarum

ssaliarum concessionem esse iusti belli spe-
11 ciem. Anchar. cons. 149. & esse instar † Androlepsiæ Græcorum, quæ erat ius quoddam pignorandorum hominum, quando cædes patrata erat in finitimum vel alium extraneum ab ea ciuitate inqua erat vel refugerat cædis author, nec reddebatur, vt de eo sumeretur iusta damni emendatio aut vindicta, tunc namq; licebat ex eius ciuitatis incolis tres capere, quousq; reum consignarent.

Cæterùm istiusmodi represaliarum re-
12 medium esse † odiosum pleriq. non leues iuris authores communiter astruunt, ea ratione, quod iniustitiæ defectum cõcedi soleat, nec tamen conueniat vnum pro altero teneri. Decian. cons. 44. nu. 69. vol. 4. Franc. March. Decis. 769. nu. 5. p. 1. sicuti nec municipes tenentur ex dolo singularis alicuius personæ, nisi quid ex administratorum dolo peruenerit ad eos. l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dol.

Atqui concessis represalijs ob denegatam, vel neglectam iustitiam aliter cõcludit Bero. cons. 138. in fi. vol. 1. præsertim stante statuto, quod reuideantur per bonos viros, & approbandæ censeantur approbatæ: e contra reprobandæ intelligan-
13 tur reprobatæ, nam tunc termino † reuisionis pendente fiet executio. Dominus meus Camill. Borrell. cons. 77. num. 2. Franc. March. d. Decis. 358. nu. 6. Imo sol-
14 uens † repetita debitore sortem & quodcunq; damnum, nisi damnum esset iniustè latum. Rot. Rom. Decis. 611. n. 2. par. 1. in nouissim. D. Menoch. cõs. 244. Mynsing. d. obser. 1. cent. 6. Bertaz. cons. crim. 288. nu. 3. vol. 2. Sicut captus pro represa-
15 lijs † contra communitatem vel contra particularem personam concessis, repetit ab eis omne quid eo nomine soluit si tamẽ
16 sint concessæ ex causis † à iure permissis. veluti in casu perhorrescentiæ ob potentiam aduersarij. de quo argumento infra opportunius remed. 60. vel ob neglectam iustitiam, quando superioris copia haberi non potest & ex non paucis alijs commemoratis à Mynsing. d. obser. 1. nu. 4. & deinceps. Franc. Marc. Decis. 332. d. Decis. 358. & seq. p. 2. adeò vt in casibus permissis etiam in foro conscientiæ debeantur. præclarè Bologuin. cons. 20.

REMEDIVM XVIII.

Ex cap. pen. & vlt. extra de fid. instr. circa compulsoriales literas.

SVMMARIVM.

1 *Compulsoriales litteræ ad quod concedantur, & quæ concurrere debeant, & n. 2.*
3 *Editio scripturarum in materia cõpulsorialium qualiter petatur.*
4 *Editionem scripturarum petens interrogatorio, de quo hic, simpliciter, & absque verborum plexis respondere tenetur.*
5 *Falsitatis existente suspicione in subsidium decernuntur requisitoria etiam contra notarium penes quem est matrix scripturæ suspectæ, vt coram eius ordinario fiat productio matricis.*
6 *Transumpti instrumenti materia emergit, & ob quas causas fiat transumptum, quarum plures recensentur.*
7 *Transumptum vel exemplatio instrumenti vt fiat quid requiratur etiam ex mente authoris, & num. 9.*
8 *Citatio partis ad videndũ transumi ad quid decernatur, & an & quando omittatur.*
10 *Compulsorialium alia speciales, alia generales, & earum effectus.*
11 *Compulsoriales exequens quid insuper possit.*

Rocessus quoq; compulsorialis, seu compulsoriales
1 les litteræ † eandem subsidiarij remedij naturam sortiuntur, siue simplices sint, siue arctiores post fidem factam de legitima requisitione, & insinuatione compulsorialium simpliciũ, quibus paritum non sit pro edendis curis vel rationibus priuatorum, aut pro instru mentis pro inuestituris, & statutis Ciuitatum. Gayll. obseruat. 134. lib. 1. præcipuè verò vt sumatur instrumẽtum non à proprio Notario; sed ex protocollis Notarij defuncti, vel depositi, vel suspensi. Gabr. cons. 199. nu. p. vol. j. latissimè Caputaq. ex Rot. Rom. Decis. 167. cum quinque seqq. par. j. requiritur omninò præambula citatio partis & omnium prætenden-
tium

tium interesse principaliter, & idem est in compulsandis actis: alioqui processus est nullus. Vestr. sua praxi lib. 6. cap. 1. num. 12. cum seqq. Caputaq. Decis. 170. par. j. Requiritur præterea sigillum, quòd appellamus litteras legalitatis. Vestr. ibidem nume. 9. Guid. Pap. Decis. 481. vbi de efficacia litterarum iudicialiũ, & Franc. Marc. Decis. 990. part. j. vbi de sigillo Episcopi omninò necessariò in litteris dimissorijs atque ita circa compulsoriales agendum est, vt exulet omnis fraudulentiæ, & calumniæ suspicio. Verall. Decis. 169. par. j. Assuescit quoque in hoc argumento cõpulsoriarum implorari officium iudicis, vt compellat actorem, scripturas edere, ad fundandam rei intentionem, siue generales, siue speciales; veluti expendit. Vestr. sua prax. lib. 5. cap. 8. & 9. concur-
2 rentibus tamen † duobus, scilicet interesse petentis, & iusta causa, quæ Iudicem flectere queat, non sufficiente solo studio indagãdę veritatis. Bart. ad l. primam. §. editiones, & ad l. quædam. ff. de edend. Cagnol. ad d. l. j. nu. 29. & 34. Bero. & Deci. ad cap. j. illæ, nu. 64. hic num. 12. & 31. de probatio. Alex. cons. 53. lib. 2. Natt. cons. 612. Purpur. cons. 266. vol. j. Pedroch. cons. 4. nu. 42 cum seqq. Gayll. obseruat. 106. lib. j. Doctus Rol. Cauagnol. ad Decret. Montisfer. Decret. 12. §. 2. etiamsi
3 actor iurasset † non petere dictam editionem calumniosè. Cuttinin. ad d. l. j. num. 40. Imò etiãsi prætenderetur amissio scripturarum, quia reo esset deferendum iuramentum cui standũ est, absq; eo quòd deueniatur ad compulsionem quãdoquidem ei non sit locus, nisi in subsidium. Bero. cons. 19. nu. 4. vol. 3. Mascard. de probatio. conclus. 88. & Bart. ad l. prætor ait, §. an eandem, ff. de eden. Dummodo pars petens editionem scripturarum, si inter-
4 rogata † sit, an intendat in totum approbare scripturam, tam pro se, quam contra se: respondeat affirmatiuè, simpliciter, & sine verborum plicis aut inuolucris. Franc. Marc. Decis. 520. part. 2. Decis. 60. part. j. Chartar. caus. execut. sen. 12. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. Centur. j. casu. 93.
5 Et quia aliquando falsitatis oboritur † suspicio, vnde matricem scripturam, ac prothocollum inspicere est necesse, quòd nõ est in partis potestate, & Notarius de illo instrumento rogatus, iurisdictionis est alienæ, praxis inoleuit aduersus Notariũ cõcedendi litteras opportunas (vt aiunt) requisitorias in subsidium, vt exhibeatur prothocollum corã Ordinario illius Notarij, & cum producto fiat collatio. trãdit glo. ad l. sed, & si quis. ff. quemadmod. testam. aperia. & ad l. iudices. C. de fid. instrum. nuncupatim Osasc. Decis. 16. num. 8. & item facultas fiat matricem dispiciendi, rimandi, an subsit suspicio falsitatis forte ob rasuram cartæ, atramenti diuersitatem, & huiusmodi alia vitia. Castr. in l. vltim. C. de fid. instrum. Vincen. de Franch. Decis. 194. lib. j.

Huc maximè pertineret materia non
6 infructuosa † transumpti, quando petitur extra ordinariè transumi instrumentum aliquod allegata iusta (vt sanè oportet, etiamsi pars non excipiat) aliqua causa per eum qui transumi postulat, text. est in cap. pen. ibi, vel propter aliam iustam causam, iuncto cap. vlt. extra de fid. instrum. quæ quidem causa probari debet per petentem instrumentum vt supra, cum regula sit certissima, quòd nemo tenetur edere, nec pati transumptionem instrumentorum, & Iudicis est officium disquirere, num sufficiens sit causa, nec ne. Fului. Pacian. de probat. lib. j. c. 62. nu. 2. cũ seqq. Mascard. conclus. 927. inter quas causas referantur casus fortuiti omnis generis, nimirum belli, pestis, morbi, & periculi nauigationis. l. cùm testamentum. ff. de testam. Vel cùm documenta sunt ex libris, vel inter acta archiuorum, quæ sunt voluminosa, vt ad locum iudicij commodè non possint transmitti. Vel quando instrumenta sunt apud aliquem commorantem extra dominium, qui quidem cõsentiat in transumptionem, non in transmissionem instrumentorũ, tunc adiuuandæ probationis ergò decernitur isthæc cõmissio, vt fiat instrumenti transumptum, quòd non penes allegantem reperitur sed apud tertium qui non potest cogi ad edendum. Gayll. d. obseruat. 106. vel si instrumenta essent corrosa à muribus: vel in his quidpiam aut rasum, aut deletum, aut conspurcatum, aut vitiatum, aut ferè antiquatum, vel in litteris defectiuum ob vetustatem,

vetustatem, vel si originale esset per litu, & probata iactura per allegantē. Afflict. Decis. 13. Mysinger. obseruat. 74. & 75. Centur. 6. his casibus dicitur satis constare de causa, vt instrumentum antiquum renouetur, aut exempletur, vel reficiatur. Bart. ad l. adoptio. ff. de adoptio. copiosè Paris de Puteo tract. de reassumpt. instrū. rubr. 7. & 20. Carpan. ad statut. Mediol. part. j. cap. 398. siue agatur de actis, siue de priuilegijs, siue de documentis, siue de scripturis publicis alterius generis. Bart. & alij ad authen. si quis in aliquo. C. de eden. Couarr. pract. quest. 21. Mascard. de probat. conclus. 71 1. & conclusio. 1388. Dummodò hæc alia tria † concurrant,
7 scilicet quòd exemplatio fiat ad instantiā eius cuius interest. 2. quod scriptura ex qua sumitur exemplum, aliàs fidē faciat. Alex. conf. 150. nu. 5. 6. in 6. Tertiò quod sint citati illi de quorum interesse agitur qui possunt lædi ex transumptione principaliter personali citatione adhibita, si sunt certi: vel voce præconia, si incerti, Bart. ad d. l. adoptio. Rot. Roma. apud Caputaq. Decis. 131. lib. j. Rot. Gen. Decis. 12. & 15. Put. Decis. 152. lib. 3. Mynsinger. obseruat. 73. Centur. 6. Rol. à Vall. conf. 42. vol. j. & D. Menoch. conf. 906. nu. 4. Quæ citatio multiplicem finem ha-
8 bet, † tum vt recognoscantur sigilla à parte citata, tum vt excipi possit contra testes ad recognitionem citatos, tum etiam vt interrogatoria exhibeantur, quàmuis respectu citationis consuetudo induxerit illam non esse necessariā, vt ex Afflict. vult. Vincent. de Franch. Decis. 207. num. 2. part. 1. & Rolan. à Vall. d. conf. 41. quod posset intelligi quando periculum esset in mora: aliàs secus Rimin. iun. conf. 689. num. 57. vol. 6. Addo ego, requiri quoq;
9 Decretum † Iudicis circa transumptionē. Deinde quod integrum instrumētum renouetur, & mox constet esse collationatum, (vt dicunt) parte præsente, vel citata Mynsinger. de obseru. 73. nu. 18. nisi in casibus notatis per eundem obser. 74. ibid. Marant. sui Specul. part. 6. tit. de actor. editione. nu. 4. Deci. conf. 476. nu. 8. Alex. conf. 187. num. 4. tom. 6. Vincent. de Franch d. Decis. 207. col. 2. par. prima, & plenissimè Rutger. Ruland. tract. de cō missarijs, & commission. part. 2. lib. 5. capit. 24. & Gilhausen. arbor. iudicia. cap. 6. part. 2 artic. 2. nu. 105. & deinceps. Planè diuersum est, dum agitur de fide exemplaribus danda traductis ex prothocollo Notarij mortui, vel aliter impediti Mynsing. d. obseruat. 73. vbi refert. 8. requisita. Hæ præterea litteræ compulsoriales considerātur in duplici statu prout quædam sunt
10 † speciales, & remissoriæ ad iurium productionem faciendam, vt ad validitatem instrumentorum confirmandā. Aliæ verò sunt generales, de quibus optimè loquitur Rot. Roma. Decis. 129. & 647. lib. 3. in nouissim. & vsque adeò operantur, vt possint decerni etiam lite pendente absq; attentatorum vitio, quia talis actus est iustus, & extraiudicialis non tendens in litis præiudicium: sed potius ad coadiuuandā veritatem, Lancellot. de attenta. part. 2. cap. 4. limit. 10. & cap. 20. limit. 14. nisi Iudex esset inhibitus, vt ex eodem Lancellot. colligit Mari. Antonin. lib. j. resol. vlt. cas. 36. Quin amplius Iudex compul-
11 sorialis † ad faciendum exhiberi iura facientia ad causam, potest etiam examinare testes, postquàm habet iurisdictionem super principali, Castrens. consil. 282. col. penult. vol. primo, sicut compulsoria in iudicio principali. deseruit in Iudicio restitutionis in integrum: quod est accessoriū etiam coram alio Iudice: si tribunal est idem, Pur. Rot. Roma. Decis. 51. lib. 2. & Farinac. Decis. 65. num. 2.

REMEDIVM XIX.

Ex l. illicitas. §. ne potētiores. ff. de off. præsid. circa Saluaguardiam.

SVMMARIVM.

1 *INiustè oppressis subuenitur ope Saluaguardiæ.*
2 *Saluaguardia alia est generalis: alia est specialis.*
3 *Eadem respicit personam vel rem vel vtrūq. & quando personam, vel rem respiciat num. 4. 5.*
6 *Saluaguardia effectus, & nu. 10.*

7 *Saluaguardiam infringens an semper læsæ maiestatis sit reus, & qua pœna plectatur.*
8 *Fracta saluaguardiæ pœna spectet an vassalo, & Principi quando num. 9.*
10 *Quanto tempore duret vis Saluaguardiæ.*
11 *Necessaria requisita vt prosit Saluaguardia.*
12 *Multis inimicus aut odiosus si deinde vnum eorum tantùm exprimere gestiat, non benè aspirat ad impetrandam saluaguardiam.*
13 *Forma concessionis Saluaguardiæ diligenter attendenda.*

1 Voniam sub Principis tutela, & protectione aliquando a potentibus † oppressi recipiuntur, mediãtibus scilicet literis (vt vocant Germani, & Subalpini) saluaguardiæ: Iccirco de hoc remedio subsidiario, quod tex. in l. illicitas §. ne potentiores. ff. de off. præsid. nobis subministrat, paulisper agendum est. Saluaguardia dupliciter cõsideratur prout quædam
2 est † generalis: alia verò specialis. Illa fit sine causæ cognitione: hæc autem cum maturitate, & ex graui causa. Neuizan. conf. 83. nu. 12. Osasc. Decis. 88. & Thesaur. Decis. 132. num. 3. D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 388. vtraq; autem respicit
3 personam † tantum, vel res dumtaxat: vel vtrũque simul. Faber. ad l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. confug. Rebuff. ad l. ad his C. de naticular. li. 11. Guido pap. Decis. 418. Cassane. catalog. glor. mund. part. 1. nu. 118. & 195. Nam tunc concer-
4 nit † personam, quando Princeps, cuius solius est, has literas concedere, præcepit sub pœna ne offendatur Caius in persona à Sempronio, de quo valde dubitatur, viro sanguinum, & manu prompto, qui solet ac potest exequi minas, vel cuius vultum vix sustinere possumus: imò quòd Sempronius vsque adeò illius curam habeat, vt à quouis alio defẽdat, & protegat. meminit Crauett. cons. 723. vol. 4. Quan-
5 do verò quis timet se turbari in † possessione, nec potest de facto resistere, tunc nõ solùm potest officiũ iudicis implorare, ne id fiat: sed etiam instare apud Principem isthanc custodiam periculo illius Bald. ad l. 3. nu. 3. C. qui bon. ced. po ss. & ante illum Bart. ad l. vlt. in prin. nu. 3. ff. quòd met. caus. iuncta l. de pupillo. §. si quis prętori. nu. 5. ff. de nou. oper. nuntiat. Felin. ad rubr. de treuga. & pace. declaratione 9. Molin. de Hispan. primigen. lib. 1. cap. 15. nu. 11. cum seq. & Vincent. de Franc. Decis. 256. part. 2. At vbi quis experitur clemẽtiam principis tam respectu bonorum contentiosorum, quàm personæ est, quando princeps sub pęna mandat alicui vt sub sua custodia, & protectione recipiat impetrantem, & eiusdem bona. Menoch. d. casu 338. Boer. Decis. 297. Osasc. d. Decis. 88. nu. 35. Natt. cons. 237. Bertazol. cons. 511. nu. 36. cum seq. vol. 2. crimin. vbi citat. Ang. Berengar.

6 Porrò non parui sunt, nec vulgares Saluaguardiæ † effectus. Præcipuè vero, quia in eius concessione, partis non requiritur citatio. Verum est, quod eiusmodi literæ non ligant, nisi post publicationem, aut intimationem: & tunc ità demum, si pars contra quam processerunt dictæ litteræ, acquieuit, nec curauit declaratorias literas in forma communi reportare. Neuizan. d. consil. 83. col. vlt. Insuper in-
7 fringens † saluaguardiam, læsæ maiestatis aliquando fit reus, semper tamẽ extraordinariæ locus fit pœnæ. Sic sunt Principum custodienda mandata, sic venerabũda illorum maiestas. Bursat. cõs. 216. nu. 25. vol. 2. distinguendo tamẽ iuxta notabilem traditionẽ Farinaci. tractat. Crimi. par. 1. quæst. 29. nu. 12. cum 7. nu. seqq.
8 Pœna fractæ † saluaguardiæ spectat ad vasallum. Tesaur. dicta Decis. 132. Boer. d. Decis. 297. quia Saluaguardia dicitur beneficium Principis, quod non redũdat in præiudicium tertij. Natta d. conf. 237. & Neuizan. d. conf. 83. nu. 9. Saluaguardia non aufert iurisdictionem priorem: cognitio autem remanet apud superiorẽ
9 concedentem, & aliquãdo pœna † in casu contrauentionis. ei debetur, si persona recepta in protectionem. nullam aliũ recognoscat superiorem. Bertazol. crimin. cons. 51. nu. 17. & d. cons. 511. nu. 36.

Emergit etiam alius effectus, quod Sal-
10 uaguardia † durat vsq; ad mortem concedentis, nisi is viuat vltra 30. annos quia vlterius nõ producitur: vel nisi aliud tempus sit in his literis præfixum quoniã arbitrarium est superiori, quantò tempore ligat.

liget. Capell. Tholosa. quæst. 489. in addition. Neuzan. d. loco ad fin. Guid. Pap. & Boer. iam iudicatis locis. Verumtamen vt
11 prosint † huiusmodi literæ, quatuor requiruntur.

Primum est repositum in superioritate cócedentis, & vt re princeps ille iura principis habeat.

Secundum est, cognitio causæ principi insinuatæ quando contra certam personã decernitur circà oppressionem, vel circa mores malè compositos illius, qui onus custodię suscipere iubetur: vel circa odiũ capitale eiusdem contra impetrantem, quod sit rixosus, & scandalosus.

Tertium est, insertio clausulæ iustificatiuæ, quod tamen pendere à voluntate Principis reor.

Quartum versatur circa publicationẽ, quia non ligantur ignorantes. Neuizan. d. cós. 83. col. vlt. & Menoch. d. casu 338. ad finem.

Additur etiam, quod impetrans non
12 sit odiosus † multis, aut contraxerit inimicitias cũ multitudine gentium: nã vnum duntaxat ex turba hostili grauare contendat. Neuizan. & alij in prenotatis locis.

Cæterùm formam rescripti saluaguar-
13 diæ diligenter † esse attendendam, probat Osasc. d. Decis. 88. num. 35. etiamsi ex eo quispiam præstet factum alienum: sicuti dicimus de decreto, & statuto. Crauett. d. cons. 723. nu. 2. Idem in saluoconductu, de quo proximè fiet mentio, qui secundũ formam verborum est attendendus, atq; considerandus. Bertazol. crimin. cons. 359. vol. 2.

REMEDIVM XX.

Ex l. vlt. C. qui bon. ced. poss. & l. maiorem ff. de pact. circa Saluumconductum, securitatem, seu literas induciales.

SVMMARIVM.

1 *Saluusconductus conceditur tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis: sed in vna earum (ciuili scilicet) concessus, non prodest quò ad criminalem: nec contra. nisi verba pregnantia rescripti aliud importent. & num. 2.*

3 *Saluusconductus siue securitas in criminalibus tripliciter inspicitur, & quæ nam requirantur ad validitatem & nu. 4.*

5 *Senatus Mediolani Excellentissimus. quibus casibus concedat huiusmodi securitatem, & quis iudex eo inferior: & nu. 6.*

7 *Causæ propter quas saluusconductus conceditur à minori Magistratu.*

8 *Impunitas, quàm iudex inferior promittit reo detento ad extorquendam confessionem delicti, est decipula: proinde reprobatur, & non se compatitur cum fictione seu simulatione Salomonis. & nu. 9.*

10 *Mandatum assumens pacto pretio de occidendo aliquo, an propriè dicatur principalis vel magis qui mandatum dedit.*

11 *Bertazol. cons. 190. crim. vol. primo quomodo procedat.*

12 *Salus conductus in criminalibus effectus, & quando extendatur ad futurum delictum, & num. 13.*

14 *Saluus conductus ad beneplacitum quando finiatur.*

15 *Saluus conductus in ciuilibus moratoria appellatur, litera induciales, respirationis, ac dilationis.*

16 *Saluus conductus quò ad debita realis est, aut personalis: & hic est annalis tantùm vel quinquennalis: & annalis quando non deseruiat.*

17 *Debitori fidefrago, decoctori, fugitiuo neganti, & conuicto an prosit saluusconductus.*

18 *Cedens actiones personales, & promittens illas bonas facere, si reperiatur, debitorem cessum habere saluum conductum an committatur stipulatio.*

19 *Et quid si promissum fuit verum nomen debitoris, & is non sit soluendo: & quid facta promissione de euictione seu manutentione nominis debitoris veri, & boni, si tempore quo cessit, sciuit debitorem cessum tutum esse ipso saluoconductu. nu. 20.*

21 *Saluus conductus personæ debitoris, absq; quod caueat, & sine tempore, non impune infringitur ab inferiori iudice. quinimò si expressè datus sit pro debitis publicis extenditur etiam ad Camerale. nu. 22.*

23 *Saluus conductus subreptitius vnde cognoscatur.*

24 Saluus-

24 *Saluus conductus qualificatus cum clausula præstita cautione de soluendo principalem summa cum damnis, & intereſſe, non prodeſt niſi ſeruatis conditionibus appoſitis. & quid creditori liceat eo ſaluo conductu ſic ſtante num.* 25.

25 *Circa pecunias, quas quis accipere intendit ad cambia quænam ſint obſeruanda.*

27 *Saluoconductu ſimpliciter ad tempus impetrato, fideiuſſoria an verò iuratoria cautio ſufficiat, & quando.*

CVm in habentibus Symbolum facilis ſit tranſitus. vulga. l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtitut. & ſecuritas quã vulgares appellant ſaluum conductum, quò ad effectum defenſionis, & reponendi impetrantem in tuto, plurimùm aſſimiletur ſaluaguardiæ. D. Menoch.d. caſu 338. de arbitr. iudi. non abs re poſt compendioſam tractationem ſaluaguardiæ adnumeratur ſecuritas, ſeu ſal uus conductus inter remedia noſtra ſubſidiaria. ex l. vlt. C. qui bon. ced. poſs. & l. maiorem.ff. de pact. Quod quidẽ auxiliũ
1 communicatur † aliquando criminalibus in cauſis: interdum in ciuilibus: neque conceſſus in cauſis ciuilibus, defendit à criminalibus: nec contra. inſigniter Bald. conſ.400.vol.1.cum adductis per Bertazol.crimin.conſ.493.nu.9.vol.2. De hac materia apud Carol.de Craſſ.tract.de exception. aduerſ. ſtatut. prohib. exceptio. 32.copioſè: & doctè Petr.Caball. Reſol. crim. caſu 50. 118. vtrobi tamen verba
2 prægnantia † complectuntur omnem caſum ità vt aſſecuratus (ſic enim loquuntur pragmatici) non poteſt moleſtari directè vel indirectè Bertazol.conſ.359.nu. 2.& 3.volu.2.crimin.Farinac.tract.crim. part.1.q.29.nu.3.

Quare quod attinet ad ſecuritatem
3 propter delictum. illam diuido in tres † inſpectiones. Prima, pertinet ad requiſita, & validitatem, vt impetranti proſit hoc remedium 2.tangit conceſſionis cauſas. 3. verò continet effectus inde reſultantes. Redeo ad primam, in qua ſciendũ quod
4 ad ſaluiconductus † validitatem in criminalibus conceſſi exigitur in primis quod emanet à Principe, vel habente iura Principis, ſeu ab eo qui poteſt facere gratiam. Hondede.conſ.111.num.62.vol.1.Plot. conſ.78.num.41.& Farinaci.d.quæſt.29 nu.80. De conſuetudine tamẽ Mediolani
5 Senatus † excellentiſs. quando bannitus vult comparere ad ſe defendendum ſuper aliquo crimine, ne innocens damnetur: & aliquando vt veritas delictorum emergat, conceditur bannito ſaluus conductus Ceſſante autem hac conſuetudine, adhuc ex cauſa poſſet (extra tamen ditionem
6 eccleſiaſticã) iudex † inferior togatus ad tempus concedere hoc remedium comparere volenti, etiam bannito defenſionis ergo. Veluti multorũ teſtimonio probat Farinaci.dicto loco nu.81.cum 3. ſeqq.

Secundò requiritur, quòd abſit omnis ſubreptio poſtquã ſaluus conductus præſefert gratiam, quam vitiat ſubreptio. cap. poſtulaſti. de reſcrip. Rip. ad l. primam nu.27.ff. ſi cert. peta. Grãmat. ad Afflict. Deciſ.5.Farinaci.dicto loco num.23.& Surd.Deciſ.307.num.17.

Tertiò requiritur vt impetrans non ſit in dolo poſt impetrationem, nec abutatur gratia. D.Menoch.de arbitr.iud.caſ.337. nu. 14. & ſeq.Surd. dicto loco num. 10. Farinac.vt paulo ſupra.num.56.

Quartum eſt requiſitum, quòd res non ſit cum hæreticis principibus, qui ſunt peiores cane, & angue, iuxta conſtitutionem concilij Conſtantieñ.Seſſ. cuius meminit Tyber.Decia.tract. rerum crimin. lib.5.cap.25.num.21.& his ſuffragari nõ debet quod nemo ſub fide publica circũueniri debet, ex quo ſunt proditores, & rebelles Dei. Menoch. d. loco. num. 10.
7 Surd.Deciſ.307.nu.2.Cauſæ autem † cõceſſionis ſunt quatuor, videlicet propter recognitionem, quam vulgares dicunt confrontationem, cum alio carcerato vel bannito, & hæc eſt prima cauſa. Vel ad perhibẽdum veritatis teſtimonium in alia cauſa ad ſplendorẽ veritatis, ne innocens opprimatur. ca.hortamur.3. q. 9.Henriquez opuſculo 2. nu.43. quæ eſt ſecunda cauſa. Tertia eſt, vt bannitus de alio crimine accuſatus mox poſſit animoſius venire ad ſe defendendũ Clar.prax. crimin. §. vlt. quæſt. 32. Boſſi.de citat. num. 36. Hondede.conſ.111.num. 16.vol.1.& de huiuſmodi ſaluoconductu concedendo latè

latè in terminis scripsit Decian. Tom. 3. cons. 96. vbi plura ad rem.

Quartò ad concessionẽ saluicōductus procedit Princep. pro detegendo enormi crimine, & proposito præmio per literas impunitatis. Sic Menoch. dicto casu 337. nu. 2. & Insigniter Graff. consil. primo de furt. lib. 5.

Non intelligitur autẽ de illa impunita-
8 te, quam iudicum † nōnulli carceratis nō rarò pollicentur ad extorquendas confessiones delictorum à reis, qui propterea illaqueantur. & is modus vt potè illicitus, et prauus reprobatur ob mendacium & decipulã. Sic tradit Io. de Imol. cons. 109. Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 27. in fin. & Iul. Clar. prax. crimin. §. fin. quæst. 55. num. 8. Bargal. tract. de dolo, lib. j. cap. 6. num. 52. cum seqq. cumulatè Farinac. consil. 53. versic. promittit impunitatem in littera L. & diuersum est in fi-
9 ctione, † & simulatione Salomonis exemplo, de quo in cap. afferte, de præsumpt. Sed noster sermo est de impunitate promissa à Principe: qui est solutus legibus, & quem non decet labium mentiens: sicut stultum non decent verba composita, qua impunitatis spōsione, & pollicitatione eximuntur à pęna certam noxiam detegentes, dummodò non sint inter principales delicti commissi reos. Vnde hic serpit grauis difficultas explicanda, nūquid.
10 Mandatarius, † qui proprijs manibus turpissimè pacta mercede aliquem occidit; dici debeat principalis propriè, vel è diuerso mandatū dans, vt hoc verius probare contendit per rationes non leues, Bertazzol. consil. crimin. 190. vol. j. cuius contrarium nos retinendū putamus, præcipuè ex Bald. ad l. data opera, nu. 52. C. de his qui accus. non poss. vbi formiter proferuntur hæc verba, nam mandatum semper interpretatur esse principium, & causa delicti, principium dico remotum, occasione, & extrinsecum: proximum enim & intrinsecum sceleris principium inest ipsi facienti. Propterea principalis propriè dicitur faciens: sed mandans accessorius, atque ità Baldi doctrinam amplectitur, Gabriell. cons. 170. nu. 10. vol. j. D. Menoch. de arbitra. iudic. casu 353. nume. 7. & Aloysius Catalan. tracta. Crimin. Amnestiæ siue abolitionis limit. 12. capit. 39. nu. 57. cum seq. quam ego confirmarem inconuincibili text. in l. non ideò minus. C. de accusat. Tanto magis in Dominio Mediolani ex forma Nou. Constit. tit. de pœn. §. mãdantes: quò ad pęnam adæquantium mandantem, & mãdatarium. De quo argumento apud eundem Menoch. dict. Casu. 353. Prosper. Farinaci. tract. crimin. part. j. quæst. 3. Nec obstant
11 considerationes, † Bertazzol. dict. consil. 190. Quoniam procedunt quòad ordinẽ intellectus, & ratione processus. Illa autẽ verba: dummodò nō sit de principalibus, verificantur in instigatoribus, hortatoribus, suasoribus, & consultoribus, qñquis tenetur de malo consilio, de instigatione ad flagitium, de suasione ad malum. idem Bertazol. Crim. cons. 143. vol. j. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 3. nu. 38. cum seqq. & cumulatissimè aggestis præter Mascard. & Pacian. in familiaribus locis per Carpan. ad §. homicida. nu. 1235. deinceps, & 1374. & seq. Iam verò.
12 Effectus saluiconductus † in criminalibus hi propemodū dicuntur esse, scilicet.

Quia siue sit ad tempus, siue sit perpetuus, debet seruari etiam pro delictis non expressis, dummodò sint expressis minora Farinac. d. loco. nu. 1. 2. & 57. Quin am-
13 plius extenditur etiam ad delicta † futura, si ex causa, & prouocatus delinquat; aliàs secus, Farinac. ibidem num. 58. & tribus seqq. Menoch. d. loco. num. 13. Surd. allegata Decis. num. 13.

Insuper scienter, & dolosè offendens habentem saluum conductum, læsæ Maiestatis fit reus, Menoch. d. loco. nu. 8. & 9. cum adductis per Farinac. d. loc. nu. 12. vsq; ad num. 20. vbi etiam declarat.

Vltimus est effectus, quia non finitur etiam cessante causa, propter quam fuit concessus, sed expressa opus est reuocatione: sicuti non expirat cōcedentis morte aut iurisdictione finita, quando esset concessus, donec fuerit reuocatus: alioqui
14 concessus ad beneplacitum † finitur finita iurisdictione, vel morte cōcedentis cap. si Delegatus, de offic. Delegat. in 6. Bart. ad l. centesimis, §. vlt. ff. de verb. oblig. Idẽ Farinac. loc. antedicto. num. 73. 84. & 75. & tradit Gabriell. sui cōmun. tit. de præben.

ben.concluſ.1.nu.24. Quo pacto intelligitur text.in cap.ſi gratiosè,de reſcript in 6. & in cap.ſi ſuper gratia, de off. Deleg. in 6. vbi gratia morte concedentis etiam re integra non expirat, quia non arrogat ſibi locum in gratia conceſſa ad beneplacitum, vt inter cæteras reſtrictiones hanc quoq; ſubiungit, A. Gabriell.dicto loco, nu.20.additur Gayll.obſeruat.60.nu.15. libr.2.& Fachinæ.libr.5. controuerſ. iur. cap. 100. Hactenus de ſecuritate in criminalibus.

Superest vt ciuilis ſaluiconductus ca-
15 pita referamus, quem † moratoriam dicunt,& alij litteras induciales,aut reſpirationis, ac dilationis. teſte Theſſaur.Deciſ. 186. quod eſt remedium etiam ſubſidiarium ex l.quoties,& l.vniuerſa, C.de precib.imper.offeren. etiamſi quis per publicum inſtrumentum renunciauerit litteris inducialibus, & pertinaciter contenderit vſq; ad ſententiam condemnatoriam incluſiuè, quia pactis priuatorum Princeps non vult ligari, & miſerationis ergo mouetur ad hoc beneficium concedendum, Theſſaur. d. loco. de quo apud Magalor. tract.de ſaluocond.apud Rebuff.tract.de dilator. liter. apud Cucc. tract. de morat. præſcript.apud Farina.Menoch.& Surd. prædict.in loc.apud nos tract.de Portion. Rat.quæſt.139.& tract.de fiction. cap. 8. caſ.26.num.19.copiosè Vrſill. ad Afflict. Deciſ.4. Petrin. Bell. de re milita.part.9. tit.de ſaluocond. Henriquez opuſcul. 2.poſt conſ. num.43. & in Nou.Conſtit. Mediol. ſub tit. de ſaluiconduct.

Admonendi ſumus autem inter alia, hunc ſaluumconductum dupliciter con-
16 ſiderari, nam aut eſt realis † de quo Decian.conſ.44.nu.149. vol.4. Aut eſt perſonalis, qui vel eſt quinquennalis, vt habetur in dict. Nou. Conſtit. Mediol.eod. tit.& penes Alex.conſ.205. vol.2. vbi de requiſitis agit, & apud nos d. quæſt.139. vel eſt annalis, quē dicimus non prodeſſe
17 debitori † fidefrago,decoctori, vel fugitiuo, niſi talis qualitas ſit expreſſa ab impetrante,Surd.d.Deciſ.307.num.16. & 19. Sic in debitore, qui negauit debitū, mox fuit conuictus,Theſſaur.d.loc.num.7.vbi nihilominus ſcribit, poſſe adhuc Principē ex cauſa hanc prouiſionem concedere,

Natt. conſil.591. Quòd ſi quis ceſſiſſet a-
18 ctiones † perſonales, & ſpopondiſſet facere bonas illas actiones, deinde ceſſionarius reperiſſet debitorem ceſſum viuere ſub ſaluoconductu, repente commiſſa eſt ſtipulatio contra cedentem, ex quo non poteſt exercere actiones perſonales cōtra ceſſum nomen debitoris ob ſaluumconductum,Rot. Genuen.Deciſ.156.nu.10. & 11. Aliud eſſet, ſi promiſiſſet verum
19 † nomen debitoris, quia tunc ſufficeret oſtendere de veritate crediti, tametſi non ſit ſoluendo,neque exigibile,l.4.ff.de hæred.vel actio.vendit.quem text.ſic expendit Caſtr.conſil.170.num.2.vol.2.Eugen. conſil.73.nu.3.Vincent.de Franch.Deciſ. 108. part. j. & Deciſ.427.num.6.part.2. Magon.Rot.Florent. Deciſ. 39. & Surd. Deciſ.326. nu.41. niſi cedens ſua pactio-
20 ne ſe obligaſſet promittendo† de euictione, vel manutentione nominis debitoris veri & boni: & quo tempore ceſſit,ſciret debitorem ceſſum eſſe de ſaluoconducto prouiſum: ceſſionarius verò ignoraret, licèt aliud ſit in ſoluente ſcienter debitum decocturo, qui rectè ſoluit, & liberatur, vt diximus nos tract. de fact. ſcient. & Ignor.diſtinct.44. Centur.1. & ſub regula 10.num.17.vſque ad fin.tom.1.Roman. conſil.163.in fin. & copiosè D.Menoch. conſil.778. Decian.conſ.81. nu.4.vol.4. Promiſſio namq; euictionis compræhendit omnes caſus, quibus ceſſionarius priuat vtilitate,& beneficio rei ceſſæ, Gemina.conſ.151.Signorol.conſ.90.num.26. & ſeq.Alex.conſ.109.lib.4. Vid.tamen Barz.Deciſ.110. nu.2.& 3. aliàs ceſſante promiſſione de euictione intelligitur facta ceſſio iure creditoris, quo caſu cedens non tenetur de euictione: imò nec vendens,ſi vlterius non proceſſit,l.j. cum glo. C.cred.euict.pignor.non debet,l.periculum,ff.de pignorib.Bald. conſ.227.lib.5. Signorol.d.conſ.90. nu.27. Alex. conſil. 235.lib.6.Plot.ad l.ſi quando, num.478. C.vnd vi.Syluan.conſ.101. Fab. de Ann. conſ.37.& 90.nu.12.&ſeqq.Viui.Deciſ. 24.& 152.lib.j.Vincent. de Frāch. Deciſ. 239.nu.7.part.2. & Peregr. de fideicommiſſ.art.35.nu.19. Illuſtriſs. Card.Tuſc. concluſ.359.in littera E.

Neque prætereundum eſt,quod ſaluus

cōductus seu securitas quò ad personam debitoris quandoque conceditur absque cautionis necessitate, & sine tempore, & tuncnō potest infringi † pro arbitrio cre-
21 ditoris, vel Iudicis inferioris sub pœna criminis læsæ maiestatis, Boer. Decis. 179. etiā mortuo concedente, si verba sint ampla. Io. Faber ad §. item si adhuc, Instit. de mandat. & Henriquez d. num. 43. Imò protenditur etiam quando est generalis †
22 ad debitum fiscale seu camerale, si expresse pro debitis publicis sit impetrata securitas: alioqui secus, Bald. cons. 400. vol. j. Menoch. de arbitrar. Iud. Casu 203. num. 16. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. nū. 22.
23 nisi esset, subreptitius † saluusconductus, veluti impetratus lite pendente cum creditore, non citato, nec monito creditore, neque facta litis pendentiæ mentione, vel tacito quòd debitor habuit alias inducias siue saluumconductum: sic Farinac. d. q. 29. num. 31. & 32.

Verùm is aliquando concedi solet cum
24 clausula † præstita cautione de soluendo principalem summam cum legitimis dānis, & interesse, vt tradit Thesaur. d. Decis. 186. col. vlt. quo casu non potest debitor perfrui beneficio securitatis, nisi seruatis dictis conditionibus, seu alijs qualitatibus appositis. Non tamen licet creditori eam ob causam accipere pecunias ad
25 cambia, † vel sub immoderatis vsuris, vt durius agatur cum debitore, quem Princeps clemēter tractauit: sed sat est, quod eidem creditori sarciatur damnum ad rationem interesse frequentius in regione vsitati, quatenus constiterit illud passum fuisse, quamquàm & ad cambia tenetur debitor, si immediatè ob retardatam solutionem sub cābijs pecunias acciperet creditor, cùm talia cambia dicatur interesse, Cæs. de Crass. Rot. Roma. Decis. j. nu. 9. cum seqq. tit. de vsur. & Mohedan. eod. tit. Decis. j. num. 2. adde Morot. cons. 65. Hondede. cons. 50. vol. j. & Rot. Roma. Decis. 315. part. 2. in nouissim.

26 Intellige quæ diximus de cābijs † dummodò circa illa seruata fuerint, quæ præscribuntur à Summis Pontificibus, videlicet in Bulla Pij V. recolendæ mem. & in Dominio Mediolani forma No. Constitut. tit. de off. Abbat. §. quotiescunque. De iure communi, vbi creditor pecuniā ad cambia debitoris periculo, & sumptibus accipere intendat, illi prius intimare debet, quòd sic facere velit, & vt per Curt. iun. consil. 132. num. 11. Interdum verò conceditur saluusconductus simpliciter,
27 & ad tempus, quo casu impetrans tenetur præstare cautionem fideiussoriam, si potest: aliàs iuratoriam, dummodò creditor postulauerit, d. l. vniuersa, Farin. d. loc. 27. cū seqq. Ias. in l. 1. col. 2. C. de carbon. edict. in reliquis curiosum reijcio lectorem ad locos superius indicatos.

REMEDIVM XXI.

Ex l. Episcopale. C. de Episcop. audien. cap. significasti. de off. delegat. tum circa brachium seculare, tum circa manum regiā, mox circa manum militarem.

SVMMARIVM.

1 *Brachium seculare quando in subsidium impetretur, & num. 5.*
2 *Appellatione pendente, cui nihil obstat, nequaquam inuocatur brachium seculare.*
3 *Iudex ecclesiasticus hereticū, seu in profundum malorum declinantem, brachio seculari in subsidium tantum tradit.*
4 *Mortis supplicio non afficiunt Ecclesiastici.*
6 *Censurarum in forma per Concil. Trident. tradita notatur.*
7 *Exetutionem iudicati impedit sententia iniustitia, vel notoria nullitas ex vētre actorum resultans.*
Cōformitatis sententiarū vis cessat ob nullitatem notoriam priuilegiatam.
8 *In Bracchij secularis concessione, vel denegatione quid seruandum sit.*
9 *Brachij regij seu militaris vsus quis.*
10 *Associationis auxilium quodnam dicatur.*
11 *Brachij militaris effectus tres recensentur.*
12 *Litera executoriales efflagitant citationem.*
13 *Afflicti Decis. 145. quomodo intelligenda.*

IN hanc subsidiorum nomenclaturā reponi etiā
1 scimus, brachium † seculare, quod de iure communi inuocari potest, tam à iudice ecclesiastico

ſiaſtico ordinario,quam delegato,preſertim ex vi clauſulæ vſitatæ apponi in reſcripto delegatario (inuocato, ſi neceſſe fuerit auxilio brachij ſæcularis) de qua in indiuiduo apud Feder. de Sen. conſ. 163. nu.3.& conſ.251. nu. 4. contra ſeculare, quando ſpiritualis gladius nõ, vel parum prodeſſe ſagaci coniectura noſcitur, & iudex omnem adhibuit diligentiam, adminiſtrando eccleſiaſtica remedia, & ſic in ſubſidium,& pro ſupplemento iuſtitiæ brachium petit ſeculare, vt etiam per potentiam ſæcularẽ adiuuetur poteſtas eccleſiaſtica,glo.& Innoc.in c.j.de off. ord. c.adminiſtratores. cum ca. ſeq. 23. q. 5. Archid.ad c.de perſona.11.q.j. Bald. ad l.2.C. de his, qui latron. occult. Franc. Marc.Deciſ.269.nu.3.ac Deciſ.773. nu. 3.par. j. Fel. ad c. ſignificaſti.de off.deleg. & ad c. cum ſit generale. num. 8. de for. compet.Oldr.conſ.86.89.nu. 5.vbi citatur.c. cum non ab homine.de iudic. & c. 2. de maledic. & 319. Feder. de Sen. d. conſ. 165.& 251. quia non eſt incipiendum à cauda,ſed à capite, iuxta illud pertritum,nimis properas Marcell.l. j. C. de exec.rei iud.Fed.de Sen d.conſ. 251. nu.
2 4.Ideò quando pendet appellatio † tunc temporis minus ritè,imo inefficaciter, ſeculare inuocatur brachium, dummodo illi appellationi obſter nihil. Alber.& Caſtr. ad l. Epiſcopale. C. de epiſc. audient. Dec.ad d.c.ſignificaſti.nu.15.Abb.ad c.j. nu.12.de off.ord.& ad c.ſi quãdo ibique. Fel.de off.de leg.& Doct. Nauar. ad c. cũ contingat.nu.5.de reſer. Oldr.d.conſ.89. nu. 3.& Franc. Marc.d.Deciſ.269. par. j.
3 Similiter eccleſiaſtici † non tradunt hæreticum vel publicum blaſphemum impia & execrabilia euomentem ſeculari iudici puniendum, ſi poſſunt ipſi punire. Boer. Deciſ. 301. & 340. in vltimis verbis. Sed in ſubſidium, quando.ſ. omnia alia deficiunt remedia, precipuè cum pœna infligenda eſt mortis priuatiuæ vitæ, ad quam
4 eccleſiaſtici † manum non apponunt inconſulto ſummo ſacrorum antiſtite; ſed eius locò fit vel detruſio in monaſterium, vel deputatio ad perpetuum carcerem. Fely. in c. at ſi clerici. num. 12.de iud.ità Decian.rer.crimin.tract.lib. 5.c. 25.nu. 19. Multò minus ab hoc de quo verba

facimus remedio litis initium fieri debet,
5 nec iudex eccleſiaſticus † contra eccleſiaſticam perſonam vtitur hoc remedio niſi ob pertinacem inobedientiam,& incorrigibilitatem, & prius quam ad hoc ipſum remedium deueniat experitur omnia alia remedia, quibus talis non iudici obtemperantis contumacia,vt plurimùm, coerceri poteſt,& tunc demum ad hanc inuocationem deſcendere aſſueuit cũ preſtitit quicquid potuit;nec verò habet quod vlterius faciat. Sic ad verbum tradit Oldr. d.conſ.89.Fed.de Sen.d.conſ.251.col. 3. Ioan.Vuamesi conſ. 65. colu. vlt. Verùm
6 hodie ſilet.difficultas ex diſpoſitione † ſacroſ.Trid.Concil.Seſſ. 25. cap. 23. de refor. vbi præſcribit nouam prouiſionem, ſeu formã, vt imò eccleſiaſticus abſtineat, quoad fieri poteſt, à cẽſuris,&ab excõmunicationis gladio:ſed exequatur in caſibus ad forũ eccleſiaſticũ quomodolibet pertinentibus, per ſuos proprios, vel alienos (inquit disertè conciliũ) executores exequi faciendo: niſi ex medulla ſeu ventre
7 ſententiæ † ab eccleſiaſtico latæ de iniuſtitia conſtaret, ſeu de euidenti, & notoria nullitate,notabiliter Alex. conſ. 83. ibiq; in Addit. vol. 3. cum ſententia nulla non ſit ſententia.l.4. §. condennatum. ff.de re iudic. vbi Alex. Rip. & Iaſ. Imo merus executor poteſt cognoſcere de nullitate notoria:eaq; priuilegiata. c. paſtoralis. §. quia vero de off. deleg. Rom. conſ. 51. Franc. Marc. d. loco.num.2.ad effectum ſaltem reſcribendi, vel remittendi non etiam cognoſcendi.c.de cætero.de re iud. Abb.in c.ſuper eo.de crim. falſ. preclare. Bald. conſ. 98. vol. 3. vbi diſtinguit tres principes caſus:nimirum, quando cauſa committitur alicui, vt cognitori, vel vt arctatori, vel vt executori qui ſi videat executionem omnino nullam in prophanis poteſt non exequi, vt mundas manus conſeruet. Additur Anch. conſ. 240. Io. de Imo. conſ. 127. ſicuti in ſimili contra conformes non poteſt ex nouis conſtit. ſub tit. de appel. §. lata ſententia, dici de nullitate,tamẽ ſecus obſeruatur,ſi nullitas ſit ex priuilegiatis,eaq; vere euidens Alex. conſ.77.vol.3.Roma.cõſ.244.in fin.Ceph.conſ.708.Alb. conſ. 70. num. 14. & conſ.609.

Cęterum quod seruandum circa deuegationem vel concessionem brachij sæcularis in executorialibus, hoc ipsum argumentum attingunt Anch.cōs. 382. Natt. conf. 529.vol.3. Rol. à vall.cōs.37.vol.j. Berret.cōs.3.& seq.& Rot. Rom. Decis. 277.lib.3.in nouiss.iuxta tex.in d.c. j. vbi Innoc.Abb.& Alci. de off. ord. cū adductis per Bertaz.conf. 200.nu.5. crim. vol. j.Prosp.Far.conf.68.& Gayl.lib. j. obser. 115.& tract.de pace publ. c. 16. Vrsil. ad Afflict.Decis.24.Menoch. de retin. poss. remed.3.nu.360. Io. Redin. trac.de Maiest.princ.c.2.nu.142. cum seq. Vinc. de Anna in cōstit.Regni incip.si quis aliquē. num.19.post cons.Fab.de Ann. nunquid preterea vnū,& idem ius reddatur,quando agitur de executione personali, sicuti quando contenditur de reali.scribit Bald. conf. 156. vol. 5. Interim de nostra penu nihil deprompturn esse implicite, vel explicite intendentes alienum,ne suspiciose quidem ab arte æqui boniq;ab obseruantia curiæ, & à receptioribus traditionibus, properamus ad manum Regiam de qua in l. 2. ff. de orig. iur.cum multis aggestis per Hortens.Caualc.tract.de brachio Re-

9 gio.par.j.& ad brachium militare † quod pertinet ad executionem rei iudicatæ, vel pacti executiui; dummodo prius liqueat de iure exequibili, quid & quantum sit, ità quod omnino precedat liquidatio. l. hæc autem. §.j.ff.ex quib.causis in possess. eat. Bart. ad l. si finita. §. Iulianus. ff. de dann. infec. Alex. conf. 130.& 131.li.4.

10 & hoc est quod appellant associationis † auxilium diciturq. licentia ingrediendi. Alex.conf.131.nu.11.vol. 4. quando iudex concedit familiam ad tollenda scandala associari postulanti,& timenti ab aliquo etiam resistentiam cū armis,aut quoquo modo iniuriosam.l.vlt. C. de erogat. milit.annon.li.12.vt in associatione vigore pactorum executiuorum etiam contra tertium non liquidato negocio in associatione ex vi constituti possessorij.Natt.cōs. 378.col.j. Viu.Decis.44.lib.j.Afflict.Decis.326.Magō. sub Rota Luca.Decis.87. nu.14.& 15.latè Carpan. ad stat. Med. c. 462.par.j. vbi de constitutaria possessione plurima Gilken.tract.de præscrip.par.2. membr.3.c.7. nu.12.cum multis seq. vbi fæliciter de requisitis in constituto. Anguill.conf.98.quatenus absit interuersio, fiatq;incontinenti: aliàs ex interuallo cessaret hoc remedium.Castren.cōs. 10. nu. 4.vol.1.Hipp. Rimin.conf. 592.nu. 6.c. 7.vol.5.Declarando cum Alex. conf.85. nu.5.c.6.vol.6.vbi optimè Menoch.cōs. 465.& Capyc.Decis.107.col.1.& 2.Tesaur.Decis.265. Sic quoq;in associatione contra vsufructuariundo losè fructiferas incidentem arbores.Bero.conf.54.vol.3. & contra conductorem non soluentem intra annum,vbi de tempore non sit conuentum. Alex. conf. 130. & seq. vol. 4. Burs.conf.23.ad fin.vol.1. conf. 233. & 253.vol.3. Ber.conf.150. vol.1.& Carp. ad stat. Med. c. 409. num.116.cum seq. part.2.Maluas.conf.87. nec desunt alia exēpla apud Magon.Rot. Lucen. Decis. 87.& Carp.c.232.n.13.cum seq. part. 1. Sumitur autem hoc remedium ex l. qui restituere ff. de rei vendica. fundaturque in summa ratione,quia scilicet vanū esset ac inane,habere ius executiuum ex re iudicata super instrumento (vt vocant) guarintigiato, pactionibus. statutis;nisi debitæ executioni postea mandarentur. cap. quò ad consulationem. de re iudica. cum

11 vulgar. Huius porrò militaris manus † tres sunt præcipui effectus.

Quintò, & vltimò requiritur, quod petens admitti ad cessionem sit omni auxilio destitutus, bona indicet, & omnia, quæ habet libelloq; complectatur ex fide ac constet quòd creditores illum vrgeant, & is existat in irreparabili necessitate. Feder. de Sen. consil. 193. & superius comprobatum fuit. Natt. d. conf. 361. nu. 8.

His concurrentibus, & cessionem a ssociantibus, deligitur curator bonis † sub
17 cuius nomine venalia exponuntur bona; deinde pretium ex bonis debitoris conflatum inter creditores distribuẽdum venit; ita tamen vt hyppothecarij præferantur chyrographarijs. l. vltim. ff. de cur. bon, dand. l. pro debito. C. de bon. auth. iud. possid. Crauet. conf. 213. Natt. cõs. 440. & Castr. d. conf. 179. vol. 2. & huc pertinent lucubrationes nostræ, tract. de Portio. rat. quæst. 74. vbi ex Decian. consil. 109. vol. 2. & Alb. consil. 585. num. 3. vol. 2. sententiam, & censum. l. si hominem. §. quoties fore cedunt. ff. deposit. exponebamus.

His aliqui adiunctam esse peroptant notitiam æquitatis canonicæ, quæ dictat
18 subueniendum esse pauperi, † & bono, & malo, cap. qui escamus. 42. distinctio.
19 Proindè cessio † bonorum debitoris, vbi bona non extant sine fuco, & absq; fraudulentia, vix admittit in foro conscientiæ, iuxtà lectionem Euangelicam. Serue nequam omne debitum dimisi tibi. Nonne oportuit te misereri conserui tui? ità sanè cõcludit Marchisell. quæst. 33. ad fin. & ad hoc facit doctrina Diui Thom. 2. 2. quæst. 32. artic. 6. citati ab eodem, quod
20 eleemosina † dãda est de superfluo ad victum, & ad decentiam status, sed de necessarijs ad decẽtiam status sui dari debet de præcepto, terminusq; necessarij non consistit in indiuisibili; ibi enim ait Sãctus Thom. laudabiliter prætermittere aliquẽ id, quod ad decentiam sui status pertinere videretur, vt maiori necessitati subueniret: adiungitur Marchisellus q. 35.

Neque hinc discedere possum absque commemoratione Doctrinæ Soti, lib. 4. de Iustit. & iur. quæst. 7. art. 4. vbi quærens; vtrùm tuta conscientia possit quisq; bonis cedere, idque à republica permitti respondet, quod qui negotiationes subdolè, & vafrè, vel ingrediuntur, vel exercent re uera non essent permittendi, sunt enim, inquit, qui cum nihil in bonis habeant credito vndique corradunt, vnde fidem aliquam sibi arrogent, & (quod ipsi voçant) creditum, neque ea fraude contenti viuere lautè, atq; in dies lautius perseuerant, qua ratione æs alienum ingens conflant, quo postea pressi in sacrum aliquod se recipiant; quod profectò pestilentissimum est latrocinij genus, neque essent isti à republica ferendi; sed ceu latrones plectendi: qui autem bona fide negotiantur, sed calamitosè sunt in pauperiem reiecti, optima cõscientia possunt legum beneficio vti, ne carceribus absumantur; ob hoc enim beneficium instituta est cæremonia cedendi bonis, vt habetur. l. j. C. qui bonis cedere possunt, ac subinde possunt licitè illa retinere, quæ sibi leges permittũt, putà, instrumenta suæ artis, quotidianaque alimenta, & menstrua, atque annua, vt habetur l. qui bonis. ff. eodem titul. est enim habenda ratio, ne egeant, vt sanctè cauetur. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. An verò veniens ad pinguiorem fortunam teneatur secundum conscientiam restituere. Respondeo quod licet

licet appareat per illam ignominiam legi, ac subinde creditoribus satis fecisse: nihilominus non verè sic esse: nam leges ipsæ decernunt tunc teneri: nam beneficium illud eatenus suffragatur: ne carceribus sint intrusi, vnde l. j. citata. C. qui bonis ced. poss. hi qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati, & l. cum & filij eodem tit. si quid pinguius postea eis accesserit, hoc iterum vsque ad modum debiti potest à creditoribus legitimo modo auelli: de hac quoque re Sayrus in claui libr. decimo, Tracta. 2. cap. 4.

ILLATIO AD REMEDIVM XXVII.

Ex l. Iudices. C. de Episcop. aud. & l. vltima. C. de erog. milit. annon lib. 2. circa alimoniam per creditorem subministrandam debitori carcerato ad sui Instantiã.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus inops, vel alendus, vel relaxandus, & cur ob delictum à Curia, in ciuilibus à creditore: amplia. nu. 2.*

3 *Cessionarius, cedentem repræsentat.*

4 *Actus factus in executione alterius, habet qualitates primi, in cuius locum sufficitur.*

5 *Mulier inhonesta, maritũ diuitem habens, carcerata in casibus permissis, ali debet per creditorem, si alia bona non habeat præter dotem.*

6 *Filius, patrem diuitem habens, ab eodem carceratus ali debet.*

7 *Debitor quomodo, & quando admittatur ad bon. cess. atq; carcere liberetur.*

8 *Quæ requirantur, vt creditor præstare alimenta debitori cogatur, remissiuè.*

9 *Taxatio alimentorum quomodo, & per quem facienda.*

ILLVD non leue est remedium, & quidem subsidiarium, quod debitori carcerato aliunde non habenti, nouissimaq; inopia laborãti conceditur, nam aut eidem 1 alimenta, † cibaria scilicet subministrare cogitur, aut is è carceribus relaxatur. glo. teste ad l. vlt. C. de erogat. milita. anno. lib. 12. l. Iudices, C. de Episcop. audient. Angelus ad §. vlt. in fin. Instit. de action. Iaso. ad l. si victum. num. 2. & 3. ff. de re iudic. Sola ad antiq. Decret. Sabaud. tit. de captur. debit. pro cau. ciui. glo. 3. part. Decret. Abusionibus, nu. 6. Surd. qui multos adducit tracta. de aliment. tit. j. quæstio. 71. Afflict. Decis. 71. Franc. March. Decis. 234. part. 2. Guid. Pap. Decisio. 211. Ratio autem huius obseruantiæ esse potest; ne quis in carceribus fame pereat, ac marcescat, inter Christianos præsertim qui opera misericordię ex euangelico præcepto exercere tenentur, & ne sęuitiæ creditorũ in tantùm deseruiant magistratus, vt dum parcunt mortuis sepulturæ gratia. l. cum sit iniustum. 6. & in authen. seq. C. de sepulchr. viola. & Petr. Pecch. tract. de iur. sistend. cap. 5. numer. 23. ità destruant viuos sine vllo creditorum compendio ad imaginem, & similitudinem Dei factos. Hinc etiam ob delictũ carceratus in subsidium alitur à Curia; sicuti carceratus propter debitum in ciuilibus debet ali à creditore si pauper sit debitor, nec habeat de suo. Luc. de Pen. ad d. l. vlt. C. de erogat. milit. Surd. d. titul. j. quæst. 72. & Viui. Decis. 529. nu. 4. lib. 4. planè detentus pœnæ, vel innocentiæ saluus fieri debet. Enunciatũ prædictum quod creditor carcerato subministrare debet inopi, ampliatur, &c.

Extenditur etiam, vt habeat locum in
2 cessionario † creditoris, probat Surd. d. quæst. 71. num. 4. Carol. de Crassis tracta. de excep. aduers. statut. in prælud. nume. 125. non solum quia cessionarius
3 † cedentem repræsentat induit eius personam, & eius imaginem refert. Bald. ad l. emptor. ff. de hæred. vel actio. vend. Bartol. ad l. ex asse. ff. ad Trebell. Ias. ad l. si sic. §. si quis ità. nume. 5. & 6. de leg. 1. Alex. consil. 13. num. 12. 13. volum. 1. & Bald. Nouell. tracta. de dot. part. 12.
4 colum. 8. verùm etiam quia actus † factus in executione alterius, habet easdem qualitates, quas sortitur primus actus, in cuius locum suffectus est. Alex. cons. 156. libr. 6. &c.

Vsque

Vsqueadeo creditor tenetur debitorem ad sui instantiam carceratum, & inopem alere; vt etiam hoc obseruetur erga mu-
5 lierem † inhonestam maritum diuitem habentem, quæ si fuit carcerata ob aliquã ciuilem causam, & in casibus permissis, vt, planè diximus carcerari posse, & probat. Bart. in authen. matri. C. quand. muli. tut. offic. & Gramma. Decis. 33. adhuc ali debet per creditorem, si alia bona non habeat præter dotem minimè affecta aut obnoxia causæ, pro qua detenta fuit.

6 Non idem procedit in filio, † patrem diuitem habente Cuman. consi. 132. & Grauet. consi. 164.

Cæterũ in hoc nostro argumento illud ignorandum non est, tàm quo ad taxationem alimentorum inopi carcerato præstandorum, quàm quo ad eius è carceribus relaxationem, si in illis non exhibeatur, vt dictum est, variasse DD. nostros, & in contrarias abijsse sententias, itum tamẽ communiter videtur in eam, vt si creditor alimẽnta præstare recuset, aut differat, vel si illa quidem præstare cœpit, non tamẽ perseuerat, cœpti pertæsus, aut si creditori executio fieri nõ possit pro dictis alimentis inopi carcerato præstandis; neq; is in-
7 ueniat fideiussorem, admittatur debitor † ad bonorum cessionem, mox liberetur à carcere. Afflict. Decis. 71. nu. 4. Quod si carceratus inops, neq; inueniat fideiussorem neq; à creditore alimentetur; non tamen illum iudex ex abrupto è carceribus relaxabit, non cedentem prius bonis: nisi malit iudex suo periculo, & sumptu dimissum ad carceres reducere, vel debitum creditori ex ære proprio persoluere. Viui. d. Decis. 529. & Bernardin. Muscatell. sua prax. vol. 2. part. 3. Glo. detinebitur. num. 68. cum seqq. vbi vlterius docet practicã circa hoc remedium obseruandam, &
8 refert requisita † pro cogendo creditore ad alimenta prædicta.

9 Respectu verò taxationis † illorum, adhibenda est distinctio inter vnam, & alteram personam: nam pinguius (vt ita dicam) nobili vel aliàs honesto viro prouidendum est, quàm plebeio, aut rurali. Facit Tiraquell. tract. de nobilit. cap. 136. & 139. & deinceps. & eius contẽporaneus Neuizan. in iocosa, nec vilipendẽda Sylu. nupt. lib. 2. nu. 25. In quo verius integri iudicis, non partialis, arbitrium spectandũ est, qui secundùm ordines in hanc rem editos, & apud diligentissimos, & æquissimos carceratorũ protectores asseruatos, cuncta rimetur, perpendat, & præfiniat, continuè cordi habens insignem locum Grãmat. ad Vestrij praxim. lib. 2. cap. 7.

REMEDIVM XXVIII.

Ex l. sunt qui, cum multis seqq. ff. de re iud. circa beneficium, ne quis conueniatur nisi in quantũ facere potest Mancin. tract. de iuram. par. 4. effectu. 201.

SVMMARIVM.

1 *Qvibus competat beneficium, in quantum facere potest, qualiter intelligatur, & qua ratione competat.*
2 *Filius adeundo hæreditatem paternam, vsq; ad minimum nummum ratione contractus paterni conueniri potest.*
3 *Filio se obliganti pro patre in Castrensib. vel quasi, seu in aduentitijs non competit priuilegium; in quantum facere potest.*
4 *Quæ requirantur, vt competat beneficium, ne conueniatur quis vltra facultates, vsque ad num. 8.*
5 *Beneficium, in quantum quis facere possit quando opponendum.*
6 *Exceptiones, quæ non impugnant sententiã, quandocunque opponi possunt; nisi ante sententiam opposita reiecta fuerint.*
7 *Qui potest ex industria sua sibi prouidere non vtitur hoc remedio: & cur.*
8 *Effectus huius remedij enumerantur vsque in fin.*
9 *Effectus huius remedij, non habent locum si statutum vel consuetudo repugnet.*
10 *Quando cesset hoc remedium.*
11 *Extraneo dotanti datur hoc remedium.*

X eodem fluit fonte beneficium; ne quis conueniatur, nisi inquantum facere potest subsidiarium passim nuncupatum, ex æquitate iuris ciuilis positiua introductum ad cui-

ad euitandum carcerem: postquam carce-
1 ri mancipari non possunt personæ, † quæ nequeunt conueniri, nisi in quantum facere possunt, & enumerantur in l. sunt qui: cũ multis seqq. ff. de re iudica. l. maritum. vbi Alex. assert. xxj. fallent. & docet qualiter intelligatur hoc beneficium. l. alia §. eleganter. & l. etiam ff. sol. matrimo. Castr. & Alex. ad l. non tantum. ff. de re iud. Iaf. ad §. sed & si quis. Instit. de actio. Mathe. Brun. tract. de cess. bono. quæstio. 28. Marant. cons. 30. num. 4. ea sanè ratione, quòd locum parentum, ac liberorum obtineant in infinitum: glo. ad l. patronus. vers. parentes ff. de re iudi Socer, gener, nurus. patronus. maritus, vxor, socius, donator, Iaso. d. loc. Vincent. de Franch. Decis. 164. lib. 1. Marant. d. cons. 30. Laderchi cõs. 30. vbi etiam adnumerat Doctorem, ex causa aduocationis contrahentẽ, & militem in his, quæ ad rem militarem spectant, etiam extra castra, & locum hostilẽ. Caccialup. de debitor. suspect. quæst. 5. & Mathe. Brun. de cessio. bonor. q. 4. princip. q. 11. nu. 1. Imò etiam frater ad instantiam alterius fratris non potest carcerari, opposita hac exceptione eidẽ competenti. Tessaur. Decis. 119. relatus per Muscatell. in prax. volu. 2. vers. detinebatur, nu. 123. part. 3. Signorol. cons. 146. Alex. cons. 133. lib. 5. Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 78. Mich. Nizol. allegatio. 4. nu. 20. & 21. sic milites cœlestis militiæ, quẽadmodum religiosi, & personę ecclesiasticæ. Roma. cons. 369. Butrius cons. 41. & Viui. Decis. 529. lib. 4. Sic quoque filiusfamilias, qui se obligauit vnà cũ patre quãdò effectus fuit sui iuris ex morte patris, aut emancipatione, vt prouisũ est in l. j. & 2. C. quod cum eo. modo non adierit pa-
2 tris hereditatem † aliàs adeundo obligari videtur ex conuentione, etiamsi non interuenisset obligationi susceptæ per patrẽ. vnde potest conueniri vsque ad minimũ nummum Castr. cons. 323. colu. 3. vol. 1.
3 sicuti quando se obligauit † in Castrensibus, vel quasi, seu in aduentitijs tunc non competit filiofamil. hoc priuilegiũ. Vinc. de Franch. Decis. 70. part. j. Iam verò huius remedij requisita proponentes, illud se offert.
4 In primis, quòd † opponatur ab eo, cui competere potest, alioqui non excipiens sibi præiudicat, intelligendo de eo: qui numquam opposuit hoc beneficium, & qui nullo tempore declarauit se velle vti
5 hoc remedio, quod opponi potest † non tantùm pendente iudicio, sed etiam post sententiam, quamuis fecisset transitum in rem iudicatam Iaf. ad d. §. sed & si quis n. 13. relatus per Nizol. d. allegat. 4. nu. 23. sicuti obseruatur in omnibus exceptioni-
6 bus † quę non impugnant sententiam, sed moderantur solùm executionem, ac eam minuunt, vel limitant: quia quandocunque possunt opponi etiam post rem iudicatam, nisi iam ante sententiam oppositæ reiectæ fuerint. Glo. & Bart. ad l. j. C. de iur. & fact. ignor. Rip. ad l. 2. num. 9. & 10. ff. de re iud. Alex. cons. 89. ad fin. lib. j. Castren. cons. 100. nu. 5. vol. 1. Signorol. cons. 146. & Gayll. obseruat. 113. nume. 5. lib. 1.

Secundò requiritur probatio paupertatis, vt fiat deductio alimentorum necessariorũ, ne reus conuentus egeat. Petr. Molignat. tractat. de retētio. quæstio. 148. vbi conuento, deinceps condemnato in id quod facere potest, fit potestas retinẽdi ea, quę vitæ subsidio necessaria, non etiam quæ conueniunt gradui, & dignitati, & priuilegiato auferuntur bona, mox adiudicantur creditori, qui prouidet debitori de opportunis alimentis Bald. ad l. 2. nu. 3. C. quod cum eo. Laderch. d. loc. in fin. Id circo si huiusmodi persona potest sibi
7 subuenire ex industria † sua, vel ex arte, aut professione, debet sibi de necessarijs prouidere, neque potest vti hoc remedio. Angel. Areti. cons. 95. nu. 15. quia habens artem, ex qua victitet, non dicitur pauper. glo. ad l. si quis argẽtum C. de donat. Mascard. de probat. conclus. 1154. num. 36. & Viui. Decis. 523. nu. 18. lib. 4.

Tertiò requiritur, quod actor non sit æquè pauper, quia sic rebus stantibus inutile est remedium Bart. & Alexand. ad d. l. maritum. ff. sol. matrimo. Laderch. d. cons. 30. nu. 7. nam priuilegiatus nõ vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum. iuriq. notiss.

Quartò requiritur, quod reus sit conuentus citra delicti occasionem, cùm non cõpetat hoc beneficiũ ex delicto conuẽto vel

vel vbi adest dolus ex parte petentis, qu'a legis auxilium illi non conceditur,qui cõmittit in legem Bart. ad d. l. maritum. in 1.opposit.& ad l.si mulier. §. vlt.ff. rerum amot.Marant.dict.loc.num.2.

Quintò requiritur,quod reus conuentus non sit in dolo Glo. ad l. vlt. ff. de iur. dot.& Vincent.de Franch.Decis.164.nu. 11.& 16.part.1.

Sextò,& vlt.requiritur,quod in instrumento non adsit clausula constituti, nec habeatur pro apposita, ex vi generalis cõsuetudinis.Laderch.d.cons.30.num.7.

Vulgares autem non sunt huiusmodi remedij effectus. nam

8 Id competit, † non obstante renuntiatione tacita, vel expressâ etiam cum iuramento, quando competit ratione reuerentiæ debitæ personæ,secus si ratione cõtractus, vel societatis, quo casu valet renuntiatio,cùm versemur in his, quæ concernunt subditorum vtilitatem. Vincent. de Franch.d.Decis.164.nu.16.&17.par. 1.Muscatell.d.loc.nu.122.Marant. pariter. d.cons.30.num.4.Alex.d.cons.133. Tessau Decis.153.nu.13.Blascus in Sylua memorabil.suoq. Memorab.num.4. & memorab.35.nu.3. sed de iure canonico aliud tenendum est Laderch. d. cons. 30. colu.pen.& fin.

Secũdus est effectus,quia hæc exceptio nõ censetur exclusa à statuto remouente omnes exceptiones aduersus instrumentum, imo etiam admittitur aduersus sententiam.Afini.prax.iudi.§.31.cap.44.& ex multis alijs Crass.tract. de exception. aduers. statut. except. 23. quia aliud est sentẽtiã,aliud illius executio,ad quã,moderandam hoc prædiximus concedi remedium.

Tertius est effectus: quia excludit fideiussorem ab hoc beneficio, vti merè personali,vt ex Bruno, & alijs asserit Muscatell.annot.loc.num.121.& facit tex. in l. & si fideiussor. ff. de re iudicat. nisi cum temperamento, quod exponit Alex. d. cons.133.num.16.& 17.lib.5. nimirùm conuento fideiussore reus principalis ad suam vtilitatem potest ex persona fideiussoris comparere,& allegare dictum beneficium,non obstante renuntiatione etiam iurata ab ipso reo facta,alioqui exacto insolidum fideiussore, exigi quoque poterit reus insolidum per fideiussorem ipsum. Bart.ad d. l. & si fideiussor.

Quartus est effectus,quia liberata mala mansione carceris, in quo sæpè caro humana marcescit. vt experientia multos docuit, & iam ostensum fuit.

Quintus, & vltimus est effectus, quia etiã in executiuis, vt dictũ est, potest quis hoc vti remedio;dummodò plenè probetur inopiç calamitas, iuxta notabilem distinctione Bart. in repetit. extrauag. ad reprimendum vers.summariè.nu.29.at si ante rem iudicatã oppositio facta, & huius remedij petitio ac auxilium imploratum fuerit,de paupertate summarim constare sufficiet. Mascard. d. conclus. 1154.

Ab omnibus tamen prædictis discedi-
9 tur si statutum † vel cõsuetudo repugnet. Vincent. de Franch. Decis. 366.par.2.sicuti facta solutione non habet locum hoc
10 remedium † sic quoq;cessat superuenientibus diuitijs in heredibus,qui non sint,ex filijs eiusdem matrimonij.Vinc.de Franc. de Decis.164.num. 10. neque in dotante extraneo sine liberalitate, aliàs diceretur
11 donator,cui itidem hoc communicatur † remediũ l.si extraneus.ff.de iur.dot. Marant. d. cons. 30. in princ.& Martin.Coler.Decis.14.nu.8.

REMEDIVM XXIX.

Ex c. Odoardus de Solut. circa clericos non habentes, vnde satisfaciant suis creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vt remedium c. Odoardus obtineant, quid præstare debeant creditoribus.*

2 *Clericus dicitur non esse soluendo, quando non habet tantum, quod sufficiat ad alimenta.*

3 *Quæ requirantur, vt habeat locum hoc remedium, vsque ad nu. 6.*

4 *Idem iudicatur de clerico coniugato, quod de puro laico.*

5 *Quæ requirantur qualitates, vt Clericus vtatur beneficio fori.*

6 *Effectus*

6 *Effectus huius remedij enumerantur vsq; ad num. 9.*
7 *Exceptiones non impugnant, sed modificant sententiam.*
8 *Clericus ob periurium in hoc remedio carceratur.*
9 *Clerico soluendo obstricto cum clausula, non retardata solutione aut executione, vel æquipollenti, proceditur ad executionem, nisi quando constat de vitio in ventre.*
10 *Clausula sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, commissionem reddit conditionalem.*

TRansfeamus (si libet & licet) ad remedium similiter subsidiarium, ex cap. Odoardus, vbi latè Henric. Bohic. extra de solutio. competens cleri-
1 cis † siue in maioribus, siue in minoribus ordinibus cõstitutis, nõ habentibus, vnde suis satisfaciant creditoribus; ne excommunicationis feriantur gladio, nec aliter vexentur: quinimo, vt absq. cessione bonorum è carceribus dimittantur, assignatis creditorib. redditibus bonorum etiam beneficialium: ita tamen vt deducatur, ne tales clerici egeant, vel saltem hi cautionẽ, in subsidium iuratoriam præstare teneantur de soluendo si quando ad pinguiorem peruenerint fortunam cap. si clericos. de senten. excomu. in 6. l. miles. cum glo. ff. de re iud. vbi Alberi. Ias. & Rip. Felin. conf. 9. Neuizan. conf. 59. Afflict. ad constitut. Regu. lib. j. rub. 66. nu. 6. vbi docet,
2 clericum † tunc dici non esse soluendo, quando non habet tantum, quod sufficiat ad eius alimenta. additur Couarru. lib. 2. var. resolut. cap. 1. Put. Decis. 56. lib. j. Viu. Decis. 529. lib. 4. Seraphin. de iuram. priuileg. 91. Ceuall. tract. comu. contr. communes q. 701. & 729. Marchesan. amplissimè tract. de commissio. part. j. cap. 3. Farinac. tract. crimin. part. 1. quest. 26. & 27. cum nouissimè adductis per Mari. Antonin. varia. resolut. 41. lib. j. & melius omnibus Gutteriez tract. de contract. iurat. cap. 17. vbi præterea referuntur requisita
3 † vt sit locus huic remedio.

Primò scilicet, quod in actis constet de clerici paupertate, & miserabilitate.

Secundò, quod nõ sit coniugatus, quia
4 de eo iudicatur, † vt de puro layco. Natt. conf. 356. imò requiritur, quod ecclesiæ ministret, ac inseruiat, quatenus non sit sacris initiatus aut beneficiatus maximè inspecta conciliari Tridentina constitutione de reformatione. capitu. 6. sessio. 23.
5 exprimente qualitates † quas debet habere quicunq; clericus vult vti beneficio seu priuilegio fori, inter quas debet esse in seruitio ecclesiæ. Ita sanè Gutteriez. d. loc. nu. 12. & 13. Couarru. prædicto loco. num. 9. nouè Petr. Caball. Crimin. resolut. cas. 60. Id quod in omnibus alijs casibus reputatur commune præcipuè verò in criminalibus. Mascard. de probatio. conclus. 302. num. 14. Illustriss. Cardin. Tusc. practicar. iur. conclus. 385. volum. 1. Flamin. Rub. conf. 1. volum. 2. Did. Couarru. pract. quæst. cap. 32. & Viu. Decis. 512. lib. 4. Maur. Burg. de modo proced. ex abrupto. q. 65. Pulchrè Stephan. Gratian. Rom. discept. Forens. cap. 190.

Requiritur deinde, quòd debitum sit reale non personale, idest descendat obligatio, ex delicto, nec ipse clericus sit suspectus de fuga, aut aliter in dolo bona occultando, Viui. Couarru. Ceuall. & Put. supradictis locis Gutteriez. d. loc. num. 1. nisi interesse parti sit applicandum, secus si fisco, vel publico alicui loco. Ceuall. d. quæst. 701. num. 8.

6 Effectus † sunt permulti. Primus est, quia quò ad excarcerationem subsidium hoc peti potest etiam post rem iudicatam, & in executione instar beneficij, ne quis conueniatur nisi inquantum facere potest vt dicebamus, & ad similitudinem excep-
7 tionem † quæ non impugnant, sed duntaxat modificant sententiam l. ex diuerso §. vlt. ff. sol. matrimo. Gutteriez. d. loc. nume. 31. Mari. Antonin. d. resolutio. 41. num. 4.

Alter est effectus, quod non denegatur hoc remedium, per quamcunq; renuntiationem etiam iuratã, nisi ex causa pensionis, & obligationis susceptæ in forma Cameræ; quamuis à Dida. Couarru. hoc affirmante recesserit in hoc puncto Gutter. qui etiam fatetur dubium esse articulum d. loc. distinguens à nu. 34. vsque ad fin. Mihi autẽ, vt meam in hac re proferã sententiam,

sententiam, magis placet hęc opinio, vt non obstañ. renunciatione iurata hoc clerico remedij competat, dummodo præueniat in impetranda absolutione à iuramento ante lapsum termini ad soluendū
8 præfixi; alias ob periurium † carcerati posset. Afflict. d. rub. 66. nu. 6. & Gutterriez d. loc. in fin. & quod dicta renuntiatio etiam iurata non perimat hoc priuilegium, ex Felin. Bald. Ferret. Thesaur. & alijs cōtra Menoch. refert. Mari. Antoni. nu. 5. addo Afflict. d. loc. nu. 6. & Cęuall. d. quæst. 701. nu. 11. vbi arguit ab inualiditate renuntiationis cess. bonorum ad renūtiationē huius remedij; mox subijcit opprobrium vniuersi ordinis clericalis, nō esse enutriendum, sed prorsus fugiendum, & ex alia ratione dicit, de hac renuntiatione etiam iurata non esse curandum, quia nedum vergeret in contemptū sacerdotij; verùm etiam sine vtilitate, & commodo creditoris detineretur persona religiosa, quæ à cultu diuino abstraheretur. contra regulam satis vulgarem; quod tibi non nocet, & alteri prodest, iniquum est denegare l. 2. §. itē varus ff. de aq. pluu. arcend. illam intelligendo iuxta Alber. ibid. & Bart. ad l. 7. ff. sol. matrimo. ac Caroe. Decis. 53. nume. 14. & inferius sub Remed. 36.

Tertius, & vltimus est effectus, quia cū sit personale, nō proficit fideiussori vti de beneficio cessio. bonorum dictum fuit. l. heres à debitore §. quod si stipulator ff. de fideiussor. Ceuall. d. quæst. 701. nume. 14. Animaduertendum tamen erit cum eod. Gutterr. d. tract. part. 3. cap. 15. num. 15. cum seqq. relato per Ceuall. d. loc. nu. 14. de quibus aliàs dixi.

Cæterùm illud moneo nequaquā esse
9 obliuiscendum, quod si clerico † iniunctū fuerit de soluendo cum clausula, nō retardata solutione, aut executione, alia vel ęquipollenti, esto quod dictæ clausulæ iurisdictionem limitent, & conditionale reddant rescriptum proceditur tamen ad executionem, nisi quādo constat de vitio in ventre literarum, & sic de nō iure Rot. Roman. Decis. 349. nu. 1. & 7. part. 1. in nouiss. & in eisd. Decis. 182. in fin. lib. 2. par. 3. vbi prædictę clausulæ non impediunt cognosci de iniustitia sentētiæ, & eius nullitate. Verum tamen executionem prorsus fieri posse. His accedat Mari. Antoni. lib. 1. var. resolut. 8. num. 1. vbi clau-
10 sula, sine, prȩiudicio † executionis literarū Apostolicarum ipsam commissionem reddit conditionalem ex Put. Decis. 32. lib. 2. vltra Couaruu. d. cap. 1. nu. 9. vers. quoties verò circa med. Illud etiam scire non erit inutile quod pro debitis rectoris sit executio in fructibus beneficij in subsidium. Ita Aret. cons. 114. nu. 4.

REMEDIVM XXX.

Ex c. peruenit. de fideiussorib. circa clericum pro quo laycus fideiussit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus si assignauerit reditus, quoad bona beneficialia, deducto, ne egeat fideiussori suo, carceres effugit: & cur. nu. 5. & 6. lim. nu. 15.*

2 *Indemnitatem seruare fideiussori quid sit.*

3 *Indemnitatis, & conseruationis iudicium, atq; effectus idem sunt.*

4 *Indemnitas quid sit: remissiuè.*

5 *An, & quando audiatur is, cui debetur indemnitas, si aliunde se indemnem conseruare potest.*

6 *Captura principalis non liberat fideiussorem nec è contra.*

7 *Fideiussor potest soluere de substantia debitoris.*

8 *Laicus fideiussor clerici, nō gaudet beneficio clericali: & quid nomē defensoris necessarij clerici assumente, remissiuè.*

9 *Fideiussori clerici debentur damna quacūq; interesse, ac vsuræ etiam de facto soluta rei principalis nomine.*

10 *Contractus inter creditorem, & reum celebratus aliquando olet vsuram, inuito etiam reo oppugnatur.*

11 *Fideiussor, instar emptoris debet causam defendere ad euitandam indebitam solutionem.*

12 *Fideiussor potest soluere vsuras vi conuentionis iuratæ, mox à reo repetere, non à creditore.*

13 *Fideiussor non potest repetere vsuras sponte*

solutas pro principali: lim. pluribus modis.
14 *Absolutionem à iuramento impetrando fideiussor non excipere, sed agere dicitur.*
16 *Bona patrimonialia clericorum gaudent. priuilegio ecclesiæ in casibus tantum à iure expressis.*
17 *Fideiussor clerici in suo foro conueniri debet, & cur.*
18 *Fideiussor clerici in contractu, conueniendus est in foro suo, secus si in iudicio.*
19 *Sententia lata contra principalem, non potest mitti executioni contra fideiussorem contractus sine nouo processu: secus in fideiussore iudicij in qua multa requiruntur, ibidem.*

N eiusdem clericalis ordinis decus, concedit summus Pontifex salubre, aliud remedium ex cap. peruen. de fideiussor. quo
1 suffultus clericus † identidem carceres euadit, seruata indemnitate fideiussori suo per assignationem (vt aliàs dicebamus) redituum suorū quoad bona beneficialia, deducto ne egeat arbitrio
2 boni viri. Seruare † autem indemnitatem est aliud nihil, quàm defendere fideiussorem, iudicium in se suscipiendo, ita vt nil damni sentiat, qui morbo alieno laborat. Bart. ad l. pater. ff. de dot. prælegat. Alex. conf. 29. nu. 22. & conf. 199. nu. 3. volu. 7. Afflict. Decis. 318. Gamma Decis. 379. num. 21. Benintendi. Decis. 81. & Magon. Rot. Florent. Decis. 38. Imò indemnitatis
3 † & conseruationis iudicium atq; effectus idem sunt. Alex. conf. 114. vol. 3. Paris. conf. 109. nu. 37. cum seqq. vol. 1. Decis. conf. 551. Hondede. conf. 25. num. 1. vbi
4 exponit, quid sit. indemnitas † Crauet. tract. de indemnit mulier. in prin. Bertazol. Ciui. conf. 84. num. 43. Cæsar Barz. Decis. Bonon. 34. nu. 2. & nuperrimè insigniter expedit Carol. Ialong. Racemat. 8. quod plurimùm confert ad interpretationem indemnitatis promisse in causa onerum, quemadmodum planum facit Crauett. conf. 95. 233. & 257. Ofasc. Decis. 91. iunct. eius conf. 31. Decian. conf. 41. nu. 136. & vltra vol. 2. Alb. conf. 115. num. 9. & seqq. vol. 1.
5 Non tamen auditur is † cui debetur indemnitas, si aliunde possit se indemnem conseruare Benintend. d. Decis. 81. num. 14. vel si per iniustitiam damnum sentiat fideiussor, nisi etiam in specie de hoc conuentum sit inter eos vel in conuentione sint inserta verba illa vniuersalia geminata, ex quacunque causa vel ratione. sic in terminis Franc. March. Decis. 584. parte prima.

Ratio autē decisionis d. cap. peruenit. posset hæc reddi, quia clericus erga suum fideiussorem tenetur actione personali descendente ex stipulatione, vnde non perdit forum suum etiamsi ipse clericus esset fideiussor laici; nisi concurrentibus, quattuor, quæ notat Speculat. tit. de compet. iud. adition. §. primo. numer. 22. & 26. etiam si agatur de obligato insolidum Surd. & Vinc. de Franch. in locis inferius citandis. Vel clericus fuerit citatus cum clausula, quatenus sua putauerit interesse Vel fuerit contumax, quia iurisdictio non prorogatur per solam contumaciam. Elegantiss. Surd. Decisio. 26. & dixi aliquid sup. remed. 13. ad fin. Alia est ratio
6 quia captura † principalis non liberat fideiussorem, nec e contra. Marant. disputat. 6. post suum specul. & Marsil. singul. 398. Imò fideiussor clerici, sicut, & cuiusque alterius priuatæ personæ potest facere dictam assignationem, deducto semper ne egeat, inuito quoque reo, cùm remedium hoc cap. peruenit. sit subsidiarium, quàmuis creditor cum fideiussore post excussionem durius expediri queat, vt is insolidum exigatur. iuxta declarationem eorum, quæ superius attulimus circa cessionis remedium, Beneficium ne conueniatur, nisi inquantum facere posit, & remedium d. cap. Odoardus. atque ità dictum remedium practicatur ob metum præcepti executiui, vel post excussionem fideiussoris.
7 Illud receptū est, quòd fideiussor † potest soluere de substantia debitoris. Glo. ad l. venditor. ff. de iudi. Bart. & Bald. ad authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. Caroci. de excuss. bon. part. 2. princip. quęst. 86. Franc. March. d. Decis.
8 584. part. 1. quamuis in alijs laicus † fideiussor clerici non gaudeat beneficio, aut priuilegio clericari, per rationes redditas à

Specul.

Specul. relato loco.nu.26. Abb. ad cap. j. de fideiussor. Franc. March. Decis. 1057. part. j. vbi quoque explicat, quid sit dicendum in laico defensoris necessarij clerici nomen assumente, & Vinc. de Franch. Decisio. 400. num. 4. part. 2. Attingit, vtrum ex persona clerici fideiussor declinet forum, necne: quamuis longè diuersa sit ratio in clerico fideiussore laico, ex quo ille non potest prorogare iurisdictionem, Steph. Aufrer. tract. de potest. secul. sup. eccl. Reg. 4. nu. 26.

9 Rursus huic fideiussori † debentur dãna quæcunque, interesse, ac vsuræ, etiam de facto solutæ, rei principalis nomine, glo. ad d. cap. peruenit. verb. indemnem, Bart. ad l. Constitutionib. C. de vsur. Deci. cons. 686. & quàmuis fideiussor possit excipere de prauitate vsuraria, quam ali-
10 quando olet contractus † inter creditorẽ, & reum celebratus etiã inuito reo. l. omnes exceptiones. ff. de except. Ias. ad l. 1. C. de diuers. rescript. Alex. cons. 57. vol. j. & Surd. d. cons. 20. col. j. vol. j. Magon. Rot. Florent. Decis. 110. nu. 4. postquam
11 fideiussor † instar emptoris tenetur causam, quantum in se est, defendere ad euitandam indebitam solutionem, ac reo intimare: imò & appellare, vt saltem solutum repetere possit. l. emptorem. ff. de act. empt. l. si procuratorem, §. si ignorant. ff. mandat. vbi Bart. qui etiam ad l. exceptiones. ff. de fideiussor. Alex. cons. 117. vol. 7. Bellon. cons. 75. Deci. cons. 74 Afflict. Decis. 49. atque ità intelligunt Imola, & Henric. Boich. d. text. in cap. peruenit. in fideiussore per sententiam damnato, & vsuras soluere coacto. Beci.
12 consil. 45. num. 46. potest fideiussor † soluere vsuras ex vi præambulæ conuentionis iuratæ. cap. debitores. de iureiur. Gutierr. de contractib. iurat. cap. 2. & Seraphin. de iurament. priuileg. 116. mox repetere à reo: non etiam ab eodem creditore. l. indebitam. ff. de condict. indebit. Salicet. ad l. si pro ea. C. mandat. Magon. Rot. Lucen. Decis. 92. num. 13. Hoc enim modo agnoscendo bonã fidem, potest repetere vsuras, principalis rei nomine solutas. arg. l. si rem quam, vbi Accurs. ff. de euictio. Alex. cons. 72. num. 6. vol. 2. Paris. cons. 104. vol. 3. & cons. 121. vol. 4. Menoch. cons. 212. num. 2. Rot. Romæ apud Puth. Decis. 178. lib. 3. & Coler. tractat. de executio par. j. cap. 10. nu. 305. & seqq. Sed melius, & copiosius respondetur ex Io. Andr. ad cap. damnum. de reg. iur. in 6. Alberic. ad l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. & ex Laur. de Rodulph. de vsur. quæst. 47. num. 20. Honded. omninò vidend. consil. 17. num. 2. 3. & 4. & 32. vsque ad fin. vol. 2. vbi inter cæteras limitationes quas recipit ea con-
13 clusio, quòd fideiussor † nõ potest repetere vsuras sponte solutas pro principali debitore: dicit procedere, quando fideiussor soluit vsuras, quas sciebat omninò indebitas, vel quando aberat metus executionis, qui inest omnibus præceptis executiuis, vel quãdo nominatim fideiussor ex mandato rei, non se obligauit quoque ad vsuras, vel quãdo facilè erat fideiussori opponere aliquas exceptiones, quibus se à solutione exemisset: non ità vbi ex persona propria potuisset se eximere ab onere soluendi vsuras, vel quando debuisset ob iuramentum, ab eo absolutionem im-
14 petrare † quo casu non tenetur fideiussor quia non est excipere, sed agere, Honded. d. loco. num. 38. Rot. Roma. Decis. 173. num. 15. part. j. in nouissim. & Rot. Genuen. Decis. 28. num. 15. & 16.

15 Cæterum si clericus † haberet bona patrimonialia idonea, & sufficientia ad onus æris alieni, cessaret prouisio d. c. peruenit.
16 quia bona † patrimonialia clericorũ gaudent priuilegio ecclesiæ, duntaxat in casibus à iure expressis Abb. ad cap. si diligenti. num. 36. & 37. extra de præscript. Dec. ad cap eccl. S. Mariæ num. 65. de constitu. sicuti quando clericus conuinceretur de dolo vero. Verall. Decis. 183. libr. 3. & Viui. Decis. 529. n. 10. & seqq. lib. 4. ad similitudinem eorum quę prædiximus circa remedium d. cap. Odoard. quæ duo remedia fraternizãt. Vnde cum disposita in vno, communicetur etiam alteri, non expedit vlterius laborare in referendis requisitis necessarijs in hoc ipso remedio, maxime ne cuneare videamur materias. Illud tamen dixerimus, quòd laicus fide-
17 iussor † clerici, sicuti clerici priuilegio non gaudet, quia exceptio priuilegij fori cohæreat personæ; ità in foro suo debet

I 2 conueniri.

conueniri. Fran. March. d. Decis. 1057. n. 7. 8. & 14. par. 1. ex doctrina Bald. ad l. cũ Archimedoram. C. vt in possess. legato, Surd. cõs. 396. vol. 3. vbi latè de clerico fideiussore laici, cum adductis per Mynsinger. cent. 2. obseruat. 21. vbi limitat, quando adesset submissio solemnis iurisdictioni alienæ, seu legitima renuntiatio fori. Marant. d. nu. 22. in quo tamen distinguitur inter fideiussorem contractus,
18 & fideiussorem iudicij † quia ille conueniendus est in foro suo: Hic verò fortitur forum principalis Franc. Marc. d. Decis. 1057. nu. 9. & Vincēt. de Franc. d. Decis. 400. declarando, vt per Aufrer. annotato loco, scilicet, quoadmodum summariæ
19 executionis duntaxat, sicuti sententia † lata contra principalem non potest mitti executioni contra fideiussorem contractus sine nouo processu: secus est in fideiussore iudicij, quia fit executio contra eũ sine alia citatione, etiamsi esset obligatus principaliter, & insolidum. Glo. & Bald. ad l. vlt. C. de vsur. rei iudi. Guid. Pap. Dec. 26. Iafred. Lanfran. Balb. Pedemonta. Decis. 136. Afflict. Decis. 182. Vinc. de Frãc. Decis. 400. part. 2. Mynsing. cent. 4. obseruat. 46. Laurent. de Pinu. consil. 172. Gabriell. cons. 43. n. 33. & seqq. vol. 1. & Bursat. cons. 203. nu. 11. & deinceps. vol. 2. dummodo sit in iudicio interposita stipulatio. Balb. d. Dec. 136. Amplius oportet quòd sententia sit valida. Vincent. de Franch. Dec. 208. par. 1. & Afflict. Decis. 182. quòd instantia non sit perempta, etiã in criminalibus, & de iure canonico Rom. cons. 220. col. vlt. & Natt. cons. 202. num. 3. maximè attenta conciliari constitutione. sess. 24. cap. 20. apud Trident. & quod præcesserint ea, quæ docet Afflict. d. Decis. 182. vltra excussionem huic quoq; fideiussori competentem, Franc. March. & Vincent. de Franc. prædict. in locis.

REMEDIVM XXXI.

Ex l. si quis instituatur hæres. §. sed si bonorum. ff. de hær. instit. & l. 2. §. si sub conditione ff. de bon. poss. secund. tab. circa bonor. possessionem secundum tabulas.

SVMMARIVM.

1 *Possessio bonorum secundum tabulas: etiam hodie competit heredi instituto sub conditione.*

2 *Heres institutus sub conditione, petita bonorum possessione de iure pratorio, interim habebit nudam hereditatis detentationem, & administrationem, donec purificetur conditio.*

3 *Spurius institutus sub conditione, si legitimetur, & ipse eodem remedio vti poterit, & ea facere, que curator datus bonis.*

4 *Spurius si non legitimatur ex capite voluntatis, vel impotentia, succedunt venientes ab intestato, nisi illi datus sit substitutus vulgaris.*

5 *Testamentũ potest sumere vires ab vulgari, vbi defectus contingit ex parte instituti.*

6 *Heres institutus sub conditione potest cogi à substituto vulgari satisdare de restituendo deficiente conditione, & interim de bene administrando.*

7 *Bannitus cum publicatione bonorum hoc remedio vti non potest.*

8 *Possessio bonorum pratoria peti potest ab herede instituto in testamento, in quo filius est preteritus, secuta filij approbatione.*

9 *Filius à patre preteritus per silentium vnius anni, ius dicendi nullum patris testamentum perdit.*

10 *Philippus Massinius I. C. laudatur.*

Bonorum possessionem secundùm tabulas etiamnum vsitari atq; inter subsidiaria reponi remedia, satis superquè constat ex l. si quis instituatur heres. §. sed si bonorum. ff. de hered. instituen. & l. 2. §. si sub conditione. ff. de bon. possess. 2. tab. quem tex. enuclearunt Alex. & Ias. ad l. certum C. vnd. legitim. Crass. tractat. de successiõn. §. bonorum possessio. quęst. 5. nu. 7. Surd. cons. 125. in fin. & cons. 439. nu. 24. nam
1 & adhuc hodie † id prodest remedium, quando hæres institutus est sub conditione potestatiua, casuali, vel mixta, vt sanè institui potest. l. sub cõditione. ff. de hered. instit. & §. heres. Instit. eod. & si non est datus alius heres vniuersalis purè, vel in re certa,

2 certa, † potest peti bonorum possessio de iure prætorio, per quam heres sub conditione institutus, habebit interim nudam hereditatis detentationem, & administrationẽ, eritq; tamquam curator bonis, donec conditio fuerit purificata cùm de iure ciuili ob conditionis pendentiam nõ posset adire hæreditatem, propterea quod conditio suspendit dispositionem in futurum euentum Bart. ad l. j. ff. de condit. & demonstr. & ad d. §. si sub conditione †

3 Qua ratione spurius institutus sub conditione, si vel quando legitimabitur, vt hoc modo validè instituti posse cõcludit Bald. ad l. Gallus §. instituens notab. 4. ibiq; Ias. nu. 5. ff. de liber. & posthu. cum adductis per Clar. §. testamentum quæst. 31. nu. 7. & cons. 168. nu. 53. cum seqq. vol. 2. ad excludendum venientes ab intestato etiã medio tẽpore scilicet ante impletam conditionem legitimationis potest vti prædicto remedio. sic. n. protrahitur implemẽtum conditionis donec ad id compellatur per eos quorum interest, & interim hac medela potest omnia facere, quæ peragere curator datus bonis. Angel. ad l. in tẽpus ff. de hered. institu. Quod si legitimabitur ex patris præordinatione, fiet capax bonorum eius vsque ab initio per retrotractionẽ vt scripsi tractat. de fiction. cap. 8. casu. 32. probata vtiq; filiatione, aliter quam per patris asseuerationem. Surd. cons. 526. nu. 10. & 17. lib. 4. nisi seruata esset cautela instituendi eum siuè filius sit, siue non, declaratione adhibita Barz. consil. vni. nu. 30. cum seq. post eiusdẽ decision.

4 Rot. Bononien. † Si autem non legitimabitur ex capite voluntatis, vel impotẽtiæ: tunc succedunt veniẽtes ab intestato Natta nuncupatim cons. 246. nu. 7. latè Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 84. & 88. nisi sit datus substitutus vulgaris, prout sic dari potest spurio in casu incapacitatis. Natt. ibid. nu. 8. & cons. 247. num. 3.

5 † vbi testamentum potest sumere vires à vulgari, vbicunque defectus contingit ex parte instituti, Berrett. cons. 93. num. 30 Veg. cons. 62. nu. 70. D. Menoch. consil. 651. num. 6. & 14. Decian. consil. 1. num. 63. & deinceps vol. j. Bursat. cons. 261. nu. 3. 8. & 35. vol. 3. Trentacinq. tract. de substit. part. j. quæst. 10. & par. 4. quæst. 14. nu. 28. cum seq. Imò stante substitutio vulgari, seque opponente,

6 † institutus sub conditionem cogẽtus est satisdare de restituendo deficiente conditione: interim verò de bon. administrando. l. Paulus, ff. de prætor. stipulat. Id quòd quilibet prætendens interesse legitimum in hæreditate impetrare potest, si non adsit substitutus quem potior causa attingit. d. l. Paulus. Planè diuersum est, set in instituto sub conditione, sed incapaci etiam nudæ detentationis, & admi-

7 nistrationis bonorum, † vt in banito cũ bonorum confiscatione posito extra protectionem instituto, si & quando redierit in gratiam per d. l. in tempus: nam interim pro mortuo reputatur. Ideò ei non competit prædictum remediũ. Peregrin. de iur. fisc. libr. 5. tit. 7. & apud nos de Fiction. cap. 2. monit. 5.

8 Similiter filio præterito approbante Testamentum post illud conditum, aut obitum patris hæreditas non potest adiri de iure ciuili propter Catonianam regulã, & ob nullitatem actus ab initio, ex defectu formæ cõtractam. vnde æquitate prætoria suadente testamentum recõualescit ob secutam filij approbationem, bonorũ possessio peti potest per hæredem in huiusmodi testamento institutum omni alio prorsus remedio destitutum, Bart. & Imol. & alij ad l. filio præterito, ff. de iniust. rupt. & init. testam. aliosq; de communi fidem facientes refert Clar. in d. §. testamẽtũ, q. 43. nu. 3. quoniã potest filius præteritus remittere sibi illatã iniuriã ob patris præteritionem, & approbare testamentum, renunciando fauori suo; Ias. ad §. in bonæ fidei. nu. 79. instit. de actio. Gamma Lusitan. Decisio. 174. & Didacus à Spino in Specul. testam. glo. 20. in princip. num. 109. Quin amplius filius

9 † in testamento patris præteritus per silentium vnius anni nequit in posterum intentare, aut ius dicendi nullum exercere, Bald. singular. 159. quamquam oppositũ tenet Boer. Decisio. 96. num. 5. & seq. & Iul. Clar. d. quæst. 43. nu. 3. Tacitus hoc de loco prætereo indolem & naturã bonorum possessionis extraordin. nedum vt differt ab ordinaria, verùm quoque vt est merè subsidiaria ex §. 7. Instit. de bonor.

bonor. possess. & l. vnic. ff. vt ex legib. & Sen. cons. bon. possess. det. postquàm huius argumenti angulos cumulatè omnes impleuit perspicacissimè Iurisconsult.
10 † ideq; absolutiss. iuris interpres de sublimiore loco in Gymnasio Inclytæ Patriæ meæ Philippus Massinius, quem etiam honoris causa nomino, in Repetit. Rubr. C. qui admitti, num. 579. & vltra.

REMEDIVM XXXII.

Ex l. si finita, §. si plures, ff. de damn. infect. & cap. quoniam frequenter, vt lit. non contestat. circa possessionem tædialem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio tædialis transfertur ex primo Decreto, ad 2. ordinato, in quam mittitur actor in contumaciam rei se non defendentis.*

2 *Statuti Mediol. cap. 14. part. prima, locus refertur circa hanc possessionem.*

3 *Dictio, saltem, quid denotet.*

4 *Possessionis tædialis remedium practicatur contra tutores, vel agnatos citatos ad for. Nou. Constit. Mediol. sub titulo de tutelis, vbi nolint minorem defendere.*

5 *Possessionis tædialis effectus tres recenset auctor vsque ad num. 7.*

8 *Possessione à momentanea, non datur appellatio.*

9 *Statutum Pap. 2. in ciuilibus, sub rubr. de ord. mittend. in possessionem tædialem declaratur.*

Occutiunt vulgares I.C. circa intellectum possessionis
1 tædialis, quæ † transfertur ex. 1. Decreto ordinato ad secundum: & in quā immittitur actor in contumaciam rei se non
2 defendentis, cuius meminit † statutū Mediolan. cap. 14. par. j. & aliud inclytæ patriæ meæ 2. int. ciuil. sub Rubr. de ord. mittend. in possess. tædial. declaratū per acutissimum D. Præceptorem meum Camillum Gallin. tract. de verb. signific. libr. x. cap. 30. nume. 17. cum seq. quod remedium esse subsidiarium (nostra quidem sententia) censemus ex cap. quoniā frequenter, vbi Abb. & Mynsing. extra. vt lit. non contest. glo. magna ad l. si finita, §. si plures, ff. de damn. infect. Pract. noster Papien. in form. respons. rei conuent. §. in territorio num. 14. cum seq. & Dominus Menoch. de retin. possess. remed. 3. num. 170. & Contard. de moment. possess. quæst. 17. Ad propugnaculum huius assumpti adfero text. in l. is cui, ff. vt in possessio. legato. ibi, vt saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat hæredi cautionem. Pondero aduerbium
3 illud, saltem, † quod superius non incōgruè reposuimus inter notas remediorū subsidiariorum indicatiuas, cui nunc addimus cap. si diligenti, ibi, saltem in temporalibus causis extra de for. compet. & cap. statutum, §. cùm verò, vbi Archid. de rescript. in 6. l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. empt. Bald. notabiliter consil. 69. num. 2. vol. 2. Porrò
4 † hoc remedium practicatur quoq; contra tutores, vel agnatos citatos ad formā Nou. Constitut. tit. de tutel. si noluerint comparere, aut minorem defendere, quia tunc in eorum odium proceditur ad hāc bonorum tędialem possessionem iuxta ordinem, l. hæc autem, ff. quib. ex caus. in possess. eat. Inde verò proficiscuntur tres præ cæteris effectus.

5 Primus est, † quia isthæc inductio seu immissio in possessionem tædialem, rem efficit litigiosam, vt tradit Couarru. practic. quæst. cap. 15. & Gayll. lib. j. obseruat. 118. num. 4. vbi vitium litigiosi in actione reali contrahitur per solam citationem: at in actione personali per litis contestationem, quæ contra cōtumacem fingitur, vt alias diximus, Trentacinq. var. resol. lib. 2. de iud. resol. 17.

6 Secundus est effectus, † quia missus in possessionem non propterea facit fructus suos, ex quo habet solam, & nudam detentationē, l. cum legati, ff. quib. ex caus. in possess. eat. glos. ad d. §. si plures, & Pract. Pap. d. nu. 14. nisi ob nimiam cōtumaciam Iudex aliud decreuerit, quòd facere potest, Petr. Rauen. sing. 167. & Capan. ad statut. Mediol. cap. 13. nu. 14. part. j. Gallin. d. loco, num. 20.

Tertius

7 Tertius est effectus, † quia stante ordinatione Iudicis, actorem inducendũ esse in possessionem custodiæ causa in rei cõtumaciam, bene potest reus euitare discrimen omne, præstando cum effectu cautionem, d. l. is cui, sed non datur appellatio, cùm huiusmodi sententia sit merè interlocutoria, nõ absorbens ius alterius, Castr. ad l. cùm & minores, num. 3. C. si aduers. rem iudic. Carpan. annotat. loc. cap. 14. nume. 4. ante alios probat Bart. ad l. 2. num. 18. ff. de appellatio. recip. vbi excludit appellationem ex eo, quia p primum Decretum non transit, nisi detentatio nuda, quæ est quid minus, quàm
8 possessio momentanea † à qua non appellari, constitutissimum est. veluti asseuerat Contard. allegat. quæst. 17. num. 5. cum sequent. eòq; minus recipiẽda esset appellatio in Ticinens. ditione ab immissione in dictam possessionem tædialem ex vi memorati statuti, nisi Iudex modũ
9 excesserit, de quo in allegat. † statuto. 2. quia ab executore legis, statuti, vel rescripti Superioris non appellatur, nisi ratione excessus. idem Contard. plenissimè d. repetit. l. vnic. C. si de moment. possess. limitat. 19. & subseruit regula, l. ab executore, ff. de appellat. l. si qua pœna, ff. de verbor. significat. & §. qui autem, 2. Instit. de excusat. tuto.

REMEDIVM XXXIII.

Ex l. cum filius, ff. si cert. petat. circa officium Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Officium Iudicis non est actio, sed defensio.*

2 *Statutis etiam in exorbitantibus, appellatione actionis, venit officium Iudicis præcipuè ex lata vocabuli significatione.*

3 *Officij Iudicis diuisio à Claudio Cantiuncula tradita refertur, sed Bart. diuisio in nobile, mercenarium, & aduersarium, ab autore recipitur.*

4 *Iurisdictio, & æquitas mater est officij Iudicis.*

5 *Officium Iudicis nobile duplex.*

6 *Officium Iudicis mercenarium, quomodo consideretur, & exempla affert auctor.*

7 *Aquarum cursus naturalis ad inferiora loca, non tribuit ius in possessione, etiam per fluxum mille annorum.*

8 *Fideiussio de bene viuendo Officio Iudicis præstatur, & est perpetua, quando nulla certa causa præter Iudicis motiuum tempore fideiussionis superest: secus si aliqua causa adesset, quia ea sublata cessat quoq; fideiussoris obligatio.*

9 *Possessio penes Iudicem sequestratur hoc remedio, tribus tamen concurrentibus: & hoc procedit etiam in beneficialibus. numer.* 10.

11 *Fideiussio de non offendendo ad Iudicis officium spectat, & quotuplex sit, remissiuè explicatur.*

12 *Fideiussio de non offendendo regulariter nouam causam non includit, & quæ sit noua causa, & an talis cautio sit præstanda, Iudicis arbitrio relinquitur.*

13 *Officio Iudicis filio subuenitur pro recuperatione bonorum aduentitiorum per patrem absque causa alienatorum, & pater potest cogi, vel agere, vel filio consensum pro agendo præstare, & an dicta recuperatio fiat, etiam quòad vsumfructum patris vita durante, distinguitur.*

14 *Statuti dispositio, siue alia qualibet, si ex varietate efficiatur iniqua cum intolerabili excessu, per Iudicis officium ad æquitatem reducitur.*

15 *Salarij Aduocatorum, Medicorum, & aliarum huiusmodi personarum prouisio fit Iudicis officio, nisi aliter sit conuentum.*

16 *Cessio peti potest etiam post solutionem Iudicis officio, quamuis in instrumẽto transactionis nihil dictum sit.*

17 *L. Modestinus. ff. de solutionibus, & l. nulla. C. eodem, declaratio.*

X eadem radice egerminat Iudicis officium, quod pariter subsidiariũ est remediũ, postquam competit deficiente omni alia actione, si æquũ visum fuerit, tametsi strictũ ius pugnet, iuxt. insignem casum, l. cùm filius, ff. si cert. petat. Glos. ad l. & ideò, §. vlt. ff. de condict. furt. Caball. consil. 170.

170. nu. 34. Pacian. conſ. 148. nu. 62. & 63. vbi officium Iudicis durat. 30. annis: ſed non incipit competere, niſi poſt completam ſtatuti præſcriptionem, Calcan. conſil. 75. nu. 45. ſicut ceſſat, quando eſt locus actioni, l. vinum, vbi glo. ff. ſi cert. petat. & l. quædam, vbi Bart. num. 1. ff. de edend. Surd. conſ. 420. num. 6. vol. 3. &
1 conſil. 528. num. 20. volum. 4. † Nec tamen actio eſt officium Iudicis, ſed defenſio, Craſſ. de exceptio. exceptione 21.
2 nu. 13. cum ſequent. quàmuis † in ſtatutis etiam exorbitaſtibus actionis appellatione veniat Iudicis officium ex lata vocabuli ſignificatione, Iaſ. ad §. j. nu. 54. cum ſeqq. & ad §. in bonæfidei: ad fin. Inſtit. de actio. Officij autem Iudicis tres ſunt ſpecies, iuxtà gloſ. vlt. ad l. 4. C. depoſit. & ad §. præterea, Inſtitut. de actio. Bart. ad l. j. col. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. cum relatis per Iaſ. ad d. §. præterea. de
3 actio. & traditis per Claud. † Cantiunculam tract. de off. iud. qui vt fuit Iurisperitorum Philoſophaſter, magis ſubtilia, quàm vtilia docere contendit. Prima- eius officij ſpecies conſideratur, cũ principaliter intenditur, nulli ſubſeruiens actioni, & per illud poſtulantur reſtitutiones in integrum, l. quod ſi minor, §. vlt. ff. de minor. Secunda ſpecies arbitrarijs inhæret actionibus circa intereſſe taxationem, l. centum Capuæ, ff. de eo quod cert. loco. Tertia ſpecies actionibus inhæret bonæfidei, l. qui per colluſionem, §. j. ff. de action. empt. Frequentius tamen (eſto quòd hęc Iuriſconſultorum nugamenta, & philacteria Ioannes Iuuenalis in reperit. l. Imperium, num. 7. & 26. ff. de Iuriſd. omn. Iud. rideat ea ratione, quòd in orbe iuris de his ne verbum quidem fiat) recipitur diuiſio in nobile id eſt merum, mercenarium, & aduerſarium, Bart. ad l. j. ff. de iuriſd. omn. iud. Eruditiſs. tamen Roland. Cauagnol. ad Decreta Montisferrat. Decret. 19. §. 11. num. 13. cum ſeq. defendit, non dari officium Iudicis nobile. Sed Turaminus clari nominis I. C. lib. epiſtol. forenſ. epiſtola xij. ad Excell. & Celeberrimum Philippum Maſſinium defendit prædictã Bart. diuiſionem ſumptam ex accidenti doctrinæ cauſa, non vt dicatur officium ſpecie diuerſa: ſed vnum latiſſimum ad omnia pertinens, quæ à Magiſtratu fiũt, vel ſponte, vel ad petitionem alicuius, vel actione propoſita, vel perſecutione, vel exceptione, ſiue initio, ſiue in quacunq; parte iudicij exerceatur: pro actore, aut
4 pro reo † vtrobi iuriſdictio, & æquitas eſt mater officij Iudicis. verba ſunt Bald. conſ. 73. nu. 2. vol. 2. Surd. de aliment. tit. 3. quæſt. 1. num. 15. cum ſeq. Nobile directè competens Iudici independẽter, & idem eſt, quòd iuriſdictio, ſi in abſtracto conſideretur: ſi verò in concreto, idem eſt quod exercitium iuriſdictionis, Sebaſt. Sapia, ad l. j. num. 34. & 35. ff. de iuriſdict. omn. iud. ac reſidens penes eum eſt ius faciendi ea, quæ ſibi incũbunt abſque petitione partis, vt de prohibenda ex portatione bladorum à ſuo territorio ſecundum accidentes caſus ità exigentes, Franc. March. Deciſ. 236. part. 2. Sic quando inquirit in crimine monopolij, vel contra frequentantes popinas, ludentes ad ludos prohibitos, & veſtibus põpoſis laſciuientes citra redditus, & aliquod artificium, vel errones, Aſini. de executio. §. 2. cap. 251. vſque ad 299. Aliud eſt Iudicis officium mercenarium reſidẽs in parte, quod actionem accelerat, & eidem quodammodo famulitium præſtat de aduerſario præſtantiſſimè loquitur Bartol. ad d. l. 1. nu. 12. ff. de iuriſd. omn. iud. Ita enim dictum eſt, quia aduerſatur actioni.

Nec ignorandum eſt, quod officium
5 Iudicis † nobile eſt duplex, ſcilicet, ordi-
6 natorium, & deciſorium. At † mercenarium conſideratur, vt principaliter deſeruiens actioni ſecũdùm ſuam naturam, & vt accidentaliter ſubſeruiens, Petrut. ad d. l. 1. num. 435. Exempla quatuor affert Petr. de Rauen. ſingul. 762. inter cætera refert vnum, quando riuus nouus conſtituitur, & nocent habenti ibi prædium, quia tunc ſuccurritur ſibi per officium Iudicis, arg. l. vltim. ff. de via publ. & huc ſpectant tradita per Laderch. conſil. 145. Rurſum, quando quis habet vſum alicuius ſeruitutis circa aquas, ſed non habet ius ſeruitutis, ſubuenitur ſibi per officium Iudicis, ne impediatur in vſu ſolito aquarum, maximè ob vetuſtatis

statis prærogatiuam. Surd. consil. 447. nu. 10. cum seqq. Morot. conf. 8. nu. 22. Calcan. consil. 56. Plot. ad l. si quando, num. 98. C. vnd. vi, qui mouetur per l. de vsu. ff. de vsu. & habit. & l. Aquilius. ad fi. secundum vnã lectionem. ff. de donatio. dũmodo vel res sit in summarijssimo tantùm, nõ in plenario possessorio. quod sũmarijssimum interim appellatur: Couarr. pract. quæst. cap. 17. Vel impediens faciat principaliter animo nocendi, & ad æmulationem, seu ad liuorem: secus si in proprio fundo aquas, ne diffluant, diuertat, quo sibi proficiat, vtilitatemq; comparet principaliter: esto quod secundariò damnum inferatur vicinum prædium habẽti. per l. si in meo fundo. ff. de aqu. pluu. arcend. Glo. ad l. 1. §. denique. ff. eod. Thess. Decis. 245. Viui. Decis. 411. lib. 3. Rot. Roma. Decis. 164. par. 2. in nouissim. Roland. à Vall. conf. 53. nu. 26. vol. 2. Surd. conf. 130. ac 447. D. Menoch. de recuper. possess. remed. vlt. iuncto conf. 909. vol. 10. & apud nos tract. de fact. scient. & ignor. dist. 1. Centur. 2. tom. 1. nu. 11. cum seqq. vbi satis de intellectu d. l. de vsu. & l. Aquilius. Posset quoque responderi cũ Boss. tit. de aquis. num. 29. Maximè quia cessante opere manufacto aliàs apto ad inducendam seruitutis acquisitionem, iuxta declarationem Mascard. de probat. conclus. 123. & Surd. præcitatis in locis: na-
7 turalis † aquarum cursus ad inferiora loca, non tribuit ius in possessione, nec consuetudinem inducit, etiam per fluxũ mille annorum. Frãc. Marc. Decis. 561. & 589. par. j. & Ias. conf. 150. in 2. quamuis si priuata sit aquã, liceat domino fundi, in quẽ ingressa est, illam retinere, & aliò diuertere: non ità in aqua publica, ante ius cuipiam quæsitum. Mascard. latè de probat. conclus. 123. & Carol. Ialong. Racemation. 62. Bursat. conf. 156. nu. 2. lib. 2. Iudicis officium præterea versatur circa tuitiuam possessionem. Capyc. Decisio. 13. & 55. Fab. de Ann. conf. 20. Laderch. cõs. 95. & quidem in subsidium pro tuendo, seu recuperando statu, in quo quis erat, Valasc. Decis. 79. nu. 10. & Decis. 78. n. 2. Aliud exemplum dari potest in fideiussione de non discedẽdo à palatio, vel à domo carceris loco assignata, de quo apud Laderchi. conf. 198. prout, & in fideiussione
8 † de benè viuendo, quæ per rixosos, vel aliter de moribus suspectos præstari solet officio iudicis. l. congruit. ff. de off. præsid. l. æquissimum. ff. de vsufruct. cuius obligatio reputatur perpetua, quando nulla certa causa præter iudicis motiuum fideiussionis superfit tempore: secus si ob certam aliquam causam data fuisset cautio, quia ea sublata, & quouis modo cessante, cessat quoq; obligatio fideiussoris de bene viuendo. sic Bertazol. conf. crimin. 176. & Eugen. conf. 68. num. 2. 34. 35. & 36. vbi ità intelligenda esse admonet dicta Bald. ad l. 2. §. in fideiussione. in lect. antiq. ff. qui satisd. coga. & Salicet. ad l. pen. C. de fideiussor. quia fideiussionis causa cessante, cessat quoq; ipsa fideiussio. Surd. Decisio. 276. num. 7. Huc etiam quadrat
9 exemplum auocationis, seu sequestri † possessionis penes iudicem, quod locum habet tribus concurrentibus, nimirum 1. quòd scandali subsit timor. 2. quòd de ipso per informationes aliunde, quàm à litigatoribus habitas appareat, quia in hoc simplici, & irregulato iudicis dicto credendũ non est. Tertiò quod incertus sit possessor, aliàs non potest iudicis officium interponi ad possessoris priuationem, etiam in odiũ prædonis. l. æquissimum. ff. de vsufruct. Ias. ad l. quidam æstimauerunt. nu. 4. cum seq. ff. si cert. peta. Bald. conf. 244. volum. 3. Plot. ad d. l. si quando. nu. 94. cum seqq. C. vnd. vi. Capyci. Decisio. 96. Marsil. sing. 543. nu. 4. Bero. conf. 46. vol. 3. Paris. cõs. 41. num. 23. cum seqq. volu. 1. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 6. nu. 14. & seqq. Neuizan. conf. 81. Curt. sen. cõs. 61. Alb. conf. 75. num. 3. & conf. 78. vol. 1. Bertazol. conf. 57. num. 32. vol. 1. crimin. abundè Caroci. tract. de sequestro part. 1.
10 quæst. 6. † Quæ regula procedit etiam in beneficialibus. Franc. Marc. Decis. 1098. part. 1.
11 Sub eodem iudicis officio † expeditur etiam fideiussio de non offendendo, quam esse quadruplicem docet Gayll. de pace publ. lib. 1. cap. 2. num. 9. introducta ob bonum publicum, & sæpè in exercitium praximq; dirigitur ad finẽ publicæ quietis, & priuatorum concordiæ conseruandæ, vel componendæ gratia. Luc. de Penn. ad l.

ad l. vtilitas C. de primipil. lib. 12 Hercula. tracta. de cautio. de non offendend. cap. 1.
12 Benintend. Bonon. Decisio. 65. † Ea tamē fideiussio nouam causam regulariter non includit, nisi de noua mentio facta fuerit in fideiussione, & quæ sit noua causa in his terminis, iudicis arbitrio relinquitur Magon. sub Rot. Lucen. Decisio. 100. & D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 139. sicuti in arbitrio iudicis etiam sedet, num hanc cautionem postulans, iustam habeat causam, & an metus sit probabilis, quæuè sufficiens sit cautio etiam parte nō petente imò nulla existente causa, dummodo aliquis scandali timor aut suspicio subsit; latè Bertazol. crimin. cons. 148. ibiq; addit. Imò si quandoq; reciproca præstanda erit fideiussio, si non vanum esse timorē suspicetur Iudex. Vinc. de Franch. Decis. 359. nu. 6. par. 2. idque etiam inter patrem, & filium naturalem: idem Vinc. Decis. 418. parte 2. nec iuuat protestatio in contrarium, licèt excuset ab offensa. Baiard. ad Clar. q. 47. nu. 20. & de hac materia præter Clarum d. loco Vulpell. integro tract. de promiss. de non offendend.
13 Eodem † iudicis officio similiter discutitur, si filius patre viuente ad recuperationem bonorum aduentitiorum per patrē sine causa alienatorum velit agere, vt planè potest agere ac præuenire, nam quàm primum audiendus erit filius, ne lapsu tēporis difficilior fiat reuocatio, nō obstante regula l. j. C. de annal. exceptio. §. sed quod sancitum. in authen. de nupt. l. j. C. de bon. matern. vbi hoc elegātissimè deducit Arr. Pinell. par. 3. num. 74. & Couarruu. lib. 1. var. resolution. cap. 8. in fin. filio namque subuenitur per officium iudicis, necessitate patri imponenda si consentire nolit, vt filius ipse agat, & hoc modo cogat patrē ad consentiendum, ne alioqui iudicium sine patris voluntate reddatur inane, illusorium, aut nullum ex defectu consensus voluntarij siue coacti. ità sanè Bald. ad l. vltim. §. in computatione. nu. 7. C. de iur. deliberan. cum adductis per Decis. Perusin. 13. nu. 18. vsque ad fin. part. j. quamquam oppositum eius quod proximè diximus, teneat Valasc. Decisio. 63. nu. 16. vbi pulchrè. An autem isthęc recuperatio fiat etiam quò ad vsumfructū vita patris durante. distinguendum puto inter alienationē factam iure proprio, & sine causa necessaria. Quo casu plenam existimo concedi filio recuperationem bonorum à patre tanquam legitimo administratore alienatorum sine decreto, at si cum causa, minus tamen legitima prosilierit pater ad distractionem bonorum filijfam. tunc reuocatio fiat alienationis sine præiudicio vsusfructus debiti patri etiam in beneficiū habentis causam a patre l. vlt. §. sin autem æs alienum vsque ad fin. C. de bon. quælibet. Tiraquell. ad l. si vnquàm. in præfation. num. 28. cum seqq. C. de reuoca. donat. Ias. ad l. Præses C. de trāsactio. Octau. Simoncell. tract. de decreto lib. 3. inspect. 1. tit. 8. Crauett. cons. 74. num. 1. Gallia. cons. 98. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 37. Gayll. obseru. 72. libr. 2. Mynsing. obseru. 61. cent. 6. & Pinell. d. loc. nu. 73. & deinceps. Ex his constat non incongruè locutum fuisse Deci. cons. 335. dum de-
14 fendit, quod si dispositio † statutaria, aut quæuis alia temporis non momentanei tractu seu varietate, efficiatur iniqua cum notabili excessu, ac penè intollerabili implorari potest officium iudicis pro reductione ad æquitatem ex vi clausulæ, quæ in omni casu subintelligitur, rebus nempe sic stantibus: Tiraquell. ad d. l. si vnquam. in præfatio. num. 166. cum sequentib. sic declarat Crauett. cons. 972. lib. 5. & Tessaur. Decis. 239. nu. 10. In quem sensum venit explanandum, Corne. consil. 24. nu. 2. vol. 3. vnde emanauit S. consultum de anno 1539. in Ticinens. ditione reducens omnes præstationes frumentarias, quæ causam perpetuam sortitæ fuerant, ad rationē septem pro singulis centenis libris, pro quibus emphyteutichus, vel liuellarius contractus processerat. ità æquitatis spiritu suadente, sic tradit Tessaur. Decis. 120. & 226. & quàmuis ab eo anno 1539. ex ea aliqui supinè, & imprudenter soluissent in grano ad formā instrumenti: possunt tamen in futurum frui dicto S. C. beneficio, quia in reiterabilibus non nocent præteritæ præstationes quò ad futurum tempus l. voluntariè. C. de excusat. tuto. & Mynsing. cons. 19. col. pen. & seq.
15 Ad hæc de prouisione † salarij aduocatorum: assessorum, legatorum, Medicorum,

rum, obstetricum, agrimensorum, proxenetarum, & huiusmodi personarum officio iudicis facienda, quando nullomodo promissum est, nec superinde conuentum quidpiam eo nomine dari: vt pro Glo. ad l. vni. versi. constrinxerint. Cod. de suffrag. Rot. Gen. Decisio. 115. fusè Morla in emporio iuris. part. j. tit. 2. de iurisd. omn. iud. quæstio. 28. Guid. Pap. Decis. 68. Magon. sub Rot. Florent. Decis. 12. & tetigi ego tractat. de portion. ratæ. quæst. 13. & possunt sequestrari salaria in subsidium. Ias. in l. commodis in princ. ff. de re iud. sed post tempus triennij salariũ desinit peti posse, Saltem in operarijs, & famulis. Steph. Gratiã. Rom. Decis. Marchiæ 53. Gamma Decis. 334. In alijs vero quodnam tempus requiratur pendet ab eo puncto quamdiù duret officium Iudicis; postquam aliqui volunt, quod ducet annis triginta, quæ est magis communis opinio. Alb. cõs. 148. nu. 6 aliqui triennio tantum cum agitur pro fructibus, vel naturalibus vel etiam industrialib. Alex. in l. 3. nu. 9. C. quod met. cau. Balbus tract. de præscript. 4. par. quartæ par. principal. vers. trigesimo primo principaliter quarto alij referunt ad quadriennium Bart. in l. 2. nu. 2. C. de rescind. vend. alij dicunt esse perpetuam quando imploratur excipiendo Decian. cons. 22. nu. 26. vers. 2. Non possum autem non memorare exemplũ l. si res obligata. vbi Odofred. ff. de leg. j. Cyn. & Salice. ad l. cùm alter C. de fideiussor. Signorol. cons. 100. nu. 13. per quas autoritates defendit Surd. cons. 536. nu. 5. vol. 4. ad comprobationem consultationis editæ ab Illust. Senatore D. Georgio Ripa affine nostro, & a Clariss. Iurisconsul.
16 D. Laurentio Cortino, quòd quamuis † in instrumento transactionis, vel alterius cõuentionis nil decedendis iuribus dictum fuerit, nihilominus cessio peti potest etiam post solutionem, fieriq; debet quandocũque suggerit æquitas, iudicis officio ad id implorato, non obstante l. Modestinus. ff.
17 de solutio, & l. nulla C. eod. † quia hi duo iuris loci procedunt in eo, qui non contraxit, nec possidet: aut quando cessio non est de natura actus, quod dictum obliuioni non est commodandum. Hactenus de officio iudicis, id est iure quodam compulsorio, quod expeditur à iudice aliquando, & plerumq; requisito: quandoque etiam non requisito, vnde alij appellant actiones compulsorias, quæ nec naturales sunt, neque ciuiles: sed oriuntur ex Principis rescripto, vel ex æquitatis suggestione Castren. cons. 339. num. 4. lib. 1. Exemplorũ autem Phalanges circa ea, quæ iudicis officio expediuntur: habentur apud Asin. d. §. 2. c. 133. cũ innumeris seqq. de execut.

REMEDIVM XXXIIII.

Ex §. appellantur. Instit. de action. & l. 1. ff. de condiction. ex lege circa condictionem ex lege.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege competit, vbi ius aliquid iubet, vel inducet, nullo præcedẽte contractu, vel quasi: delicto, vel quasi.*

2 *Condictio ex lege competit filio pro legitima, & filia pro dote contra heredes patris, non contra tertios possessores, nisi in subsidium.*

3 *Constitutarius ad ciuilem possessionem interuersam per rei alienationem, remedio recuperandæ agit.*

4 *L. si quis conductionis. C. locat. declaratur remissiuè.*

5 *Condictio ex consuetudine etiam in feudalibus est subsidiaria, & duplex est.*

6 *Consuetudo Bulgari, & Martini refertur.*

7 *L. Seruo legato. §. si testator ff. de leg. 1. casus exponitur.*

8 *Statuto dante actionẽ marito ad dotem promissam, ex eodem etiam vxori competit condictio.*

Filia non agit pro dote promissa per patrem absente marito, nisi adsit stipulatio notarij pro omnibus quorum interest; declaratur tamen remissiuè.

9 *Statuti cõformis iuri communi, & ab eo difformis, differentia reprobatur.*

10 *Statutum disponens super eo, quod ius commune disponit, interpretatur, & limitatur secundum ius commune.*

11 *Condictio ex l. vel statuto, aut canone: siue generalis, siue specialis, cum sit personalis in rem scripta, non solum transit ad heredes; verum*

des; verum etiam datur contra singulares successores, & durat 30. annis.

12 *Condictio ex l. omnimodo. C. de inofficioso testamento est personalis perpetua, & ad heredes transitoria.*

13 *Bar. opinio ad l. si quis filium. C. de inofficioso testamento, & in consilio 14. lib. 1. communiter reprobata refertur.*

14 *Condictio ex l. vt in rem scripta, rem afficit, & sequitur inde exemplum.*

15 *Condictio ex l. competit contra aliquem obligatum, aduersus quem nulla sit prodita nominata actio: & refertur discrimen inter eam, & iudicis officium.*

Ondictionem ex lege, quæ & ipsa dicitur subsidiaria. §. appellantur. Instit. de action. Surd. cons. 4. nu. 17. vol. pri. ad eundem reuocamus calculum, quia ità demum datur, vbi alia non competit actio. glo. Bart. & Ias. ad l. i. ff. de condict. ex leg. Dyn. cons. 43. & 48. Crauett. cons. 752. nu. 21. Vinc. de Franch. decis. 21. nu. 4. lib. 1. Hæc † autem actio competit, quando ius aliquid iubet aut inducit, præsertim cum verba dirriguntur ad partes non præcedente contractu, vel quasi: delicto, vel quasi. Bart. ad d. l. 1. nu. 3. Ofasc. decis. 59. nu. 2. & addent. Mathesillan. sing. 80. Hinc est quod ex contractu emphyteutico nascitur actio constitutione Zenoniana quę est l. 1. C. de iur. emphyteutico. Clar. ad §. emphyteusis quæst. 47.

In donatione quoque practicatur condictio ex l. si quis argentum C. de donatio. Sicard. ad rub. C. de condict. ex leg. nu. 3. Marchisell. q. 70. nu. 1. In legitima præterea & dote scribit Afflict. decis. 162. nu. 4. inquiens, † quod filius pro legitima, & filia pro dote non habet hypothecam in bonis patris: sed solùm condictionem ex lege contra hæredes patris, non contra tertium possessorem, nisi in subsidium, vt infra, quia condictio ex lege est actio personalis, non realis; ideò non afficit tertium possessorem. l. vlt. §. vlt. ff. de contrah. empt. l. actionum ff. de action. & obliga. sic Grama. decis. 90. Rot. Auenion. decis. 52. Gabriel. su. commu. tit. de legitima. conclus. 5. Crau. cons. 752. nu. 20. & prout inferius dicetur. Interim se offert aliud exemplum ex Tessaur. decis. 38. & 215. Bald. insigniter cons. 436. vol. 3. & Illustriss. Cardin. Tuscus cóclus. 792. vol. 2. in Littera C. vbi constitutarius perdit suam possessionem ciuilissimam ob interuersionem possessionis resultantem ex rei alienatione, quam constituit se possidere, quoniam huiusmodi possessio est tamquam possessionis naturalis pedissequa proinde debet agere condictione ex lege ad recuperandum, cùm non detur, præsertim cótra tertium, non liquidato negocio, & prius facta excussione, quando iam constat de interuersione possessoris: † sed competit dumtaxat remedium recuperandæ, cessante superinde exercitio proprię authoritatis, nisi fiat incontinenti Crau. cons. 437. vol. 3. & Gabriell. cons. 51. num. 6. vol. 1. Castr. cons. x. nu. 4. lib. 1. Rimin. iun. cons. 592. vol. 5. Vel sit speciale, vel generale constitutum, quod Mediolani nil operari docet Cuma. cons. 44. Atq; ita condictio ex l. vlt. C. de acquir. possess. frequètissimè praxi accomodatur, etiam in materia feudali Rosental. de feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 100. nu. 12. cum seq. Roma. Alex. & Angel. ad l. exitus ff. de acquir. possess. D. Menoch. de recuperand. possess. remed. 14. nu. 9. & 24. Marăt. in specul. de ordin. iudicio. part. 4. distinct. 7. nu. 59. Afflict. decis. 40. & 335. Thesau. decis. 53. & 215. Natt. cons. 375. 398. & 399. atq; Tiraque. de iur. constitu. possess. Sic depræhenditur in condictione ex † l. si quis conductionis. C. locat. cuius meminit ad satietatem D. Menoch. de recuperand. possess. remed. 11. Caroc. de loca. part. 3. tit. de restit. spolia. paruæ editionis. Plot. ad l. si quando nu. 193. C. vnd. vi. Valasc. decis. 42. nu. 5. & Barz. decis. Bonon. 115. & habet locũ in quouis contractu, cui inest obligatio rẽ restitui; ideo Domino feudi, & emphyteuseos datur ad repetendum feudum vel emphyteusim apertum, & apertam. Rosental. de feud. cap. xij. conclus. 13. nu. 23. cum seqq. Qua ratione reperitur condictio ex canone Reintegrandæ. 3. quæst. 1. quæ materia non est in postremis habita à nostratibus, quin eam mirificè locupletauit Gabriel. suis commun. tit. de restit. spoliat. conclus. 5. Menoch. de recuperan. possess.

possess. remed. 15. Mascard. de probatio. coclu. 1321. Plot. ad d. l. si quan. n. 106. cũ seq. Rol. à Vall. cons. 32. vol. 4. Neuizan. cons. 74. Gayll. obseruat. 75. lib. 2. Bero. cons. 44. num. 7. vol. 3. & Contard. ad l. vni. limit. 4. C. si de momenta possess. & fortè nullus est ex senioribus aut recentioribus iureconsultis, qui de hoc remedio possessorio tantopere priuilegiato non fecerit maiore aut minore turba in suis cõmentarijs mentionem. Vnde actum non agam.

Condictio quoq; ex consuetudine diuturna partiali, seu ex legitimis moribus in eadem classe reponitur, vt sit subsidia-
5 ria, etiam † in feudalibus, quæ potissimũ à iure consuetudinario reguntur. Clar. in §. feudum quæst. 2. Glo. ad cap. j. vbi Isern. Aluarot. Præposit. & Afflict. de controuers. inter dom. & empt. feud. Ias. in prælud. feud. num. 38. Mozz. de contract. Rubr. quæ actio. oriat. ex feud. num. 10. cum Seqq. Schrader. de feud. part. 9. sect. 9. num. 33. & 34. atque vtrinque directã esse, ac in rem scriptam concludit optimè Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 13. nu. 1. cum seqq. Possem afferre exemplum
6 consuetudinis Bulgari, Martini, & † huiusmodi; sed supersedeo cum remissione ad pleniores iuris locos, scilicet ad Gabriell. su. commun. tit. de vsufruct. conclus. 2. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumptio. 139. Gayll. obseruat. 144. lib. 2. & Maluas. cons. 49. vbi copiosè de consuetudine Bulgari. & Thesaur. Decis. 190. de consuetudine Martini.

Sic in condictione ex statuto, aut constitutione Principis in gratiam illius, cuius interest id fieri, quod in statuto disponitur, tametsi statutum non dirigat verba ad illum, qui vult agere, neque concedat
7 illi actionem, per decisionem, † l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. j. Præclarè Alex. consil. 6. num. 7. & cons. 207. nu-
8 me. 3. vol. 7. † vnde iubente statuto, q actio detur marito ad dotem promissam, etiam vxori ex eo statuto cõdictio datur, quàmuis filia non agat pro dote promissa marito per patrem in absentia filiæ, non interueniẽte stipulatione notarij pro omnibus, quorum interest. l. si pro te. C. de dot. promissione. Declarando cum Gabriell. su. commun. tit. de iur. dor. conclus. 3. & Vincent. de Franch. Decis. 33.
9 part. 1. † Neque nobis probatur constituta differentia inter statutum conforme iuri communi, aut ab eo difforme. Glos. autoritate. ad l. 1. C. de his qui ex publ. ratio. libr. 10. Abb. de reg. iur. in rubr. nu. 4. & Bero. consil. 65. nu. 7. & vol. 2. etiamsi quid modicum operetur: Surd. Decis. 36 num. 19. Propterea quòd interest nostra duplici spe niti, & plures habere actiones ad eandem rem, vt si in vna actione succumbamus, ad aliam facilè redire possimus. l. cùm filius. §. varijs. de leg. 2. §. sic itaque instit. de actio. sic Bart. in l. 1. in princip. ff. ad leg. Falcid. Butr. ad cap. 1. de rescript. veluti docet Alex. consil. 208. nu. 2. vol. 7. vltra quod sublato vno, vel per iussum Superioris, vel tempore, vel per renunciationem, aliud non tollitur reinedium. Corset. singul. incip. matrimoniũ. 2. num. 2. quem citat. Carpan. in prælud. ad stat. Mediol. num. 63. & 64. quin sta-
10 tuta † disponentia super eo, super quo disponit ius commune, interpretantur, & limitantur etiam secundum ius commune. Iaso. ad §. in personam. num. 30. instit. de actio. Surd. Decis. 49. num. 8. & Decis. 282. num. 24.

11 Insuper condictio † ex lege, aut moribus, aut statuto, aut canone, tàm generalis, quàm specialis, cùm sit personalis in rem scripta transcendit aliquantisper naturam actionis personalis, quia nedum transit ad hæredes; verùm etiam datur cõtra successores singulares, & durat annis triginta. vt in terminis statuti, quòd filia dotata non succedat, protulit Alex. consil. 169. num. 6. vol. 7. Osasch. Decisio. 59. num. 2. Castrens. consil. 9. lib. 1. Puth. sub Rot. Roman. Decis. 37. in fin. libr. 2. Rosental. pdictis in locis. addimus Gayll. obseruat. 120. nu. 5. 6. & 7. lib. 2. vbi apud veteres ius petendi supplementum legitimæ, non excedebat quinquennium, instar querelæ inofficiosi testamenti. Hodie verò vtimur pro dicto supplemento con-
12 dictione ex l. omnimodo. † C. de inoff. testam quæ est personalis, perpetua, atq; transitoria ad hæredes. Rot. Roma. Decisio. 668. num. 1. part. j. in nouissim. sicuti de legitima statutum est, vt idem iuris sit

de toto quò ad totum: quod de parte quò ad partem. Peregrin. de fideicom. art. 36.
13 num. 151. cum trib. seqq. † Vnde communiter Bartoli damnatur opinio ad l. si quis filium. C. de inoffic. testament. & in consil. 14. lib. 1. sic Alex. consil. 108. num. 2. vol. 1. Crass. tract. de success. §. legitima.
14 quæst. 47. † vtrobi verò singulares successores conueniuntur, quoties hæres patris non sit soluendo, & sic in subsidium: nisi causaliter ex testamento veniat ob concomitantiam hypothecariæ. Crauet. consil. 109. num. 5. cum sequenti, Laderch. consil. 163. num. 5. Quod autem vt in rem scripta, afficiat quoque rem, & sequatur rem alio perspicuo exemplo in conditione ex lege municipali ad retractum, palam facit ex Tiraquell. Cassane. & alijs Gayll. obseruat. 19. nu. 6. & 7. lib. 2. Neq; extraneum discrimen inter actionem in factum, condictionem ex lege, & officiū
15 Iudicis; quoniam ad illam † recurritur, quando certum est aliquem esse mihi obligatum, sed non suppetit mihi alia nominata actio. exemplum est in l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. Condictio ex lege non datur propter obligationem ex delicto, vel contractu, sed tantùm ea de causa, quòd lex, aut statutum, aut consuetudo, aut canon, aut constitutio eam inducit, quæ lex, aut statutum, & huiusmodi si non esset, non posset vlla alia actione agi Bald. ad cap. dilecta, de Iudici. & in his casibus verba legis diriguntur ad partes, aut impersonaliter loquitur lex: vel verba respiciunt executionem. Cæterum si verba dirigerentur ad Iudicem, tunc illa lex inducit officium Iudicis. iuxta id quod docuit. Sicard. ad rubr. C. de condict. ex l. num. 5. & 8. Salicet. ad l. primam. C. eod. Felin. ad cap. exceptionem. colum. 4. de exceptio. D. Odd. d. tract. de restit. in integr. quæst. 35. artic. 6. num. 30. facit l. si soror. vbi Deci. C. de collatio. Sebast. Sapia, ad l. vltim. num. 44. C. de edict. diu. Adrian. tollen. vbi etiam agitur de condictione, ex d. l. vlt. super qua latè Zuccard. & Bero. cons. 19. nu. 7. vol. 3.

REMEDIVM XXXV.

Ex cap. non debet, & cap. quia circa. de consanguinit. & affinit. circa dispensationes. De quo remedio Vasq. controuers. Illustr. cap. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare nemo potest in gradu prohibito, circa Matrimonium, nisi Summus Pontifex.*

2 *Dispensare potest Episcopus contra statuta Synodalia, exceptis sedi Apost. reseruatis.*

3 *Dispensare an possit Episcopus circa matrimonium, & contra decretum conciliare, ex iusta causa. Vnde plures enarrantur causa.*

4 *Absolutio ab excommunicatione ob violentā manuum iniectionem, ab inferiore ob graue impedimentum fieri potest, que cessante absolutus curiam visitare tenetur, mandatum Apostolicum suscepturus.*

5 *Confirmationem superioris ad præsumendū, spacium triginta annorum requiritur.*

6 *Dispensatione in facienda est stricta interpretatio: quæ Reg. declaratur.*

7 *Dispensatus ad obtinendum, non intelligitur dispensatus ad retinendum, & dispensatio intelligitur de prima vice, nisi sumus in actu variabili, sine tertij præiudicio.*

8 *Testandi indultum concessum Cardinali, nō deficit in primo testamento. Decij opinione reprobata.*

9 *Dispensatus ad dignitates, vel ad ordines, non censetur dispensatus ad beneficia.*

10 *Dispensationis in materia validum est argumentum à maiori ad minus, quādo illud minus est annexum, vel inclusum maiori tamquam pars illius.*

11 *Regula. L. ad rem mobilem. ff. de procur. declaratur.*

12 *Dispensatio subreptitia, & non iustificata, pro eo habetur, ac si non fuisset impetrata.*

13 *Dispensatio nulla absque fraude impetrantis, dispensatum excusat.*

14 *Dispensatore deficiente, ad epicheiam, quæ non Prælatis solum, verum etiam subditis competit, recurritur.*

VM dispensatio ex mera disponentis misericordia dimanans potissimum, matrimonialis, vel beneficialis sit referenda in remediorum subsidiariorum

diariorum album, vel ex eo facilè dignosci potest, quod est iuris communis relaxatio, Speculat. tit. de dispensatio. §. nūc breuiter. Abbat. ad capitu. de multa. de præbend. Oldrad. consil. 327. in princip. Feder. de Sen. consil. 30. & Eugen. consil. 5. num. 5. Sayr. in Thesaur. cas. conscient. lib. 6. cap. xj. nu. 16. cumulatè F. Emanuel. Roderic. tract. de quæst. regul. tom. primo, quæst. 22. artic. j. vbi multimode ipsam definit dispensationē ex eo, etiam deprehenditur, quia ad instar restitutionis in integrum se habet. Graff. de offic. vicar. consil. 1. nu. 17. quam diximus deseruire aliquando pro subsidiario reme-
1 dio, item ex eo, † quia in gradu prohibito nullus dispensat circa fœdus matrimoniale, nisi Papa. cap. non debet, & cap. qa circa, de consanguinitate, & affinit. glos. ad cap. cùm dilecti, de electione, stāte maxime prohibitione in concilio generali. Abb. ad d. cap. cùm dilecti, & Zabarell. ad cap. quod dilectio, de consanguinit. & affinit. Deci. ad cap. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 37. de Iudici. D. Menoch. consil. 13. vol. j. & Hondede. cons. 87. vol. j. Et tamen posse Episcopum, vel Legatum dispensare in subsidium, scilicet, propter nimiam paupertatem, vel aliam legitimam causam deducitur ex Abbat. ad d. c. cùm dilecti, & Roman. singul. 492. vbi Episco-
2 pus † dispensat quidem contra Synodalia statuta, vel contra Constitutionem Concilij pœnitentialis, exceptis Sedi Apostoli-
3 cæ reseruatis, vel ex iusta † causa contra decretum conciliare, dummodo interuenerit copula: contractus matrimonialis palàm sit factus, & in faciem ecclesiæ; impedimentum sit occultum: separatio esset scandalosa, nec facilis esset recursus ad Summum Pontificem ob summam egestatem. alioqui semper cōsulendus est Summus Pontifex. In terminis Graffi. consil. 26. nume. 19. de sentent. excommunicat. vbi quoque. num. 22. infert ad filiumfam. qui emisit votum castitatis, & nullo modo Papam adire potest, & stimulis carnis sæpius agitatus votum infregit, vtrum possit ab Episcopo in subsidium di-
4 spensari instar absolutionis † ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem, quæ ab inferiore fieri potest in subsidium: scilicet, ob paupertatem, vel grauem infirmitatem: veruntamen cessante impedimento tenetur sic absolutus visitare curiam, suscepturus mandatum Apostolicum, cap. quod de his, & cap. quamuis, de sentent. excommunic. sicuti nō incurrit excommunicationem, qui ob inopiam minimè confictam non potest soluere. Asini. praxi Iudic. §. 3. c. 37. n. 11. Eoq; magis obtinet subsidiaria dispensatio tacita, vel præsumpta in promotione inhabilis ad aliquod beneficium, vel officium scienter facta à superiore, vel ex possessione decennali resultans, quando allegatur ab eo, pro quo præsumitur dispensatio: secus si contra eum allegetur. F. Eman. Roderic. d. loco artic. 2. & Rot. Roman. Decis. 265. num. 1. parte prima, in nouissim. In grauioribus tamen requiritur saltem spatium triginta annorum pro
5 validitatis præsumptione, vel † ad præsumendā cōfirmationem superioris. Puth. Decis. 257. lib. 3. Hondede. in dispensatione super illegitimitate d. cons. 87. nu. 32. non obstante titu. C. ne stat. defunct. nec sufficit quinquennium, quia ibi versatur dubium status seruilis. Nec perturbant hāc veritatem consideratio naturæ dispensationis, quam esse odiosam, & vulnerare ius commune, tradit Rot. Roman. Decis. 240. & 454. parte prima, in nouissim. Ideoq; dicitur arida, & arcta dispensatio. Felyn. ad cap. postulasti. nu. 8. de rescript.
6 † Quia intelligitur respectu strictæ interpretationis, quò ad dispēsatum, vt minus derogetur iuri communi nō quatenus ad dispensantes. Rot. Roma. d. loco, & Decisio. 533. parte prima, in nouissimis. Mandos. consil. 94. num. 11. Osasc. consil. 68. num. 31. Surd. consil. 453. nume. 4. vol. 3. & consil. 523. num. 26. vol. 4. Ante alios Ioan. Monach. ad cap. 1. de fil. presbyter.
7 in 6. † Proinde dispensatus ad obtinendum, non intelligitur dispensatus ad retinēdum. Rot. Roma. Decisio. 233. nu. 25. part. j. Mari. Antonin. lib. j. resolut. 9. num. 14. Insuper dispensatio intelligitur de prima vice. Anchara. consil. 404. nu. 8. cum seq. nisi ageretur de actu variabili si-
8 ne tertij præiudicio, vt † in indulto testandi concesso Cardinali, quòd non consumitur in primo testamento, explosa opi-

nione Decij consil. 512. vt apud nos ex Curt. Iuni. Gabriell. Ruyn. Granut. & alijs tracta. de fact. scient. & ignorant. in-
9 spect. 23. nu. 2. tom. j. † dispensatusquè ad dignitates, nō censetur ex hoc dispensatus ad beneficia. Innocent. ad cap. dilectus. el 3. de præbend. & Felin. ad capit. veniens. col. j. de accusat. Sic dispensatus ad ordines non propterea censetur dispensatus ad beneficia. Panormit. ad cap. literas. nu. 6. de filij presbyter. & dispensatus ad curata, non propterea censetur dispensatus ad simplicia. Rebuff. in prax. beneficia. tit. de dispēsat. ad plur. benefic. num. 64. & Deci. ad l. nō debet, cui quod plus. 21. num. 6. ff. de reg. iur. ex quo dispensatio est stricti iuris. Natt. cons. 179. nu. 27. vbi quòd in ea non fit extensio ad casum, in quo sit maior ratio dispensandi, vt est sancitum in cap. vlt. de translatione prælato. Felin. ad cap. postulasti. num. 8. in fin. & num. seq. de rescript. vbi etiam Hostiens. Quibus nos accedere non possumus per ea, quæ Maiol. de irregularit. lib. primo, cap. 8. num. 7. relatus per Sayrum dicto cap. xj. num. 20. vbi defenditur dispēsatus ad certum ordinem, vt intelligatur dispensatus ad inferiorem, non
10 ad superiorem illo. † Cæterùm arguere licet, in hac ipsa materia de maiori ad minus, quando illud minus est annexum, vel inclusum in maiori tanquā illius pars: non ità in causis dissimilibus, & separatis. cap. per venerabilem, vbi Abb. qui filij sint legitim. Io. Andr. ad d. cap. postulasti. præclarè Sayr. in Thesaur. cas. conscient. lib. 7. cap. 14. nu. 17. Verumtamen aliud expostulat probatoria materia, quia probatio de maioribus ordinibus non facit præsumere, quòd præcesserint ordines minores. Crauett. consil. 134. nume. 45. subiungens quòd regula, qui vult consequens, censetur velle omne antecedens necessarium ad illud. l. ad rem mobilem.
11 ff. de procuratoribus. † procedit tantummodo in his, quæ dependent à mera voluntate disponentis, & tamen collatio ordinū non debet pendere à mera ordinantis voluntate, nisi præcedant requisita à iure. Præterquàm quòd dispensatio reputatur quoque fauorabilis, quando reducit dispensatum ad iuris communis termi-
nos: vel quando casus, super quo dispensatur, nemini præiudicat, Federic. de Sen. consil. 168. nu. 2. & optimè Illustriss. Cardin. Tuscus practicab. iur. conclus. littera D. conclus. 463. & 466. Declarabis tamē
12 prædicta, † ne procedant in dispensatione subreptitia, & non iustificata, quę pro eo habetur, ac si non esset impetrata. Oldrad. consil. 256. & 304. Gabr. cons. 26. volum. 2. & Rot. Roma. apud Cæsar. de Grass. Decisio. 103. num. 1. de sentent. & re iudicat. Mohedan. de præbend. Decis. 2. Valasch. Decis. 80. Couarruu. Molin. & alij relati per Roder. d. tract. tom. 1. q. 13. art. 17. Quod si citra fraudem impetran-
13 tis † nulla esset dispensatio: attamen dispensatum excusabit, ne sub bona fide, & sub publica authoritate quispiā illaqueatus remaneat. Parisi. consil. 68. nu. 177. cum seqq. volum. 4. & Farinac. cons. 46. num. 10.

14 Adiungitur coronidis loco, † quòd si dispensator deficiat, in subsidium recurritur ad Epicheiam, quæ non solùm Prælatis, verùm etiam subditis cōpetit: propterea quod subditi positi in necessitate, aliqua arcta, & non habentes copiam superioris, possunt vti Epicheia, existimantes sua propria auctoritate in tali casu rigorem legis cum ipsis mitigandum esse. At videant, ne mentiatur sibi iniquitas, fingentes necessitatem in præceptis. sic F. Emanuel. Roderic. tract. tom. 1. quæst. 26. artic. 6.

REMEDIVM XXXVI.

Ex l. mulier. ff. qui pot. in pign. hab. circa cessionem iurium pro possessore.

SVMMARIVM.

1 *L. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. manda. declarantur.*

2 *Cessio quando fit ex necessitate, vt possessori, tunc etiam modico dato operatur quò ad finem agendi.*

3 *Creditor cedere non cogitur, si ex cessione aliquod damnum oriretur.*

4 *Quod sibi non nocet, & alteri prodest, facile*

cile concedendum est, habet locum etiam si quis modicè læderetur.
5 *Separatio generalis communitatum, locorũ, & territoriorum admittitur, constito, quòd nullum afferat damnum.*
6 *Mutatio Aluei aquæ priuatæ, seu riui, vel aquæductus, ac etiam omnium seruitutum realiũ sine alicuius damno permitti debet.*
7 *Quilibet debet esse intentus, vt alij prosit, non vt obsit.*
8 *Vicinus non potest aliquid facere in fundo vicini contra domini voluntatem.*
9 *Iudicis officium imploratur, quando denegatur mutatio aluei.*

Ptandum quoq; erat, vt aliquid cogeremus de cessione iurium, quæ fit possessori, ex regula illa, Quod tibi non nocet, & alteri prodest, facilè cõcedendum est: remedium & ipsum subsidiarium fundatum in prædictæ regulæ æquitate. Proinde in id ipsum adducitur. l. mulier. ff. qui pot. in pignor. habea. l. in creditore. ff. de euictio. Salic. ad l. iubemus. C. ad Velleia. Afflict. Decis. 343. num. 3. Capyci Decis. 202. nu. 5. Franc. de Pont, cons. 64. num. 1. & 2. iunct. consil. 77. & 82. & nu. 24. & seqq. vbi copiosè probat, quod cõstitutio. l. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. mãdat. † lo-
1 cum sibi arrogat, dumtaxat in cessionibus calumniosis, & procedit in mero litium redemptore. Cæterùm quando cessio fit
2 ex necessitate, vt possessori, tunc † etiam modico dato operatur cessio quò ad finẽ quoque agendi. Innocen. & Abb. ad cap. 2. de alienatione iudici. mut. caus. fact. cũ adductis per Gabriell. suis commun. tit. de action. conclus. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 129. & plurib. alijs per nos congestis, de Portio. Rata quæst. 70. alioqui datur vtilis in subsidium contra debẽtem cedere actionẽ, qui præcisè cogi non potest: ex theoria Bart. ad l. damni. §. si procurator. ff. de damno infect. præclarissimè Castrens. consil. 445. nu. 3. vol. 2. latissimè Illustriss. Cardin. Tuscus pract. conclusio. iur. in littera C. conclus. 211. vbi non pauci referuntur casus, in quibus cogitur cedere iura sua, & aliquando cessio habetur pro facta. Viui. Decis. 218. num. 2. libr. 2.

Quod si ex cessione timeri posset, aut ori-
3 ri aliquod damnum, † tunc non cogitur creditor cedere. Bald. consil. 208. vol. 1. Vincent. de Franch. Decis. 279. num. 13. & Decis. 427. num. 4. par. 2. nisi damnum esset modicum. Quin memorata regula, quod tibi non nocet &c. de qua in l. j. §. ijdem aiunt, & in l. 2. §. item varus. ff. de
4 aqua pluu. arcen. † habet locum etiam, si quis modicè læderetur. per gloss. ad l. rescripta. vers. non lædat alium. C. de precib. imperat. offeren. cùm de iure parum & nihil adæquentur. l. minus solutum. ff. de verbor. signif. nisi præcedat contractus, quo casu non obtinet dicta regula, quod tibi non nocet &c. Iason. post Bart. ad d. l. 2. num. 31. ff. solut. matrim. Qua ratione separatio generalis communitatum locorum, vel territoriorũ admittitur cessan-
5 te omni omnino reclamatione, si constet, quod nullum afferat incommodum. Alb. consil. 130. num. 16. vol. 1. Sic in muta-
6 tione aluei † aquæ priuatæ seu riui. Bald. consil. 329. volum. 2. Alba cons. 82. & Io. Baptist. Aym. tract. de Aluuio. lib. j. cap. 9 §. 1. & 2. Quod etiam procedit in aquæductu, & in omnibus seruitutibus realibus ex prædictæ æquitatis obseruatione, quia
7 quilibet debet esse intentus, vt alij † prosit, non vt obsit. Bald. ad cap. cùm olim. num. 3. 4. & 5. de consuetud. nedum ratione officij, verùm etiam ratione honestatis, si denegando nocet alteri, ad mentem gloss. ad cap. quantæ. de sentent. excommunicat. præclarè Leonell. Bartolin. Perusin. circa dictam regulam tractat. de subreptio. rescript. quest. 4. artic. 16. dummodo vicinus qui sibi morem geri cupit, faciat in suo, quod alteri vicino non noceat: secus si vellet in fundo proprio vici-
8 ni aliquid facere, † vel immittere contra domini voluntatem, etiamsi inde aliquod damnũ minimè sequatur. notabiliter Paulus Castrens. ad l. fluminum. §. item videamus, num. 2. ff. de damn. infect. & Rip. de interdict. respons. 7. num. 13. parte 2. & in casibus prædictis officium Iudi-
9 cis imploretur, † vt is obtineat, cui prodesse potest cessio, aut mutatio riui, seu viæ, etiam contra voluntatem illius, qui non est inde sensurus considerabile damnum. l. si cui. ff. de seruitut. Franc. March.

Decis. 597. par. prima. Surd. cons. 41. & 137. volu. 1. & D. Rouescall. ad Bald. cons. 24. volu. 5. vbi ad minus incommodum debet eligi via.

REMEDIVM XXXVII.

Ex authen. præsente. C. de fideiussor. circa excussionem Vasq. lib. 1. controuers. Illustr. cap. 33.

SVMMARIVM.

1 *Excussionis remedium est verè præparatorium, ac veluti vehiculum quoddam ad remedia subsidiaria, igitur subsidiarium reputatur.*

2 *Hereditas iacens habetur loco absentis, & quando hoc verum sit.*

3 *Heres si ignoratur, fieri debent proclamata in obtinenda excussione.*

4 *Excussionis requisita octo recensentur.*

5 *Excussio non admittitur, quando principalis debitor conueniri non potest.*

6 *Excussio an admittatur intentato saluiani interdicti. vtilis remedio: remissiuè.*

7 *Excussio non habet locum in debito speciei.*

8 *Excussionis beneficium an competat roganti pro alio in scriptura, vel epistola.*

9 *Literæ Placitoriæ, vel commendatitiæ, vel aliter conceptæ inter affines obsequij ergo an obligent scribentem, seu mittentem.*

Longius, latiusq; cæteris omnibus patet excussio-
1 nis remediũ † veluti præparatorium, imò antecedens necessarium ad remedia subsidiaria, proinde verè subsidiarium nedum promittentium in defectum aliorum, verùm etiam fideiussorum, & tertiorum possessorum ex vulg. tex. in authen. præsente. C. de fideiussor. in l. vlt. ff. si cert. peta. in l. decẽ ff. de verb. obligation. & in authen. hoc si debitor C. de pignor. siue agatur hypothecaria etiam pro dote, siue tamen constituti mixtura, siue actione personali certetur l. hæredem mariti. C. de heredir. action. Bald. cons. 136. & 173. lib. 1. Roll. à Valle. cons. 9. volum. 1. Couarru. var. resolut. 3. cap. 18. num. 3. Tesaur. Decis. 53. Magon. sub Rot. Lucens. Decis. 66. Vincent. de Franc. Decis. 270. part. 2. Viui. Decis. 416. n. 14. lib. 3. Gayll. obseruat. 27. libr. 2. etiam si agatur contra hæreditatem iacentem. Alex. cons. 100. vol. 5. Paris. cons. 50. nu. 41. vol. 1. Soc. sen. cõs. 24. nume. 19. volum. 1. vbi quoq; soluit
2 illum nodum, quod hæreditas † iacens habeatur loco absentis: Rot. Rom. Decis. 520. par. 1. in nouissim. Quod si ignoretur
3 heres, debent fieri † proclamata Ant. Sola super nou. ord. Sabaud. tit. 40. glos. 6. nu. 8. & quoniam de hoc argumento integri extant tractatus, & vberrimi scatent fontes, præcipuè Caroci. qui luculentissimè scripsit, & fusè admodum. Habemus præterea conclusionem extẽsionibus plerisq; & restrictionibus munitã nõ paucis penes Gabriell. su. comunibus tit. de fideiussor. conclus. 1. Carol. de Crass. tractat. de exceptioñ. aduers. statut. exceptio. 10. nu. 45. vsq; ad fin. Bertazol. tract. clausul. clausu. 40. glo. 4. Zanger. tractat. de exceptioñ. parte 2. capit. 15. & Practic. Papien. in form. libell. in actio. hypothecaria vers. exceptionem Mascard. de probatio. conclusio. 521. Operæpretiũ duxi referre dũtaxat hoc de loco requisita, vt exceptio discussionis prosit. Inter, quæ.
4 Primò obseruandum, quòd hæc exceptio clarè, & specificè debet opponi, Alexand. cons. 29. nu. 30. volum. 7. Sola dicto loco. nu. 7. Neguzant. de pignor. primo membro. 8. par. num. 35. sufficeret tamen si tale factum proponeretur per quod induceretur certitudo exceptionis, præinsertis clausulis salutarib. in petitione. Corn. cons. 55. nu. 27. li. 3.

Secundò requiritur, quod opponatur ante litem contestatam Alex. cons. 32. vol. 4. cum sit dilatoria. Surd. Decisio. 44. nu. 20. aliquibus tamen reclamantibus, & illam affirmantib. esse anormalam. Gayll. d. loc. num. 3. Purpurat. cons. 277. volu. 1. Id quod admitti facilè posset in casibus notatis per Negusant. d. tractat. de pignorib. 8. part. 1. membro. nu. 37. adeoquòd, si

si omissa fuerit. eius oppositio in causa principali, quæ apud aliquos prima instãtia vocatur, non proderit in appellationis causa. Decis. ad d. l. vlt. nu. 24. cũ adductis per Bertaz. in dicta glo. 4. nu. 2.

Tertiò requiritur omnium habentium interesse principaliter citatio, nedum in commissione, sed etiam in relatione seruitoris executoris. Alex. cons. 58. num. 6. tom. 5. & Signorol. cons. 57. Franc. de Ponte cons. 75. nu. 4. vbi declarat.

Quartò requiritur relatio executoris post factam diligentiam Signorol. d. loco. nu. 9. & Pract. Pap. citat. loc. nu. 15.

Quintò requiritur, quòd fiat ad petitionẽ creditoris, & eius onus est sustinere instantiam in discussionis controuersia. Fab. de Anna. cons. 85. num. 2.

Sextò requiritur, quòd proferatur sententia iudicis declaratoria præuia citatione omnium interesse habentium. Roma. consil. 93. nume. 7. Corn. & Signorol. præd. in locis. Surd. cons. 452. num. 24. volum. 3. à qua sententia super discussione appellari permittitur, teste Bald. cons. 192. lib. 2.

Septimò requiritur præfixio termini parti, ad dicendum contra, si pars velit docere, quod adsunt bona, nisi liqueat de illius calumnia. Signorol. d. loc. nu. 11.

Octauò, & vltimo requiritur, quod ante omnia distrahatur pignus, vel conuentionale, vel etiam captum in causam iudicati, si commodè vendi potest: vel si creditor non cogitur expectare longum tempus. l. inter eos. §. creditor. ibiq; Castr. ff. de fideiuss. & Caroc. d. tract. quæst. 66. part. 2. Imò etiam bona contentiosa, quæ scilicet sunt in controuersia, discutiuntur. Alex. ad d. l. vlt. nume. 7. & ad d. l. decem. num. 11. nisi persona debitoris, cuius bona sunt excutienda, esset rixosa, & non sine litigio soluere consueta, vt ibi probatur. Vel nisi lis esset inter creditorem qui debitum petit, & alios creditores super eisdem bonis discutiendis. his etenim casibus non imponitur necessitas vlla faciendi excussionem Fab. de Anna d. cons. 85. nu. 13.

Silentio inuoluo, quid dicendum, sit quando frustratoria esset excussio, veluti quando principalis non est efficaciter
5 obligatus † vel non potest conueniri, vt quia minor, aut mulier contraxisset informiter. Quid preterea sit statuendum in eo, qui promisit soluere, si alius non soluerit, qui deinde non potest, aut non vult soluere, in quibus casibus perperam recurritur ad hoc præsidium. Bertazol. prædicto in loco. num. 5. & 6. vbi quoque exponitur, quid deffiniendum stante renuntiatione cæterata, vel generali iurata, quę non adiuuatur solo iuramento. Seraphi. de iuramen. priuil. 90. Fachinæ. lib. 3. controuers. iur. cap. 15. Tessaur. Decis. 166. Quid in foro mercantili: quid quando proceditur sola facti veritate inspecta, vt saltem sufficiat extraiuditialis informatio circa excussionem.

6 Quid intentato Sal. † interdicti vtilis remedio, vel pro inuectis à colono, cuius etiam meminit Corneus d. cons. 55. volum. 3. Eugeni. consil. 89. nume. 28. Tessaur. Decis. 175. Rot. Roma. Decis. 34. nume. 11. part. 2. in nouiss. Surd. d. Decis. 44. Viui. Decis. 416. num. 11. cum seqq. part. 3. Caroci. latè d. tract. excuss. par. 2. quæstio. 31. de quo argumento plenius infra. Remedi. 41. Quæ omnia procedunt in debito quantitatis
7 vel generis, quia in debito speciei cessat † omnino istud remedium. Surd. consil. 309. num. 6. volum. 3. Vbertin. Zuccard. cons. 45. num. 4. vni refert Bald. ad rubr. C. de reuocan. his quæ in fraud. credit. colum. prima. Surd. cons. 4. nume. 36. cum seqq. quam locum expendit Peregr. cons. 102. num. 8. vol. 5.

Nec prætereo, quod etiam roganti pro
8 alio in scriptura † vel epistola: vel coram testibus, qui aliàs tenetur, vt fideiussor, competit beneficium excussionis. Caroci. d. tract. de excussion. quæst. 21. parte 2. nisi agatur de literis placitorijs, aut commendatitijs, aut de literis generalibus credentiæ, vel de literis curialibus, vel de huiusmodi epistolis inter valde amicos scribi solitis pro mutuo obsequio, sicut inter affines citra intentionem obligandi. Francisc. March. Decisio. 543. nume. 5. cum seqq. parte prima.

REMEDII XXXVII. ILLATIO PRIMA.

Ex l. Imperatores. ff. de publican. & l. Moschis. ff. de iur. fisc. ad rem descripti in tabula non possidentis predium censitũ.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui reperitur descriptus in libro aestimi tribus in casibus conueniri potest ad onera.*

2 *Pactum initum inter emptorem, & venditorem, quod onera persoluantur per venditorem, de iure communi.*

3 *Bona transeunt cum onere suo, & cum sua causa.*

4 *Constit. Mediol. disponem. in tit. de onerib. §. eoq; amplius sancitum est. non procedere in permutatione, defenditur.*

5 *Annata vnius vtrum afficiat emptorem, vel venditorem, distinguitur inter impositam ante, & post alienationem.*

Obliuiscendum non est, quòd in materia exactionis collectarum, & onerum, quando quis est descriptus in tabulis, seu (vt aiunt) quinternetto, sed non possidet, & alius prædium censitum, & registratum detinet, qui tamen non est descriptus, vt in venditore,
1 † qui non curauit se eximi, & cancellari de libro æstimi, & vice sua reponi emptorem prædij registrati; obseruatur contra antiquum possessorem, vt in tribus casibus iuridicè conueniatur ad onera.

Primus est, quando nouus possessor non est idoneus, ità tamen quod si res sit cum exactore tributorũ, quem nos Commissarium appellamus, is debeat ante omnia facere excussionem contra descriptũ, mox in subsidium is teneatur, qui prædium possidet. l. Moschis. ff. de iur. fisc. l. Imperatores. ff. de publican. Abba. cõsil. 30. nu. 2. lib. 2. Natt. consil. 71. nu. 4. & consil. 511. num. 2. Crauet. consil. 872. in fin. Thesaur. Decis. 164. num. 5. Quoniam imputandum est imprudentiæ antiqui possessoris, qui per incuriam nomen suum in cathastro publico post bonorum alienationem reliquit. Bart. ad l. j. C. de exacto. tribut. lib. x Corset. in singul. 44. incip. collecta. nisi liqueat de denunciatione facta per venditorem vniuersitati pro mutatione registri, quia à die interpellationis liberatur vẽditor, vt in scholijs ad Thesaur. d. Decis. 164.

Secundus est in dicto Commissario cui non licet regulariter recedere à cathastro sibi dato necexiinere, nisi alia lege prouinciam susceperit. Natt. & Thesaur. annotat. loc.; potest tamen vtrobiq; repeti solutum à nouo possessore, cùm in effectu teneatur possessor ad datia, ad collectas, & ad onera. Deci. consil. 236. Crauett. consil. 295. Menoch. consil. 390. Natt. d. consil. 71. num. 2. & circa annatam debitam ante alienationem, vt in subsidium conueniatur possessor, scripsi de Portion. Rata. quæst. 54. num. 6. etiam ex Boss. de Principe. nu. 132. non respectu impositæ post alienationem, quia in his non contrahitur hypotheca à tempore registrationis, sed solum impositionis, Surd. d. loco. nume. 32. Boss. sua praxi tit. de Principe, num. 105. cum seqq. Imò in casu negligentiæ circa exactionẽ tenetur collector, vel sindicus de suo proprio ære. l. missi opinatores. C. de exactor. tribut. lib. x.

Tertius est casus, quando agitur de fisco, in cuius fauorem contrahitur hypotheca bonorum sub æstimo positorum, p solùendis tributis, & collectis ordinarijs: l. j. C. in quib. caus. pign. tacitè contrah. l. vlt. C. sin. cens. vel rel. Dec. consil. 285. Boss. d. loco. num. 103. Henriquez opuscul. 7. num. 66. non circa extraordinaria variabilia, vel mixta, etiam ad fauorem cõmunitatis, nisi aliud statuto sit inductum, Bald. ad authen. item nulla communitas. num. 5. C. de Episcop. & cleric. Crauett. consil. 872. nume. 2. cum seq. & copiosè Surd. consil. 262. num. 31. vol. 2. Hoc casu datur optio fisco, & communitati conueniendi, quem maluerit, antiquum vel modernum possessorem. Natt. allegat. consil. 611. num. 4. & Thesaur. d. Decis. 164. & nos diximus tract. de Portion. Rat. q. 47. num. 13. In quo præterea argumento notandum est de iure communi validũ esse

2 esse pactum † inter emptorem, & venditorem, quod onera adhuc soluantur per venditorem, non tamen id præiudicabit
3 fisco, ex quo bona transeunt † cum onere suo ad quemcũque. l. inter debitorem vbi glos. ff. de pact. Abb. d. loc. & Natt. d. consil. 71. Sed in dominio Mediolani cauendum est ab huiusmodi conuentionibus, obstantibus Nou. Constitut. tit. de
4 onerib. §. † eoque amplius sancitum est, cum clausula decreti irritantis imponentibus pœnam confiscationis bonorum. Cui tamen constitutioni obnoxiam non esse, aliquando defendebam permutationem inter duos initam prædij ruralis, & fundi cathastrati cum Ciuitate, adiecta lege, vt quilibet permutantium pergeret adhuc iuxta solitum in soluẽdis oneribus, quibus subiacebant permutata bona, saltem vsq; ad reformationem noui æstimi: quoniam & si permutatio sit alienatio, negari tamen non potest, quin simus in pœnalibus & correctorijs, & quin casus sit mixtus. In statutis autẽ odiosis, & exorbitantibus casus mixtus non comprehenditur sub simplici quoad irrogandam pœnam. Bart. & DD. omnes ad l. 2. ff. de verbor. obligat. Roman. consil. 294. nu.
3. Amplius non conueniunt verba constitutionum in d. loco, neq; cadit ratio omnimodę indemnitatis ibidem expressę proinde succedit reg. l. 4. §. toties. ff. de dãn. infect. Glo. Rom. & Ias. ad d. l. 2. ff. de verb. obligat. præclarè admodum, & diffusè Excellentiss. Præceptor, & D. meus Camill. Gallin. tracta. de verbor. signific. lib. 9. capit. 19.

REMEDII XXXVII. ILLATIO SECVNDA.

Ex l. deferre. §. vlt. ff. de iur. fisc. quando solutum posteriori creditori possit à priore reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia soluta creditori posteriori facta commixtione, vel consumptione repeti non potest à creditore anteriori.*
2 *Creditor anterior de rigore iuris quando possit reuocare pecunias exactas à secundo creditore.*
3 *Creditores priuilegiati anteriores an repetãt pecunias solutas secundo creditori.*
4 *Verbum, exigere, intelligitur ab inuito extorquere.*
5 *Denunciatio constituit denunciatum in mala fide.*
6 *Pecunia considerata vt species, de ea indicandum est, quod de specie.*
7 *Pecunia destinata ad emptiorum prædiorum inter immobilia quando connumeretur.*

HANC in praxi obseruatam vidimus æquitatẽ, quod creditor anterior cum generali hypotheca, & constituto repetere non potest pecuniam solutam posteriori creditori per eius debitorẽ etiam non probata aliũ-
1 de, quàm ex † commixtione, consumptione pecuniæ, quia si anteriores creditores possent reposcere, aut reuocare, mercatores litibus ferè continuo vexati commercia desererent totius mundi, ne dicam reipublicæ vnius conturbatione, aut periculo. l. si non expedierit. §. si pupillus. ff. de bon. autho. iud. possid. Bart. ad l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. credit. Castren. cõs. 447. vol. j. Parisi. consil. 69. vol. 4. Cephal. consil. 86. & cõsil. 555. Menoch. cons. 25. num. 1. Engen. pleno cons. 89. Hondede. cons. 18. num. 66. vol. j. Bimi. cons. 92. nu. 22. lib j. Ioann. Fab. ad §. si quis in fraudẽ, nu. 23. Instit. de action. Didac. Couaruu. practic. quæst. cap. 29. nu. 2. & seqq. Excell. Mar. Antonin. variar. resolut. libr. 2. resolut. 60. cas. 15. Afflict. Decis. 190. Capyc. Decis. 78. Borgnin. Decis. 29. nu. 36. part. 3. Caroci. Decis. 109. Surd. Decis. 60 num. 9. & consil. 4. num. 10. & 11. Gram. quæst. 1. Quid in pluribus creditoribus concurrẽtibus ad sequestri relaxum. Decian. consil. 109. num. 93. lib. 2. per rationem redditã in d. l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. credito. Et tamen de iure subue-
2 niri anteriori creditori, † quando facta excussione vbi oportet, debitor principalis non reperitur soluendo, & declaratur minus idoneus, per condictionem ex lege, vel actionem in factum, via quidem subsidiaria, probatur in l. deferre. §. vlt. ff. de iur. fisci.

iur.fisci. Eugen.d.loco. nume. 10. Mari. Antonin.d.cas.15. Asin.de execut.§.7.c. 3.& subsidiariam defendere conatus est. Benuenut.Stracc.tract.de decoctor. titu. qui potio.in bon.decoct.habea.num.29. cum seqq. ea præsertim ratione, quia debitor quantitatis reputatur debitor generis, quod non potest perire. l. in ratione. ff. ad l.Falcid.l.incendum.C. si cert.peta. præclarè.Peregrin.de iur.fisc.lib.6. tit.6. num.8.cũ seqq. Quare cessante æquitate non est hæsitandum, quin possit anterior creditor reuocare pecunias exactas à 2. creditore vti sibi obligatas, veluti quando recipiens pecunias spopondisset restituere illas in casu cuiuscunq; molestiæ, vel quãdo secundus creditor eas exegisset absque præiudicio ipsarum partium, vel conditionaliter peruenissent pecuniæ ab secundũ creditorem. Ludouic.Decis. Perusin. 45.num.20.parte 1.Mari.Antoni.d.casu 15.ad fin. vel quando essent soluendæ anterioribus iuxta decretum iudicis: Steph. Gratian.Rom.discept.forens.cap.37.nu. 41. aliter, & quidem egregie declarat Guttierez. pract. quæst.cap. 100. At in
3 creditoribus priuilegiatis † vt in fisco,& in dote,ac in alio priore creditore ius prælationis habente, non est potior conditio recipientis, etiamsi esset creditor ex causa onerosa: sed adhuc sit potestas fisco, vel mulieri pecuniam reuocare solutam secundo creditori, aut alteri posteriori.d.l. deferre §.vlt. & l. pecuniam C. de priuil. fisc. quando debitor principalis non est soluendo, & sic in subsidium duntaxat Bart.ad d.l.si non expedierit. Alex. cons. 108.col.vlt.volu.5. Eugen.d.cons.89. & Peregrin.d.num.8. in fin. Non aliter ac si in cæteris rebus affectis hypotheca anteriore fuisset satisfactum secũdo creditori,
4 quia bona transeunt cum sua causa † & cum suo onere.l. alienatio ff. de contrah. emptio. Id quod commune est omnibus creditorib.hypothecarijs,quò ad reuocationem speciei iuxta prærogatiuam temporis, per regulam cap. qui prior. de reg. iur.in 6.cum similib. licèt quòad pecuniã vigeat præd. differentia de æquitate, non de rigore. Eugen. d.cons.89.col.1.& Ludou.Decis. Perusin. 45.num. 20. vbi declaratur notabiliter allegat. Afflict. Decis. 190. Accedit hoc prędictis, non referre, an pecunia sit spõte soluta per debitorẽ multorum, vni ex creditoribus posterioribus, vel ab eo creditore posteriore exa-
5 cta, intelligendo verbum (exigere) † per viam iuris,& iudicij ab inuito extorquere iuxta glo.ad l.fideicomissa.§.si rem. vers. exegerat ff. de leg. 3. & Simo. de Prætis consil.54.num.16. Aliud tamen existimo dicendum esse in creditore posteriore simul cũ anteriore colliti gante aduersus comunem debitorẽ,vt eisdem satisfaceret vel quando posteriori creditori esset denũtiatum ab antiquiore, ne exigeret quia
6 denuntiatio † constituit denuntiatum in mala fide l.si fidus.ibique Bartol.C.de rei vendicat. Diuersum quoq; ius statuitur in actionibus personalibus, nam ille potior habẽdus est cui primo soluitur, sitq; locus gratificationi.d.§.si pupillus.& d.l.pupillus.Gayll.lib.2.obseru.25.nu.15. Quod si essemus in casibus, in quibus pecunia
7 consideratur, vt species † veluti quando est super montibus, vel sub censu, vel sub sequestro, vel deposito in sacculo, tunc idem de ea iudicandum esset, quod de speciẽ.l.planè §. si eadẽ deleg. 1. & Alba cons.3.nu.5.volu.1. vel potest poni exẽplum in pecunia destinata ad emptionem
8 prædiorum, quæ inter immobilia † adnumeratur, fauore potissimum minoris, & ecclesiæ:proinde non potest per minorem sine decreto alienari. vt optimè declarat. Decian.cons.59.nume.13. vol. 1. Ante ipsum Felyn.in c.Rodulphus.colu. 2. de rescript. Rot. Roman. Decis. 278. num.2.part.2.in nouiss.Boer.Decis.209. nisi in eo,qui potest talem destinationem remouere.latissime Gabriel.suis communibus tit. de præsumption. conclusione 12.nu. 20.optimè Illustris. Card.Tuscus tract. practicab. iuris concl. in littera D. conclus. 227.

REMEDIVM XXXVIII.

Remedium ex l. vlt. §. vlt.ff. de leg. 2. circa reuocationem alienationis bonorum fideicommissariorum factæ quoq; inter ignorantes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio hominis fortior est prohibitione legis.*

2 *Bona fidei commissaria per hæredem ignoranter alienata an, & quando possint per substitutum.*

3 *Bona fidei commissaria negligenter, & contumaciter amissa, rectè vindicantur per substitutum.*

4 *Bonorum fideicommissariorum æstimatio attenditur tempore petiti fideicommissi.*

5 *Gabriel. consilium 44. vol. 2. reprobatur.*

6 *Excipiendi Ius transit in singularem successorum sine vlla prorsus cessione.*

7 *Pactum personale transit in singularem successorem quò ad ius excipiendi, non quò ad ius agendi.*

8 *Actio subsidiaria datur contra singularem successorum fauore vltimæ voluntatis.*

9 *Fideicommissarius probans scientiam alienantis fideicommissum tempore distractus recuperat rem ipsam, non pretium.*

Pugna profectò non caret reuocatio alienationis bonorum fideicommissariorũ factæ bonafide inter fideicommissum ignorantes, quando non reperitur in testamento expressa alienationis prohibitio, alioqui concurreret prohibitio legis,
1 & hominis, quarum postrema fortior † est prohibitione legis de per se: iuxta casum l. vlt. §. vlt. ff. de leg. 2. An ab emptore pos-
2 sint bona fideicommissaria † per substitutum auocari per l. vlt. §. sed quia C. commun. de legat. Difficultatem iniecerunt fundaměta vtrinq; deducta per Gabriell. conf. 44. vol. 2. Petr. Ant. à Petr. Placent. dè fideicommiss. quæst 3. num. 46. Peregrin. eiusdem nominis tractat. artic. 40. Turret. de. clausu. codicilla. quæst. 76. Rot. Roma. Decis. 20. 21. & 22. part. 1. in nouiss. vbi de intellectu d. §. vlt. agitur, & Intrigliol. tractat. de substitut. centur. 3. quæst. 73. numer. 266. vbi multos adducit.

Nos tamen solemus huic adhærere distinctioni, scilicet, Aut alienans; heres ue illius est soluendo: aut non.

Primo capite, non potest fideicōmissarius rem fideicommisso subiectam, & alienatam ignoranti grauato ignorante reuocare, nisi is probet alienantem, & acquirentem scietiam habuisse fideicommissi.

Secundo autem capite, & casu, in subsidium agi potest cōtra tertios possessores ad bona alienata. l. plane 2. §. 1. de leg. 1. Castr. conf. 94. vol. 2. Rip. ad l. filius familiàs §. diui. ff. de leg. 1. Castr. conf. 94. vol. 2. Socin. Senior conf. 16. vol. 3. Cephal. conf. 761. nu. 10. vol. 5. Morot. conf. 13. nu. 20. & conf. 32. n. 3. & 4. & eleganter. Mascard. de probatio. conclus. 779. præsertim in fi. vbi insuper admonet, ante omnia in hoc casu debere fieri excussionē bonorum alienantis, & illius heredis: nisi forte constaret notoriè, eos non esse soluendo. teste Bursat. qui fidem facit de communi conf. 48. num. 10. lib. 1.

Idē iuris statuitur in herede, qui culpa-
3 biliter seu cōtumaciter † succubuit in causa fidei cōmissaria, vt in subsidiū sit facta potestas recuperandi bona negligenter amissa, seu dolosè per aliū occupata. Peregri. de fideicommiss. artic. 53. num. 59. veluti per sententiam non defensis verisimiliter iuribus fideicommissi: vel per trāsactionem aut laudum, nō bona fide fact. vel secutum. l. si seruus. pluriū. §. 1. de leg. 1. Gabriell. conf. 42. vol. 2. Hondede. cōs. 28. volum. 1. D. Menoch. consil. 501. & conf. 688. nu. 37. & 38. Surd. Decis. 256. Ceuallos tract. commun. contr. commun. quæst. 636. & Peregrin. d. artic. 53. n. 39. & deinceps. Imò vsque adeò reputatur subsidiariū fideicomissario prędictū remedium, vt si in casu inopiæ alienantis, vel eius hæredis, emptor qui fuit in bona fide quo tempore contraxit cum hærede grauato prædia acquirendo, offerat cum effectu nomine grauati, seu illius hæredis pretium bonorum emptorum, non ab herede venditore acceptum, sed iuxta æsti-
4 mationem † temporis, quo fideicommissarius rem ipsam petit, nequeat vlterius vexari, postquam hic regressus ad rem alienatam datur fideicommissario duntaxat in subsidium. d. l. planè. 2. §. 1. Bald. ad authen. contra cum rogatus. C. ad Trebell. Rip. d. nu. 56. Alciat. ad d. l. vlt. §. vlt. de leg.

leg. 2. quicquid in oppositum censuerit.
5 Gabr. d. consi.44. † quem confutat Viui. Decis.516. num.19.20. & 21. vbi latè de hac subsidiaria actione pertractat: subiungens hanc rationem, quia ius excipiendi
6 transit etiam in singularem † successorem sine cessione. l. si mater. §. vlt. de exceptio. rei iudic. l. si tertius. ff. de aqu. plu arcend. Iaf. ad l. ait prætor. num. 10. ff. de iureiur. Corn. consil. 110. num. 6. vol. 3. Peregrin. dict. art. 53. num. 16. Surd. cons. 424. nu. 22. vol. 3. sicuti ius retinendi competit singulari successori, quando ius excipiendi de per se non posset transire. Gabriell. cōsil. 157. num. 8. vol. 2. Surd. Decis. 264. nume. 25. Quinetiam contra singularē successorem transit ius excipiendi. Surd. consil. 151. num. 41. vol. 2. ità tamen, quod exceptio cōpetat occasiōe rei. vnde pactū
7 personale trāsit† in successorem singularē quò ad ius excipiendi: non quò ad ius agendi. per text. notabil. in l. si tibi. §. pactum. ff. de pactis. Vegius noster consil. 56. num. 21. & seqq. & Surd. d. Decis. 264. num. 24. cum seqq.

Nec mutat, quod actio in subsidium non datur cōtra singularem successorem, in quem peruenerint bona ex causa onerosa. l. eum seruum. ff. si cert. petat. l. vlt. ff. de eo, per quem fact. erit. Castr. consil. 469. col. vlt. vol. 1. & sæpius à nobis probatum cōperitur in hac ipsa tractatione,
8 quoniam fallit conclusio † fauore vltimæ volūtatis. d. l. planè. §. qui rogatus. ibiq; Castrens. ff. de legat. j. l. pater dotem. §. fin. ff. de dot. præleg. Bart. in l. j. in fi. ff. de distract. pignor. Thob. Non. cons. 39. num. 4. ne suprema hominū iudicia eucrtantur. Simon. de Præt. consil. 87. num. 3. & seq. atq; tract. de interpret. vltim. volunt. libr. 5. dubitatione 3. pagin. 534. à tergo.

Quod si actor deducat scientiam alienantis, eamq; probet, tunc non pretium
9 venit in restitutione fideicommissi: sed res ipsa fideicommisso vinculata. Angel. ad l. vlt. §. sed quia nostra. C. commun. de leg. & Alex. consil. 3. num. 3. volum. 3. Ossch. Decis. 73. In omnem casum optio, quam habuerat alioqui fideicommissarius cessat, quando agitur de fideicommisso familiari. Surd. consil. 443. nume. 51. cum seqq. Petra de fideicom. quæst. 10. num. 28.

REMEDIVM XXXIX.

Ex l. vltima. §. & si præfatam. ver. licentia. C. de iur. delib. circa beneficium inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Creditores, & legatarij possunt probare maiorem esse substantiam, quam sit d. scripta in inuentario.*
2 *Præsumptio iuris, & de iure non recipit regulariter probationem in contrarium.*
3 *Hæres soluendo legatarijs non sibi praiudicat inuentario legitimè confecto.*
4 *Legatum non debetur hæreditate non soluendo existente.*
5 *Hæres inuentarium legitimè conficiens: soluere potest creditoribus, vel legatarijs primò venientibus, nec tenetur alios morari.*
6 *Hæres non potest obijcere creditoribus, vel legatarijs, vt alios vocent.*
7 *Creditores hypothecarij anteriores præferuntur, at ex chirographarijs vigilantiores.*
8 *Creditores priuilegiati in personali præferuntur.*
9 *Creditor, cui primo soluitur, data paritate, in personalibus potior censetur, etiam quò ad retinendum incommutabiliter.*
10 *Legatarijs, quibus nihil est præstitum, datur condictio indebiti contra alios legatarios, quibus soluta sunt legata, si nihil superfit in hæreditate.*
11 *L. vlt. §. & si præfatam. C. de iur. delib. enucleatio, & num oblatio dandi bona insolutum per hæredem admittat aliquam detractionem tertiæ partis, quid in muliere agente ad collocationem dotis in tuto, cōcurrente creditorum turba, An pati oporteat aliquam detractionem.*
12 *Hæres soluens scienter creditori posteriori tenetur sarcire de suo creditorem habentem potiora iura, etiam sine vlla inhibitione iudiciali.*

Sub-

Vbsidiorum nostrorum catha logum angere mihi videtur. l.vlt.§.& si præfatam.vers.licentia. C. de iur. deliberand. vbi creditores, & legatarij possunt probare maiorem esse substātiā,
1 † quàm sit descripta inuentario, receptis etiam probationibus domesticis in subsidium: imò si aliæ probationes deficerent statur conscientiæ hæredis cum eius iuramento.

Neutiquam tamen fit potestas hæredi probandi contrariū ob vim præsumptio-
2 nis iuris, & de iure contra † quam nō recipitur probatio, latè Mascard. de probatio. conclus. 938. & seq. & in inuentario tutoris. Plot. ad l. si quando. nume. 237. C. vnd. vi.

Cæterum, vt quæ infra dicemus, melius intelligantur, considerandi sunt tres principes casus. Primus est, quando fit concursus inter legatarios, & creditores hæreditarios, & hæreditas est facultatibus idonea.

Secundus est, quando concurrunt legatarij tantùm.

Tertius est, quando nulli adsunt legatarij; sed tantùm creditores inter se depugnant.

Primo casu si hæres legitimè, & oppor
3 tunè inuentarium † confecit, & eius beneficium implorauit, certè legatarijs soluendo non sibi præiudicat, nec de proprio tenetur ad æs alienum; sed excussione hæredis permissa creditoribus indebiti aduersus legatarios datur condictio; quia
4 hæreditate non soluendo existente, † indebitum est legatum, vt supra dicebatur, & optimè probat. Vinc. de Franch. Decis. 83. parte prima. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. vlt. part. 4. §. j. num. 8. 9. & 10. nam in d. l. vlt. hæredi inuentarium legitimè cōficienti fit potestas, tàm lega-
5 tarijs, quàm creditoribus† primo venientibus satisfaciendi etiam, quod ei nihil sit remansurum, nec talia obseruans hæres vexari potest ab alijs creditoribus, aut legatarijs fortè magis priuilegiatis, cur non distulerit, aut non reseruauerit partem suam, vel non exegerit cautiones. in quo etiam sciendum est, quod sicut hæres vno vel pluribus creditoribus, aut legatarijs satagentibus, & flagitātibus solutionem, non tenetur alios creditores, aut legatarios citare, ità nec potest vni creditori, seu legatario obijcere, & solutionem recusa-
6 re † nisi alios vocet, quando nec potest retinere pro alio non contradicente. Bald. & Corn. ad d. §. & si præfatam. eleganter Caroci. Decis. 109. nu. 46. & seq. & tract. de excussione bonorum. part. 2. quæst. 59 Morot. consil. 13. in fin. & dixi ego tract. de fact. scient. & ignor. distinct. 8. nu. 10. & seqq. centur. 1. tom. 1.

Si verò concurrant inter se creditores hæreditarij, tunc distinguitur; nam aut
7 omnes sunt hypotecarij, & † præferūtur priores in tempore, vt tradit Rip. ad l. priuilegia. ff. de priuileg. creditor. cū aggest. per Gayll. lib. 2. obseruat. 25. Decian. cōs. 75. vol. 4. Aut sunt chyrographarij, seu non hyppothecarij, & tunc priuilegiati
8 † in personali præferuntur, & solutum nō priuilegiato in præiudicium priuilegiati, reuocatur per condictionem d. l. vlt. C. de iur. deliber.

Aut sunt pares, & tunc in personalibus
9 potior censetur is † cui primo soluitur. Gayll. d. loco num. 15. alioqui omnibus instantibus communicatio fit ad ratam. Baldus, Castr. & Alexand. ad dict. §. & si præfatam. Caroci. d. quæst. 59. in fin. facit admodum tex. in l. pro debito. C. de bon. auctorit. Iud. possid. & apud nos tract. de Portione Rata quest. 74.

Secundo casu vbi concurrunt legatarij si hæres soluit prædict. legatarijs, nec aliquid superfit pro satisfactione aliorum
10 legatorum, † siuè in testamento, siuè in codicillis relictorum, datur alijs legatarijs, quibus nihil præstitit hæres indebiti condictio iuxta proportionabilem diminutionem. Castr. ad d. §. licentia. num. 3. & Caroci. d. quæst. 59. num. 6. quin hæres de suo soluit, si non confecit inuentarium. Vinc. de Franch. d. Decis. 83.

Tertio verò casu, quando agitur de cōcursu inter solos creditores hereditarios, nihil habere dispicitur difficultatis. vt supra vidimus. quę huc propriè transferēda sunt.

Pro coronide admonendi sumus, di-
11 spositionem d. l. vlt. §. & si præfatam † procedere siuè heres cum beneficio legis,

& inuentarij soluerit in quantitate, siue dederit insolutum, veluti potest absque vlla tertiæ partis detractione: sed secundū verum ipsorum valorem, si non inueniatur emptor, qui velit acquirere sine promissione euictionis. Plot. ad l. si quando. num. 490. C. vnde vi. quem locum declarat Ant. Sola. ad no. decret. Ped. tit. de form. & ord. proced. in pignorat. Glo. 3. num. 35. vbi deinde in fin. aduertit, quid in muliere agente ad colocationem dotis in tuto concurrentibus alijs creditoribus respectu detractionis, seu vendiderit res hereditarias pro satisfaciendo primis venientibus, dummodo soluat, aut vendat, vt heres: secus si soluat de proprio etiam si obtineat cessionem iurium à primo veniente, cui prius fuit solutum, vt ex Bald. Castr. Corne. & alijs concludit Vincent. de Franchis Decisio. 272. parte 2. num. 6. & 7. Neque verò existimo tutum esse heredem scientem alios adesse creditores
12 fortè potiores † si soluit sine cautione posteriori, qui deinde soluendo non sit. quoniam nō dicitur bonafide soluisse: iccirco in subsidium is tenebitur creditori habēti potiora iura, dummodo clarè probetur hæc sciētia, ex qua proculdubio inferatur ad malam fidem. sic Caroci. d. Decis. 109. nume. 49. vbi refert. Rol. à Vall. tracta. de inuent. part. 4. versic. 8. est vtilitas.

REMEDIVM XXXIX. ILLATIO PRIMA.

Ex l. in ratione. la 2. ff. ad l. falcid. & l. vendicantem. ff. de euict. circa reuocationem alienationis bonorum maternorum factę per patrem in præiudicium filij.

SVMMARIVM.

1 *Filius heres patris conficiens inuentarium, quando possit alienationem rei materna à patre factam rescindere.*

2 *Legitimam filiorum æs alienum prorsus absorbet.*

3 *Legitima, quod debeatur absq; onere, intelligitur quò ad legatarios, seu fideicommissarios, non quò ad creditores.*

4 *Heres soluens creditoribus, si sciat adesse alios creditores, tenetur petere cautionem.*

5 *Heres hereditate non soluendo existente potest dare bona insolutum, nec tenetur de euictione.*

6 *Inuentarium legitime, & opportunè confectū præseruat heredē ab omnibus oneribus hereditarias vires excedentibus.*

7 *Bonorum hereditariorum interitus spectat ad legatarios, & fideicommissarios.*

8 *L. in ratione. la 2. ff. ad l. falcid. est correcta.*

9 *Inuentarium ritè confectum dicitur, quod continet omnes solennitates requisitas à iure communi, statuto, vel consuetudine.*

10 *Inuentarium ab harede laico fieri debet coram iudice laico. sed*

11 *Iudicis præsentia non est necessaria hodie in confectione inuentarij.*

12 *Heres teneretur probare, testes adhibitos in inuētario esse fide dignos, optima opinionis, & possidentes substantiam idoneam oneri, nisi in inuentario sit in specie descriptum, eos esse prædictarum qualitatum.*

DVm in foro agitari contingit illa quæstio, an, & quando filius hæres patris conficiens inuentarium possit alienationem rei maternæ factam à † patre post obitum patris
1 rescindere, nunquam vidi adferri conciliationem, siue distinctionem sequentem videlicet, Aut hereditas est soluendo, & tunc filius nō potest ab emptore fundum vendicare à patre alienatum, etiam quòd non habeat legitimam, quia propter æs alienum defuncti non solùm minuitur
2 filiorum legitima, † sed etiam quandoq; absorbetur. l. Papinianus § quarta. ff. de inoff. testam. filioque euinci posse legitimā, probant. Bart. Bald. Salicet. & Castr. ad l. vlt. §. in computatione. C. de iur. delib. fortiusquè si filius agit contra emptorem, repellitur statim ex reg. l. vendicantem ff. de rei vendicat. copiosissimè Hondede. consi. 3. nume. 49. cum seqq. volu. primo. Valasc. Decisio. 69. per tot. Surd. Decis. 316. nume. 16. & Natta consi. 214. colu. 2. vbi remouet obiectum illud, quòd legitima absque onere debeatur, vt intel-
3 ligatur † quòad legatarios, seu fideicommissarios:

missarios: non quoad creditores. Imò cõfecto inuentario heres habet facultatem soluendi debita, vel relicta, prout quilibet eorum prius venerit: nec possunt alij creditores conqueri, quare non reseruauerint sibi bona, vel cur non petijt satisdationē
4 ab illis quibus soluit: nisi sciens, aut † probabiliter suspicatus, alios adesse creditores soluerit. d.l. vlt. §. & si præfatam; præclarè Valasc. Decision. 52. nu. 38. 39. & 40.

Aut hereditas non est soluẽdo, & tunc in subsidium potest soluere in corporibus hereditarijs, non autẽ compelletur soluere in pecunia, aut vendere bona præstãdo
5 euictionẽ † proprio nomine etiam in debito ex causa dotis. Rol. à Vall. de inuentario part. 4. vtilitate 9. Morot. consi. 13. nu. 11. & 12. Valasc. d. Decis. 52. nu. 29. Poterit quoq; filius heres patris in hoc casu, quando deductis debitis nihil superest totam rem suam vendicare. glo. ad §. in computatione. Valasc. d. Decis. 69. numl 11. Amplius hæc exceptio, hereditas non est soluendo, & ego confeci inuentarium, impedit litis ingressum. Bald. & Corne. ad d. §. & si præfatam.

Insuper adeò subsidiariũ reputatur hoc remedium confectionis inuẽtarij, vt præ-
6 seruet heredẽ ab omnibus † oneribus hereditarias vires excedentibus æquipollens separationi bonorum. latè apud Vincent. de Franch. Decis. 246. num. 9. part. 2. Ceuallos tractat. comun. contra communes. quæst. 589. nu. 17. Rot. Roma Decis. 72. nu. 41. part. 2. in nouissimis. Surd. Decis. 30. n. 34. De. 310. n. 13. & 15. & De. 322. num. 5 & apud nos tract. de portion. rat. quæstion. 105. bonorumq; hereditariorũ
7 interitus, † siue eueniat ante aditam hereditatem, siue post aditam vergit in iacturã legatariorum seu fideicomissariorũ, etiãsi illis quantitas relicta esset. Castr. & Corne. ad dictum. §. & si præfatam. in quo correcta deprehenditur l. in ratione. 2. ff. ad l. falcid. quoniã licet heres sit debitor quantitatis, nihilominꝰ eiꝰ obligatio est respectiua certarum specierum: proinde per interitum illarum liberatio contingit heredi. Bart. ad d. l. in ratione. §. diligenter & Valasch. d. Decis. 52. nu. 41. Quæ omnia sunt intelligenda in inuentario rite, & opportuno tempore cõfecto: ita ut solemnitas in eo requisita, vel ex iure com-
9 muni, vel ex statuto, vel etiam ex consuetudine vniformi adhibeatur, alioqui informis confectio inuentarij nihil præstat. neque excusat heredem. Rot. Roman. d. Decis. 72. num. 9. 10. 11. & seqq. quorum solenniũ maiorem partem, vti scrupulum inijcientium quò ad inuentarium heredis hodierna praxis relegauit. Berret. noster cõsi. 57. Hondede. cõs. 53. volum. primo. Osasc. Decision. 181. Rot. Genue. Decis. 35. præcipuè verò illã, quatenus in præsentia iudicis fieri debeat qui sit competens iudex heredis, non habita ratione ad testatorem, vt in clerico defuncto relinquente heredem laicum: nam inuen-
10 tarium fieri † debere coram laico, tradit Guid. Pap. Decisio. 261. Cephal. consi. 57. num. 52. cum adductis per Ceuallos in commun. contra commu. q. 388. nu. 65. Nam hodie præsentia iudicis, non est ne-
11 cessaria † sed solus heres per se conficit inuentarium subscribit: deinde datur notario, adhibito iuramento. Neque sunt necessariò vocandi legatarij, aut creditores absentes à ciuitate, vel loco, dummodo loco absentium adhibeantur tres testes fide digni optimæ opinionis, possidentesquè substantiam idoneam oneri iniuncto Quæ qualitates essent probandæ per hæ-
12 redẽ † nisi is curauerit, aut curet à iudice pronuntiari, quo tempore describuntur in testes, eos esse prædictarũ qualitatum. Corne. ad dict. l. vltim. Valasc. d. Decisio. 52. num. 22. & Rot. Roman. dict. Decis. 72. num. 6. Atquè ità intelligi debent tradita per Menoch. de arbitr. iud. casu 96. in fin. vbi testes inuentarij debent esse dignissimi, hi scilicet, quos absentium creditorum loco contingit adhiberi absq; dicta pronuntiatione iudicis Declaratur non procedere in Inuentario ad perpetuam conseruationem testatoris, & ad grauamen hæredis. Castr. cons. 292. num. 9. vol. 2. vel quando adest Iudicis decretum: vel apud acta esset rogatum. Bald. consi. 147. lib. .

REMEDII XXXIX. ILLATIO SECVNDA.

Ex l. 1. C. de bon. mat. & l. 2. ff. vt leg. nom. caueat circa efficaciam: aut inualiditatem solutionis factæ patri per debitorem filij.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta per debitorem filij in manibus patris, aut matris quando liberet soluentem.*

2 *Confessio recepto non probat veram numerationem, quando fit à gerente alienum negotium.*

3 *Actio quæritur domino, vel patri ex cõtractu serui, vel filij idem in prædone, monacho, & negotiorum gestore.*

4 *Actio in subsidium datur filio restituto in integrum aduersus soluentem pecuniam patri, si pecunia sit consumpta.*

5 *Debitorum nomina quando reponantur inter immobilia.*

6 *Pater potest alienare bona filij immobilia aduentitia cùm iudicis decreto, & causa.*

7 *Pater vendendo bona filij aduentitia obligatur de euictione.*

8 *Filius actionem habet contra debitorem dotis materna, quæ post mortem matris soluta est patri, qui non sit soluendo, & cui filius non succedit.*

9 *Causa immediata attendenda est. non remota.*

Votidie ferè contingit dubitari de vi solutionis factæ per debitorem filij in
1 manibus patris, † aut matris, quandoquidem tex. in l. 2. ff. vt legat. nom. cauea. cum glos. ibi, neget patri efficaciter solui posse Bald. in l. non solum. num. 2. ff. sol. mat. vbi patri non potest solui tamquam coniunctæ personæ sine mandato, vel cum spiritu creditoris, & vid. ibidem in additionibus insignem declarationem. Crott. conf. 85. nu. 14. volum. primo. & Surd. Decision. 229. nu. 3. Tex. è diuerso in l. 1. C. de bon. matern. solutionem hanc permittat ad effectum liberandi soluentem, ne maneat deceptus sub legis clypeo; contra l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetrauerunt Text. quinetiam in l. filiæ. ff. de solut. disertè constituit, solutionem matri factam recipienti pro his, quæ debentur ex venditione rerum ab ea nomine administratorio facta, soluenti prodesse, si ignorabat solues eas pecunias pupillares esse, & mater esset soluendo; aliàs in subsidium debitor soluere tenetur præsertim vbi soluens matrem sciebat ius administrandi non habere. Quare ad mentem Doctorum distinguendum, sic fore putaui.

Aut solutio quæ fit patri, nõ est actualis, ac realis, sed duntaxat confessata (vt nostratum aliqui dixere) & tunc nõ nocet filio illa patris confessio, & remissio, quia resoluitur in donationẽ, nisi sit heres patris. Natt. in terminis consilio 543. nume. primo. & 26. facit l. de re filiorum ff. de transactio. & l. præses. vbi Castren. Fulgos. Angel. & Iaso. Cod. de transactio.
2 quia confessio de recepto non probat † veram numerationem, quando fit à gerente negocium alienum. Surd. dicto loco in fin.

Aut solutio est vera atq; realis, & tunc vel fit patri simpliciter, & nihil prodest soluenti, nisi id quod soluitur, immediatè procedat ex patris contractu pro filio celebrato. l. si cum filio ff. de compensation. l. non solum. vbi Alex. ff. sol. matrimo. sicuti e contra rectè soluitur filio, cùm quæritur actio patri ex filij contractu. Idem in monacho. in prędone. in prælato
3 putatiuo. & in præposito † ad contrahendum l. si vrbana. ff. de condictio. indebit l. quod seruus ff. de solutio. l. si vnus. ff. de pact. Bart. ad l. eum qui ità §. qui sibi ad ff. de verb. obligat. Surd. d. Decis. 229. nu. 8. & seq. & idem procedere in solutione facta negociorum gestori de eo, quod debetur domino absque facto gestoris. Bart. ad d. l. filiæ. num. 2. Fab. de Ann. cons. 49. num. 43. Quæ distinctio desumitur à I.C. ad l. lucius. §. tutelæ. ff. de admin. tut. & l. ait prætor. §. sed & si. ff. de minor. quatenus alia est causa debitorum paternorum alia propriorum.

Aut fit solutio patri sub nomine appellatiuo,

latiuo, vt legitimo administratori, & tunc
denuo distinguendum, quia aut filius est
infans, vel prodigus, vel mente captus, &
tunc soluens consequitur liberationem:
pecuniæ autem consumptæ nomine da-
4 bitur in subsidium filio restitutio † in in-
tegrũ aduersus soluentem si in ipso actu
solutionis soluens videret patrem abuti
pecunijs. Natta.d. loco. nu. 26. sicut de
soluente tutori, aut curatori dicitur in l.
prima.C.si aduers.solut.ità Bald.ad l. fili-
us C. de pact. Alex. ad l. si patri ff. de mi-
nor. Fab.de Anna.d. cons. 49. nume. 34.
Vincent.de Franch.Decis.206.parte 1.&
Surd.d.Decis.229.nu.34.vbi ita sentiẽtes
refert. Angel.Imol.Eman.Costã, Stracc.
& classicos alios. Aut filius, est supra in-
fantilem ætatem, & denuo distinguo, nã
aut interuenit decretum iudicis, & soluẽs
hoc modo plenissimam consequitur libe-
rationem. glo.ad d.l.1.C.si aduers.solut.
quia nomẽ debitoris exigere tantumdem
præstat quantum alienare bona filij fami-
lias immobilia: cùm nomina debitorum
5 magis referantur, seu reponantur † inter
immobilia, potissimum si pecuniæ sint ex
stipulatione destinatæ emptioni prædio-
rum l.à diuo Pio.§. in venditione.ff.de re
iudi.Bart.ad l.potest ff.de autoritat.tutor.
Alber.ad l.mouentium.ff.de verb.signifi.
Alexandr. cons. 68. volum. 6. Pinell. ad
rubr.C.de bon.matern.parte 1.num.25.
cum sequent. Morot. cons.98. Laderch.
cons. 166.& tamen indubij iuris est, quod
cum decreto iudicis potest pater validè
6 alienare bona filij immobilia † aduentitia.
l.vltim.§.sinautem æs alienum.C.de bon.
quæ liber. cum adductis per Mynsinger.
cent.6.obseruat.61. immo solutio facta
tutori minus legitimè constituto nõ præ-
iudicat minori si pecunia non est Salua.
Vinc.Franc.Decis.206.par.1.

Aut non interuenit iudicis decretum,
& hoc casu ob causam necessariã, tunc
vrgentem ac expressam, quæ respiciat
personam filij, vel patrem contingat, cõ-
sistit alienatio: quemadmodum si non sit
expressa causa, sed notoriè patens sit, vel
incontinenti liquidari possit. Surd. tract.
de aliment. priuileg. 37. Cæterùm non
constito de causa vrgenti, & necessaria,
nulla est aut tenet alienatio immobilium
bonorum filijfamilias aduentitiorum, in
quibus etiam pater habeat vsumfructum:
7 à patre solo facta, licèt patrem obliget †
de euictione. Couarruu. var. resolutio, li-
bro primo. capitu. 8. num. 5. & 6. Rol. à
Vall.consil.99. nume.39. & 43.lib. Si-
moncell. de decret. titu. 8. libro 3. in-
spect. 1. Pinell. ad l.1.parte 3.nu. 21.C.
de bon. matern. Decis.Perusi. 13.nu.11.
parte prima. Valascus Decisio. 69.

In matre autem nõn tutrice, in cõiun-
cto, & omni negociorum gestore, nobis
placet distinctio à d. l. filiæ. de solut. de-
sumpta, quam explicat. Fab. de Ann. d.
cons. 49. num. 43.

Aut enim quis debet Domino, seu fi-
lio ex contractu inito cum gestore, seu
matre. & tunc si soluens ignorabat id ad
Dominum, vel ad filium pertinere; &
indistinctè liberatur: Aut sciebat, & libe-
ratur, si gestor vel mater est soluendo;
secus si non est soluendo, quo pacto re-
mediũ d.l.filiæ dicitur subsidiariũ cui opti
me cõueniũt tradita per Becc. cõs. 19. ad
fin. Verũtamẽ in hac Doctorũ nostrorũ,
parum decora conflictatione, sic distin-
guere mihi fuit religiosum. Non malè
inferri potest, ad debitorem dotis mater-
næ consistentis in genere, seu in quantita-
8 te, quam soli patri malè soluit † post obi-
tum matris, si pater non sit soluendo, vel
filius non dicat se patris hæredem, vnde
in vita patris pendet quodammodo hu-
iusce vis solutionis. Valasc. dict.Decis.69.
glo.& alij ad l.1.C.si aduers.solut.l.1. vbi
Pinell. C. de bon. mater. par.3. Superius
alleg.Natt. Surd. & alij antea adducti.

Nec mutat, quod ius quæsitum proue-
nit ex contractu patris, iccirco succedat
dispositio in text. in d.l.si vrbana, cum si-
mil. quia quod dos matris debeatur filijs,
quò ad proprietatem; patri verò quoad
vsumfructum proficiscitur immediatè ex
prouidentia legis, tametsi causa mediata
referri possit ad patrem. l.cùm oportet.C.
de bon.quæ liber.Bursat.cons. 295.num.
33. cum seq. vol. 3. & tamen sola causa
9 immediata † attendenda est. Alciat. cons.
133. lib. 9. Venet.Impress.

REMEDIVM XL.

Ex tit. ff. de ſeparationib. ac l. prima. C.de bon. aut. iud. poſ. circa ſeparationem bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Separationis bonorum remedio vti poteſt hæres, videns hæreditatem ære alieno grauatam, vt ſcilicet citatis creditoribus fiat ſeparatio iurium, quæ ei ante aditionē competebant, facto tamen prius legitimè inuentario.*

2 *Separationis bonorum effectum, tàm quoad hæredem, quàm quoad creditores, refert auctor remiſſiuè.*

3 *Compenſatio de vno corpore ad aliud, pro debitis particularibus vnius ex ſocijs non admittitur, niſi ſolutis debitis quidpiā ex illo corpore ſuperſit.*

4 *Separationis bonorum remedio magis remanet conſultum hæredi, quam per ſolum inuentarium.*

5 *Interficiens aliquem, nec ei, nec eius hæredi in bonis occiſi ſuccedit; in bonis tamen hæredis admittitur: ſed eueniente caſu bonorum ſeparatio fit; & an filius occidentis occiſo ſuccedere poſſit, ibidem tradit auctor remiſſiuè diſtinguendo.*

6 *Fideicommiſſum in caſu mortis capis fiſcus, vita delinquentis durante, & eo mortuo admittitur, vel ſubſtitutus, vel proximior in gradu, in feudalibus verò fiſcus remanet perpetuò excluſus.*

7 *Marito ſecundo ſuper viuente vxori, filij prioris matrimonij ſeparationem bonorum dotalium petere poſſunt, & illa alienare, ſaluo vitrici vſufructu; niſi mulier ante matrimonium, vel in actu ipſius matrimonij dotem tradiderit ſecundo viro in præiudicium dictorum filiorum, vigore ſtatuti.*

8 *Statutum Pap. in Ciuilib. 121. ſub Rubr. de lucris matrim. declaratur.*

9 *Filij, tradita dote per matrem ſecundo marito in eorum præiudicium, nec etiam legitimam petere poſſunt.*

Separationis bonorum remediū eſt non vulgare, & illud ſubſidiarium magnoperè, teſte Cuman. in l. creditoribus. ff. de ſeparat. & Vincen. de Franch. Decif. 246. num. 9. part. 2. in tribus, ſcilicet, caſibus, quando hæres
1 † videns hæreditatem ære alieno grauatā, vt in futurū vitare poſſit omnem perturbationem, & à ſe abdicet omnem moleſtiam, petit à iudice: quòd citatis creditoribus, & quibuſcunque alijs prætendentibus intereſſe ſeparet ab hæreditate iura, quæ ante aditionem competebant ſibi hæredi, ſtante inuentario legitimè, & opportunè confecto, quòd impedit confuſionem actionum reſultañ. ex aditione, iuxta doctrinam Baldi, & Alex. ad l. debitori. C. de pact. & ad l. vlt. §. in computatione, ibiq; Alber. Caſtr. & Corn. C. de iur. deliberand. Phanuc. Tract. de inuentar. part. 5. num. 13. & 19. & Surdus Decif. 322. num. 6. per l. j. C. de bon. aut. iud. poſſid. & tot. tit. ff. de ſeparationibus, & nos copioſè Tractat. de Portion. Rata
2 quæſt. 45. vbi expoſuimus † effectum ſeparationis bonorum, tàm quoad hæredem, quàm quoad creditores ſtante præſertim decoctione debitoris, & quoad mercatores plurium negotiationum; ne oriatur confuſio negociorum, & ne ex alterius re, aut merce, alij indemnes fiant, alij damnum ferant. vt habetur in l. procuratores. §. ſi plures. ff. de tributo. actio. Beneuenut. Stracc. de Mercatur. titu. de decoctor. parte vlt. num. 22. vnde non admittitur com
3 penſatio † de vno corpore ad aliud pro debitis particularibus vnius ex ſocijs; niſi ſolutis debitis quidpiam ſuper ſit de illo corpore. Cuman. conſil. 172. & copioſè Magon. Rot. Lucenſ. Decif. 1. Et hinc fit per
4 ſpicuum, quod per ſolum † beneficium inuentarij non plenè conſulitur hæredi pro ſui creditis, impenſa funeris, legatis ſolutis, ære alieno propria pecunia extincto, vnde hæres habeat plenam ſecuritatem, quando eſt creditor, & habet iura particularia, remedium ſeparationis bonorum etiam atque etiam ſuffragatur: aliàs non habens iura particularia non oneratur vltra vires hæreditarias ex ſolo beneficio inuentarij. Rolan. à Valle de inuent. par. 3.

in

in x. vtilitate.nume.5.& seq.Surd.consil. 365.num.15.& 16.iuncto consil.374.nu me.14. volum.3. & huc optime quadra. contextus in l. si vxor. C. de bon. author. iud.possid. Secundum suppeditat casum Bart.ad l.Lucius.ff.de iur.fisc. Ias. ad l.sororem. C.de his quib. vt indign. cum adductis à Peregrin. de iur. fisc. lib. 2. tit. 3.
5 numer. 4. vbi interfector † non succedit occiso, nec illius hæredi bonis occisi, sed in bonis hæredis admittitur, propterea, eueniente casu bonorum erit facienda separatio. Imò nec filius quidem occidentis succedet interfecto, etiam ex persona propria. Iul. Clar. in §. homicidium. nu. 22. Boss. tit. de his quibus, vt indign. nume.16. & alios ad rem citat Hondéd.consil.55.num.28.cum seq.volum.2.tametsi filius non sit culpabilis in morte, in quo velim distinguas ad mentem Capræ consil.42.& Hondede.d. loc. An ex statuto fiat incapax homicida, & tunc successio alijs applicetur, qui homicidam sequuntur in gradu; ideoq; venienti ex fideicōmisso auito, vel proauito, seu transuersali non posset objici per fiscum, nec eidem irrogari repulsa: An verò auferatur homicidæ hæreditas vti indigno, & tunc ad fiscum pertinet hæreditas omnibus alijs
6 exclusis. Excipitur † fideicommissum in casu mortis; quia quāmuis durante vita, delinquentis omnem vtilitatem capiat fiscus per l.statuis.§.Cornelio felici.ff.de iur. fisc.tamen mortuo reo succedit proximior, vel substitutus. In feudalibus autem, primogenituris: & maioratibus fiscus pؚpetuò exclusus remanet, & sequens in gradu admittitur.Peregrin.d.tit.3. in fi.
7 Tertius est casus, † quando maritus mulieris, quæ primo nupserat alij viro, ex quo prolem susceperat, superuixit vxori, adhuc stātibus liberis prioris matrimonij, quibus sit reseruata proprietas in totum, vel in quota ex statuto, aut pacto; tunc maritus mortua vxore sine liberis ex secūdo matrimonio remanet vsufructuarius omnium bonorum dotalium durante eius vita. Interim verò filijs fit potestas postulandi bonorum separationem, citato vitrico vsufructuario, saluo semper dicto vsufructu, & possunt priuigna bona iuxta reseruationem statutariam, vel portionalem alienare, Borgnin. Caualc. Decis.28.num.81.& 82.par.2.nisi in constitutione dotis ante contractū matrimonium, vel in ipso actu matrimonij mulier secundo nubens declarauerit expressè animum suum, scilicet se tradere in dotem viro suo omnia bona etiam in præiudicium filiorū primi matrimonij, statuto ità permittente ad derogationem. l.hac edictali. C.de secūd.nupt.vt hic Ticini legitur hu-
8 iusmodi statutum † in ciuilibus. cap. 121. sub Rubr. de lucr. matrimon. quoniam tunc prouisio hominis tollit prouisionem legis, & filijs nihil debetur etiam respectu legitimæ, consequenter sublata reseruatione, perperam quæritur de separatione bonorum ab his quorum nō interest, Rolan. à Vall. tracta. de lucr. dot. quæst. 34. num. 3.cum seqq. Rimin.iun. in terminis prędicti statuti nostri, consil.484.vol.5.& Borgnin.Decis.30. nume. 46. cum seqq.
9 part. 3. † Nec mutat priuilegium legitimæ, vt tradit Thessaur. Decis. 184. & quod filij prioris matrimonij, si eis nihil relinquatur, auocant legitimam quærela inofficiosæ dotis, l. j. C. de inoffic. dot. & scripsi Tracta. de Portion.Rat. quæst.85. nu. 15. Quia respondetur cum Gabriell. cons.13.num.28.vol.2.& Surd.omninò viden.cons.422.num.21.&22.volum.2. quando statutum derogat.d.l.hac edictali,& concedit facultatem præiudicandi filijs primi matrimonij in totum, eaq; facultate vsa fuerit mulier opportunè, tunc cessat detractio legitimæ filiorum primi matrimonij: non secus ac si alio titulo oneroso mater alienasset sua bona interviuos: cùm legitima consideretur tantum quoad bona relicta tempore mortis maternæ, de quibus iam non sit dispositum interviuos. & certum est plus operari statutū, quàm pactum multoq; fortiùs operabitur vtrūque vinculum. veluti hanc & aliàs rationes reddit Surd.consil.401.nume.24.25. 26. 33. 34. 35. & 37. volum. 3. atque ita intelligenda venit nostra meditatio de Portion.Rata.d.quæst.85.num.5. quando præsertim non extant filij primi matrimonij. Statutum insuper tollit dispositionem, d. l. hac edictali, & concurrit in actu matrimonij expressa traditio in præiudicium filiorum primi Matrimonij.

Addo

Addo alium casum ex mente Castr. in l. exigere ad fin. ff. de iud. cum adductis, per Becci.consil.149.nu.20.vol.2.

REMEDIVM XLI.

Ex tit. C. de præcar. & Saluian. interd. circa Saluianum interdictum. Vid. omninò Viui. Decis.416. part.3. infr. citanda. Mari. Antoni. resolut.5.lib.2. plenissimè.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum vtile quomodo, & cur censeatur remedium subsidiariu: & qualiter differat à directo, & ab actione hypothecaria, & num. 3. & 4.*

2 *Bart. Saly. & Fulgo. opinio in l. 1. C. de precario confutatur in praxi. circa vim, & efficaciam Saluiani interdicti, an excedat, necne causam locationis.*

5 *Hypothecaria pertinet ad petitorium: Saluianum autem ad possessorium.*

6 *Saluianum quam flagitet probationem, & quam hypothecaria.*

7 *Saluianum etiã pro dote validè intentatur citra excussionem Borg. Decis. 27. nu. 2. par. 2.*

8 *Saluiano in interdicto neutiquam appellatur, nec fit locus dictioni de nullitate, qua requirat altiorem indaginem, non ita in hypothecaria.*

9 *Saluianum interdictum quando competat contra tertium possessorem, & datur hæredi hæredis.*

10 *Saluianum interdictum non datur ei, qui habet constitutum efficax.*

11 *Constituti clausula num. suffragetur absenti; qui non ratificauit legitimè: aut habili tempore.*

12 *Fructus computantur in sortem in actione hypothecaria, non in Saluiano interdicto: quando quis est creditor bonorum: non etiã pecunia.*

13 *Saluiani interdicti requisita quinque.*

14 *Saluianum interdictum; quando censeatur ex amplitudine clausularum in libello insertarum intentatum.*

1 Saluianum interdictum vtile, † diuersum sanè in substãtia ab actione hypothecaria, proculdubio remediũ est subsidiarium, illudq; personale, in rem scriptũ contra quoscunque possessores cõpetens, dummodo res sit obligata. etiam extra causam locationis, & conductionis: non ita in Saluiano interdicto directo, quod non excedit causam prædictam locationis, & conductionis. l. j. ff. & C. de præcar. & salui. interd. l. j. §. vlt. ff. de interd. Sur d. Decis.174.nu.9. cum seq. quicquid censuerant D. Menoch. consi.295.vol.3. Sarmient. tract. de reddit. eccles. part.3. cap. 2.num.19.& 20. Thesaur. Decis.175. & 176.num.2.3.& 10. quoniam fundantur super opinione Bart. Salic. & Fulgos. ad d. l. j. C. de præcar. à quorum placitis di-
2 scedi. præcipuè in praxi. tradit † Eugen. consil.65.num.47. cum mult. seqq. Rot. Roma. Decis.34. nnm.24. part.2. in nouissim. Plat. ad §. item Seruiana, num.83. ibiq; duo Germani Zas. num.40.& Mynsinger. num.41. Instit. de actio. Alex. consil.112. num.6. libr.6. Corn. consil. 190. num.7. volum.1. Bellon. consil.34. num. 3. Neuizan. consil. 3. num. 16. A. Cioffi. consil.96. volum.1. Bursat. consil.82. nume.45. volum. 1. Syluan. consil.36. num. 1. & 2. Rolan. à Vall. consil.14. num. 13. lib.1. Hondede. consil.17. num.8. volum. 2. Gabriell. consil.46. nu.20.& 21. vol. j. Surd. consil.131. nu.1. volum. 1. & consil.549. num.4. volum. 4. Maluas. consil. 99. num.17. Fab. Turret. consil.30. num. 3. iuncto consil.79. num.11. volum.1. Viui. Decis.395. num.1. lib.2. Cornazzan. Rot. Lucens. Decis. 10. num. 1. & Surd. Decis.140. num.4. vel si in fonte inspicientur; qui dissentire videntur, hi ferè omnes
3 loquũtur in Saluiano † interdicto directo, in quo est necesse, quod agens probet suũ creditum ex causa cõdictionis, & locationis, atque possessionem coloni tempore contracti debiti. Mascard. de probat. conclus.1288. Caroc. Decis.114.

4 Dicitur † autem subsidiarium hoc ipsũ remedium, quia maximè supplet defectus hypothecariæ. id, quod probatur quintuplici

plici medio, ex Rot. Roma. Decis. 43. nume. 3. part. 1. in nouissim.

5 Primum est, quia hypothecaria pertinet † ad petitorium, Alexand. consil. 78. num. 2. volum. 3. Saluianum verò interdictum est possessorium; cùm quis sibi restitui petit possessionem. Bart. ad l. 1, ff. de Saluia. interd. Castr. consil. 168. lib. 2. Crauett. in puncto consil. 845. num. 8. volum. 5. Rota Roma. d. Decis. 34. Eugeni. latè d. cons. 65. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3.

6 Secundum est, quia in hypothecaria probandum est Dominiũ debitoris, quoties agitur contra tertium non habentem causam à debitore post hypothecam contractam, Rimin. Iun. consil. 833. volum. 7. Mascar. de probatio. conclus. 870. vbi latissimè Afflict. Decis. 383. Atque in hoc interdicto sufficit probatio possessionis bonorum debitoris tempore contractæ obligationis, vel post; cum probatione modernæ possessionis ex parte rei conuenti tempore litis motæ. Negusant. de pignor. par. 8. princip. membr. 1. nu. 6. & membr. 3. num. 19. Crauet. d. consil. 845. Cornazzan. d. Decis. Lucens. 10. Honded. d. consil. 17. num. 8. & 9. Turret. d. cons. 79. nume. 11. Gabriell. d. consil. 46. num. 21. Rota. Roma. d. Decisio. 34. & Viui. d. Decis. 395. num. 6. & Puth. Roma. Rotæ, Decis. 207. libr. 1.

7 Tertium est, medium, quia hypothecaria agenti obstat non facta † excussio; non ita Saluianum hoc vtile interdictum intẽtanti. D. Menoch. d. remed. 3. nume. 170. Bellon. consil. 34. Surd. d. consil. 131. nume. 2. & Steph. Gratian. Rom. Disceptat. Forens. cap. 38. num. 1. & 2. copiosè Caroci. tract. de excussion. part. 2. quæst. 31. vbi quoque differentiæ redditur ratio: Additur Viuius Decis. 416. num. 8. cũ seqq. lib. 3. vbi loquitur de Saluiano interdicto pro muliere agente ad Dotis restitutionẽ, concludens neutiquam admitti excussionis exceptionem: quia respicit petitoriũ: & tamen hoc ipsum remedium est prorsus possessorium, sic Steph. Gratian. Roma. Decis. Marchiæ. 15. num. 8. & Decis. 72. num. 17. cum seqq. atque Disceptat. Forens. cap. 38. nu. 1. cum seqq. Scapuc. & Saluian. interd. lib. 2. cap. 19. vbi de cõmun. &c. nisi ageretur pro debito pecuniario. Peregr. consil. 102. num. 8. vol. 5.

8 Quartum est medium, quia Saluianũ interdictum nequaquam † appellationem admittit, quæ tamen admittitur in hypothecaria Bart. ad l. j. nume. 4. ff. de Saluia. interdict. Ias. in d. §. item Seruiana, num. 95. Instit. de actio. Osasch. Decis. 25 num. 11. Feder. Scot. Respons. 14. num. 4 tom. 1. lib. 6. Caputaquen. ex Rot. Rom. Decis. 106. part. 3. Thesaur. d. Decis. 175 Rolan. à Vall. d. consil. 14. num. 4. D. Menoch. consil. 736. num. 3. lib. 8. Rota. Roma. Decisio. 43. num. 3. part. 1. in nouiss. vbi nec nullitatis exceptio admittitur in Saluiano, saltem requirens altiorem indaginem, non ita in hypothecaria, P. C. Brederod. tract. de appellat. part. 1. tit. 19. littera S, & Cæs. Contard. ad l. vnic. limitat. 14. num. 10. & 11. C. si de momenta. possess. vbi præterea viuidam annectit rationem diuersitatis inter vnum, & alterum casum; Declarando cum Corne. dicto consil. 190. & Contard. dict. loco. nume. 17. vbi tradit, quando etiam appellatio sit permissa à sententia lata super hoc remedio, ne sit in facultate actoris inappellabilem reportare sententiam. Nec mutat, quod Negusant. scribit Tract. de pignor. 2. par. memb. 4. nu. 133. scilicet: vtile interdictum Saluianum æquiparari Seruianæ seu hypothecariæ actioni, quia idem Negusant. primo membr. 8. partis num. 2. Excipit inter cætera caput appellationis.

9 Quintum, & postremum est medium, quia Saluianum hoc interdictum datur contra tertium possessorem, esto quod hypothecaria possessio sit amissa. d. l. 1. ff. de Saluia. inter dict. iuxta Bart. theoricã ad l. rem alienã, col. 4. ff. de pignor. actio. Puteum ex d. Rot. Roma. Decisi. 207. Contard. d. loco. nu. 11. quam ob causam Saluiano interdicto possunt agere hæredes, hæredis, etiam si hæres adeundo cesserit iura sibi cõpetentia in illa hęreditate. Rot. Roma. Decis. 47. num. 1. & 2. par. 2. in nouissimis. Non tamen datur Saluianũ

10 vtile ei, qui habet constitutum † Bello. d. cons. 34. nu. 8. Surd. consil. 191. nume. 11. vol. 2. nisi constitutum esset inefficax. veluti constitutum tutoris, vel Prælati, vel procuratoris

procuratoris generalis quod non prodest ad transferendam possessionem, Alex. cõs.81.vol.3. Rub.cõs. 117. Marchisell. q.40. nu. 6. sicuti clausula constituti non
11 suffragatur etiam mulieri pro dote, † si fuit absens tempore constituti, neque ratificauit legitime, & habili tempore, minimè sufficiente acceptatione tabellionis, quoad dominium, & possessionem transferendam. Tiraq. de cõstitu. possess. p. 3. limi. 30. Vallasch. Decis. 55. Anch. Iun. q. 23. nu. 8. lib. 2.
12 Additur, & non pœnitendum, quod in hypothecaria fructus computatur in sortem: non in Saluiano interdicto, quando quis est creditor bonorum, ad quæ agitur, secus in creditore pecuniæ. Rot. Roma. Decis. 44. nu. 3. par. 1. in nouiss.

Requisita porrò in hoc remedio recensentur à Viuio. & D. Menoch. Nesufant. Turret. ab Hõdedeo, ab Eugen. Cornazz.
13 & a Rot. Roma. † in prædictis locis, quæ sunt Nimirùm, quod Saluiano agens, dicat rem contentiosam sibi esse obligatam, vel quasi cùm sufficiat quasi hypotheca ad obtinendum. Contard. loco, nu. 14.

Secundò, requiritur capitulatio, vt ita dicam: & probatio, quod agens sit creditor, & reus conuentus sit debitor.

Tertiò, quod prius causa debiti principalis plenissimè sit terminata.

Quartò, quòd tẽpore obligationis, vel postea possiderentur bona à debitore.

Quintò, quòd reus conuentus ad præsens dicta bona possideat, nisi excipiat de dominio, eiusque probatio sit in promptu Zuccard. cons. 72. nu. 31.

Neque illud reticendum est, quod hoc remedium censetur intentatum, si prædicta extrema concurrant, ex vi clausularũ
13 salutarium, scilicet omni meliori modo, &c. super quibus &c. petens ius, & iustitiam sibi ministrari, &c. Viui. d. Decis. 395. Crauett. d. cons 845. Borgnin. Caualcan. Decis. 27. nu. 2. par. 2. Pacian. cõs. 148. in fin. & cons. 160. nu. 35. cum seqq. Steph Gratian. Rom. Decis. Marchię. 71. nu. 19. Rim. Iun. d. cons. 833. In puncto Bol. a Vall. cõs. 9. nu. 17. vol. 1. Scapucin. de Saluian. interd. lib. 1. q. 22. nu. 6. cum seqq. maxime quando clausula (omni meliori modo) est concepta cum copula Caputaquens. Deci. 124. lib. 1. nil obstãtibus subtilitatibus illis, quas aliquando audiui in foro quosdã causarũ patronos effutire, quòd prædictæ clausulæ ex stylo potius inferuntur, & quod non operantur, nisi in ambiguis: præcipuè quando apparet iustitia ex narratis, Bald. ad c. 2. de ordin. cognitio. Arétin. cons. 17. nu. 6. Alex. cons. 6. nu. 17. vol. 3. & cons. 99. nu. 7. vol. 5. Corn. cõs. 301. nu. 3. vol. 3. Paris. cons. 7. nu. 21. cum seqq. vol. 1. & Surd. cons. 273. vol. 2. Decis. in l. petens. nu. 5. C. de pact. Quoniam verius est, quòd stante amplitudine dictarum clausularũ semper subauditur remedium pinguius, & libellanti vtilius. Aymo Crauett. in respons. pro genero. nu. 215. cum seqq. & Anton. Gabriell. su. commun. tit. de claus ul. concl. 4.

REMEDIVM XLII.

Ex l. quoties C. de exact. trib. lib. 10. circa notificantem debitori alicuius de procurata contra illum captura, vnde fuga secuta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ab aliquo admonitis, aduersus eum instari per creditore ad capturã si aufugerit, creditori competit actio in subsidium aduersus admonentem, tàm pro solutione debiti, quàm pro damnis: idem quoque in prohibente executionem realem.*

2 *Fallit tamen in coniuncta persona, & in magno amicitiæ vinculo iuncta admonẽte; item in eo qui aliquod damnum passurus fuisses ex carceratione.*

Notificans debitori alicuius, creditorem anhelare ad eius capturam, † si eã
1 ob causam debitor commone factus fugam arripiat, aliàs non arrepturus tenetur ad solutionem debiti, atque ad emẽdationem damni in subsidiũ tantùm scilicet, vbi aliter creditoris indemnitati non

non sit consultum, etiam sine doli probatione, per egregium constitutionem Imperatoris in l. quoties, C. de exactor. tributor. lib. 10. Salicet. & Castr. ad l. vlt. C. de oper. liber, Iaso. ad §. pœnales num. 103. ibique Gomes. nu. 49. Instit. de actio. Marsi. singu. 137. Idquod protenditur à fortiori ad eripientem debitorem captum è manibus familiæ, seu ad prohibentem executionem realem, cùm sit vtrobique par ratio in executione reali, quæ in personali. Cagnol. ad l. 1. §. is videtur. nu. 27. ff. si quis iusdicen. nō obtemperau. Guid. Pap. q. 579. Beneuenu. Stracc. tract. de mercat. tit. de decoctor. 2. par. vltimæ par. num. 12. Phanuc. de in lit. iuran. par. 1. §. cognitis, nu. 10. cum seqq. P. Menoc. de arbitr. iud. Cas. 583. num. 5. & Bertazol. consl. crim. 375. nu. 14. vol. 2. Qua ratione scienter delegans ignoranti debitorem decoctum tenetur in subsidium erga creditorem cui, assignauit nomen debitoris Surd. 23. Decis. nu. 7. & 11. Quod si actio non remanet inanis tunc non censetur amissum creditum per l. qui actionem, ff. de reg. iur. iuncta l. nō is, ff. de dol. Idcirco
2 subsidiarium cessaret remedium † Amplius si notificans esse coniuncta persona illius, qui fuit admonitus, vel magnæ amicitiæ fœdere adstrictus, non posse hac de re vexari, quoniam coniunctio sanguinis excluderet omnem sinistram suspicionē. Istud idem procedit in eo, qui fortè sustinere debuisset magnam impensam pro illius debitoris, si fuisse captus, alimonia seu defensione. Quando quidem ratio euitandæ iniuriæ ex carceratione personæ resultantis, & alia ratio proprij interesse non sinant suspicari dolum: idcirco non tenetur coniunctus, nec valde amicus (amicus enim amico bonum cupit) ad solutionem debiti etiamsi alteruter creditoris intentionem notificauerit, quia præsumitur (vt supra attigimus) omni studio coniuncti commoda procurare, & totis iuribus eum tueri, l. hæc autem, §. 1. ff. ex quibus caus. in possess. eat. Barz. Decis. Bononien. 129. num. 4. Non ità eripiente aut eximente è manibus familiæ satellitū quoad caput violatæ Principis iurisdictionis, in quo etiam grauius delinquitur & inexcusabilius Menoch. d. cas. 583. Cō ferunt tradita per Surd. tract. de aliment. tit. 1. q. 88. & 89.

REMEDII XLIII.

Ex l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. circa ordinem in executionibus sententiarum seruandum.

SVMMARIVM.

1 *Executione l. à diuo Pio §. in venditione forma non seruata facta, sit locus appellationi, non autem nullitati ipsius executionis ex magis communi.*

2 *Pater alienando bona aduentitia filiorum ob necessitatem, formam d. §. in venditione seruare debet, alios etiam author casus refert vsque ad nu. 3. in quibus dicta forma est seruanda.*

3 *Pignus non inuento emptore, adiudicatur creditori, iuxta veram æstimationem.*

4 *Boues aratorij, & instrumenta ad fundorum culturam destinata, nisi in subsidium capi possunt, item &.*

Stipendia clericorum, & militum, nisi tamen statutum prohibeat, quia tunc nec in subsidium capi possunt.

5 *Stat. Papiæ in ciuilibus 106. 107. 108. & 109. in ciuilibus, circa pignorari prohibita, declarantur.*

6 *Boues aratorij ex ordine Magistratus, nisi quibusdam mentibus capi prohibentur, extra quos in subsidium capi possunt.*

7 *Mobilium appellatione ex communi vsu loquēdi veniunt solùm domus suppellectilia. pecunia etiam de sui natura est de genere mobilium.*

8 *Alienatione in bonorum minoris, antequam ad immobilia deueniatur, debent distrahi mobilia, & redditus, ac nomina debitorum, præmissa Iudicis interlocutoria, alia bona minoris nō extare, & alienanda esse minus damnosa.*

Æpenumero cōtrouertitur de executionis inualiditate ob nō seruatum ordinem pro instructione Iudicis, non pro forma datum, aut præscriptum l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re

de re iudica. Vbi primò capiuntur mobilia, & eis non extantibus, vel insufficientibus deuenitur ad immobilia; in subsidium verò ad nomina debitorum. Caroc.
1 tract. de excuss. bonor. quaest. 3. qui † ordo si peruertatur, facit ex cõmuniori placito nostratum in praxi quoque obseruato, locum appellationi, & secundùm alios (quibus tamen ego nequaquam consentio ob iuris luminaria, quae in contrariam fuerunt sententiam) executio est nulla. Gabriell. suis commu. tit. de execution. rei iudica. conclus. 2. Contard. ad l. vnic. C. si de momenta. possess. limitat. 18. num. 24. vsque in fin. Vincent. de Franch. Decisio. 441. part. 3. Bertazzol. crimin. cons. 402. num. 44. cum seqq. volum. 2. Asin. de execution. §. 4. cap. 90. nume. 12. Mohedan. Decisio. 185. Put. Rom. Rot. Decisio. 318 libr. 2. Matt. Coler. tract. de process. executiui. par. 3. cap. 9. num. 17. Vrsill. ad Afflict. Decis. 358. Bernar. Muscatell. vol. 2. part. 3. glo. in verb. seruata. num. 37. cum seqq. Surd. consil. 39. num. 22. & seqq. volum. 1. vbi praeterea limitat multifariam opinionem tenentium, quòd peruersione huius ordinis contrahatur nullitas execu-
2 tionis. Cui finitimum est, † quòd authoritas data patri, vt vrgente necessitate possit bona aduentitia, in quibus patriç potestatis ratione habet vsumfructum alienare. Marchisell. quaest. 113. regulanda & contemperanda est ad normã d. §. in venditione, vt primò alienet mobilia, & his non sufficientibus, immobilia: mox debitorum nomina, alioqui tenebitur filijs ad interesse, etiamsi pater hoc facere nimiũ distulerit. vulga. l. vlt. §. sin autem aes alienum. vbi Bal. C. de bon. quae lib. Pinell. ad l. 1. part. 3. num. 23. C. eod. Decisio. Perus. 13. num. 12. part. 1. Eadem statera libratur facultas testamentarij executoris. Cur. iun. consil. 327. lib. 3. qui deinde bona testatoris vendere non potest, nisi praecedẽtibus legitimis subhastationibus. Bursat. consil. 28. volum. 1. Viui. Decis. 305. part. 2. Vallasch. Decis. 68. Idemtidem si cõtra contumacem procedatur, inter aliàs poenas fit inductio in possessionem, primò bonorum mobilium, & illis non extantibus, vel non sufficientibus, immobilium, ac in subsidium peruenitur ad iura, & nomina debitorum, Abb. ad cap. quoniã frequenter. ibiq; Mynsinger. nu. 70. vt lit. non cõ-
3 testat. Quod si non inueniatur emptor, † tunc in subsidiũ adiudicari debet pignus creditori Salyc. in. l. 1. C. si in cau. iud. Castr. in cons. 156. lib. 2. Afflict. Decis. 185. nu. 5. pretio tamen iusto ab aestimatoribus, & probis viris loci illius, vbi bona sita sunt, taxato, vel in subhastatione diffinito. Asin. d. loc. & Surd. praedicto cons. 39. nu. 25. cũ seq. atq; ita debet procedere aestimatio declarando cũ Mastrill. Decis. 89. par. 1. Additur, quod in casibus, in quibus creditor succedens debitori, potest sibi ipsi soluere, praesumitur facta prius de mobilibus, quàm stabilibus. Surd. Decis. 170. Caeterùm si inter mobilia fortasse extarent boues aratorij, vel animalia ad
4 publicum bonum † pertinentia, vel instrumenta ad fundi culturam, in his quoque fieri posset executio, sed in subsidium tantùm. Vt tradit Plot. ad l. si quando nu. 712. C. vnde vi. & ita limitatur tex. in l. executores, cũ Auth. agricultores C. quae rei pignor. obli. pos. sicuti militum, & clericorum stipendia, & arma sequestrum excludũt ac executionẽ, nisi in subsidium. l. stipendia. vbi Mathesyl. C. de exec. rei iud. & Asin. praxi iud. §. 31. c. 2. limit. 33. cum duab. seqq. & limit. 36. vbi de libris scholarium. Magon. Rot. Lucen. Decis. 24. num. 7. nisi statuto prohibitum esset, capi isthaec pignora, quemadmodum in
5 patria mea viget statutum † inter ciuil. 107. tit de nõ pignorandis nec sequestrãdis vestibus muliebribus, nec lecto vxoris, siue dotali, siue non, dummodo ad id vxoris iuramentum accedat circa vsum proprium, & insuper in dominio Mediolani disertè cautum est Nou. Const. tit. de executor. §. cum executiones ac statut. Pap. 105. 108. & 109. ne boues aratorij, & instrumẽta ad agriculturam, vel ad vsum molendini, seu torcularis spectan. pignorari valeant ad instantiam creditorum quem locum scitissimè expendit D. Menoch. contra Rip. & Plot. citatos tract. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 378. siue animalia bouina, & instrumẽta rusticalia sint ipsius rustici, siue domini praedij, ne etiam in subsidium capiantur. quod, & nos interpretamur circa lectum, non quò ad vestes

muliebres

muliebres minimè dotales quæ tamē sint festiuæ, non quotidianæ prorsus necessariæ cùm non vigeat eadem ratio publici
6 boni. Verùm tamen † apud Ordines Magistratus, & Referēdarię officij temperatam non semel obseruaui prædictam cōstitutionem, & coarctatam solummodo statis quibusdam mēsibus, & temporibus quibus agricultura non impediatur, scilicet perfecto opere seminariorum, quæ extra non iniustè fit executio in dictis animalibus in subsidium, cùm non vigeat tanta necessitas, nisi pro stercorādis agris, id quod alia via fieri potest, atque ita lōgo vsu receptum esse noui. sine qua obseruantia ab his ordinibus Magistratus facile esset declinare, quippe qui contra Cæs. constitutiones nihil potest decernere inconsulto Senatu, cuius est, conditas leges interpretari l.vlt.C. de legib. cum Simil. Distinguitur quoq. inter creditorem extraneum, & dominum feudi. Peregr. cōs. 80. nu. 14. vol. 3.

Pro corollario, si placet, consideremus paulisper, an pecunia sit de genere immobilium, vt ante omnia primum ingrediatur calculum d. §. in venditione quòd secundum cōmunem vsum per vniuersā
7 Italiam notorium, † mobilium appellatio continet duntaxat vtensilia seu suppellectilia domus, non pecuniam, eoquè minus si sit destinata ad emptionem prædiorum, vel super montibus, vel in arca reposita pro negociatione, tametsi suapte natura sit de genere mobilium. Alex. & Alciat. ad l. mouentium. ff. de verb. signif. Decisio. cons. 381. & consil. 472. Rom. cons. 509. Soc. iun. cons. 183. li. 1. Surd. cons. 26. Nizol. allegat. 34. Afflict. Decis. 106. Tessaur. plenissimè. Decis. 160. Rot. Roma. Decis. 332. p. 1. in nouiss. & Carol. Iallong. Racemat. 158. nisi ageretur de pusilla pecunia, scilicet in nobili infra cētum aureos. in mediocris fortunæ homine infra 50. & in rustico 25. Tessaur. d. Decis. 160. nu. 4. Prædicta declarantur ne
8 obtineant in alienatione bonorum † minoris, quia antequam ad immobilia deueniatur, distrahuntur nedum mobilia sed etiam nomina debitorum, & redditus præmissa interlocutoria iudicis, alia minori bona non extare, & quod quæ alienātur sunt minus damnosa l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eor. Montan. de iur. tut. c. 33. num. 13. cum seqq. Morot. cons. 85. nu. 18. & deinceps, vbi copiose, & docte edisserit.

Tract. Io. Bapt. Costa.

REMEDIVM XLIV.

Ex l. Titia. cum glo. ff. de iur. dot. circa executionem faciendam in bonis dotalibus contra maritum pro debito vxoris. Declarando cum Castr. cons. 275. nume. 3. vol. 2. & cum Vinc. Franc. Decis. 636. par. 4.

SVMMARIVM.

1 *An & quando in bonis dotalibus contra virum, vbi aliter creditori non consulatur, possit in subsidium executio fieri vsque ad si.*

2 *Secundus maritus tenetur, & eius bona tacitè obligata sunt liberis prioris mariti, respectu tutelæ per vxorem susceptæ, nubentem ratione non reddita, vltra quam non extenditur.*

3 *Pater præsumitur semper habere eandem erga filios suos dilectionem.*

4 *Dos non publicabitur, publicatis bonis mulieris causa delicti in præiudicium mariti, nisi in quinque casibus.*

Ingulare illud dictum glo. vlt. ad l. Titia. ff. de iur. dot. relatum à Capyc. Decis. 128. nu. 4. quòd in bonis dotalibus † contra virum,
1 potest in subsidium executio fieri, quādo non potest aliter creditori consuli: non ità simpliciter, & absolutè recipiendum est, sed distinctionis fœdere declarandum dic cum Laderch. cons. 180. Nimirum aut agitur de debito contracto ante matrimonium, & tunc si est cum hypotheca, bona dotali transeunt cum sua causa, & onere l. mulier bona ff. de iur. dot. Alberi. ad d. l. Titia. Capyc. d. Decis. 128. nu. 9. & 10. Si verò orta fuisset tantùm personalis, tunc in subsidium agitur contra maritū, vt possessorem bonorum dotalium. Ias. ad l. à diuo Pio §. in venditione. ff. de re iudi.

M

iudi. vbi prius Alex. postquàm vxor non posset molestari in persona, sed maritus posset se eximere altero ex duobus modis. In primis, quòd patiatur fieri executionem in proprietate bonorum dotaliũ saluo vsufructu debito marito: vel cautionem saltem iuratoriam sinat exigi per creditorẽ ab vxore de sanãdo ære alieno soluto matrimonio (addunt alij remediũ vendendæ actionis de dote) & de pretio satisfieri creditoribus. Guid. Pap. Decis. 447. nu. 2. Cagnol. ad l. vlt. num. 253. C. de pact. quos citat Gallia cons. 29. nu. 19. Sed in hoc themate excipitur casus mu-
2 lieris secundo nubentis † nondũ redditis rationib. tutelæ per eam susceptæ filiorũ primi mariti, quia pro tali debito secũdus etiam maritus tenetur. Imò eius bona liberis prioris mariti tacitè obligata censentur. l. penult. C. in quib. caus. pig. vel hypothe. taci. contrah. l. hac edictali. §. omnib. C. de secun. nupt. Gayll. obseruat. 90. nu. 2. lib. 2. Asin. prax. iudicial. §. 31. c. 2. limitat. 43. Montan. de iur. tutel. & curat. cap. 15. num. 36. cum seq. apud nos tractat. de fiction. cap. 8. cas. 31. in fin. sed extra debitum tutelare, & extra matrem, aut auiam nequaquam extendi debet dispositio d. l. penult. vt defendit Deci. in puncto consilio 591. Montan. d. loco. & Surd. cons. 460. n. 67. volu. 4. & præterea
3 pater † præsumitur semper habere eandẽ erga filios suos dilectionem qua prius celebris eos prosequebatur: iccircò cesset rigor d. l. pen. contra patrem ad secunda vota transeuntem. Monticul. ad §. item seruiana nu. 46. Instit. de action.

Aut agitur de debito facto per vxorem constante matrimonio post dotis constitutionem, & tunc in præiudicium iuris quæsiti marito, non possunt creditores se cõuertere ad bona dotalia, etiãsi maritus ex statuti forma suum præstitisset cõsensum vti maritus, quando mulier contraxit, vel quasi. Guid. Pap. d. Decision. 447. Bald. ad l. ob maritorum in fin. C. ne vx. pro marit. Peregrin. in tractat. de iur. fisci libro 5. tit. 1. nu. 117. Gallia præd. loc. nu. 20. cum seq. vbi quoque assignat solidas rationes quas transplantare pudet.

Aut tandem tractatur de debito communi, viri scilicet, & vxoris, quo casu in dotali fundo executio denegatur: in fundi verò fructibus illa conceditur l. vbi adhuc C. de iur. dot. Gãma Lusitan. Decis. 200. latè de tota hac materia Coller. tract. de processibus execut. par. 2. cap. 3. nu. 250. cum seqq. multis: vbi etiam tradit formã ad mentem Bart. seruandã in huiusmodi executione. Hunc nostrũ locũ obseruauit, Io. Franc. del Castillo. Decis. 97. nu. 8.

Cæterum nec publicabitur, aut con-
4 fiscabitur dos † in præiudicium mariti etiam publicatis bonis mulieris ex causa delicti commissi post matrimonium contractum, nisi in 5. casibus, læsæ scilicet Maiestatis diuinæ, & humanæ, vis publicæ: parricidijs veneficij: & sicarij reatus l. quinq; legibus ff. de bon dãnato. Cephal. 214. Peregr. d. loc. num. 118. & Farinac. tract. crimin. parte 1. quæst. 25. nu. 112. & 3. seq. vbi excipit casũ statuti de lucro dotis, ne tunc sit locus d. l. quinq; legib. quam quoque moderatur tex. in authen. bona damnatorum. C. de bon. præscript. Peregrin. teste iam citato loco.

REMEDII XLV.

Ex l. 1. ff. de constit. pecun. circa constitutũ promissorium.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum in quem detur, vnde oriatur, & quare remedium subsidiariũ dicatur.*

2 *Vtilitates huius constituti narrantur.*

3 *Constituens se in plus, quam principalis, & sciens non tenetur, nisi seruata forma quæ requiritur in donationibus de iure communi, & statutario.*

4 *Quando de debito non constat aliunde, quã ex assertione solius constituentis, constitutum est ineffcax ampl. ibid.*

5 *Omnis contractus vitiatur ex causa finalis defectu.*

6 *Constitutum impersonale nihil operatur.*

7 *Impersonalitas, an vitiet stipulationem.*

Con-

Onstitutum promissoriũ differt in multis à cõstituto possessorio, cuius mentio antea facta fuit; vnde accedo ad constitutum promissorium, postquam secũdum Rip. in rubr. ff. de verb. obligat. nume. 31. est
1 remediũ subsidiarium † cùm non habeat locum, vbi interuenit stipulatio. l. 1. §. eũ qui ff. de constit. pecun. detur in eum, qui pro se vel alio constituit se soluturum, & oritur ex nudo pacto, vnde stipulatione interueniente redditur inutilis hæc actio, quia vbi habet locum remedium ordinarium ciuile, ad extraordinarium prætorii non est confugiendum.
2 Porrò vtilis est valde actio ex causa constituti suscepta. In primis alteri per alterum acquiritur actio per constitutum etiam citra medium procuratoris, & nũtij. Rot. Gen. decis. 45. n. 5. vbi assignatur ratio, quia in constituto dumtaxat attenditur ius gentium Rip. annot. loco nume. 32. Insuper id sortitur effectum etiamsi præcedẽs obligatio esset inefficax de iure ciuili. Affl. & Deci. 137. Parlador. Hispan. lib. 2. quotidia. cap. 3. nu. 8. & 9. vbi quoq; adducit cãdidum intellectum ad l. si quis argentum. §. vlt. C. de donat. Amplius constituens se pro alio solutũrum non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ l. frusta. C. de nõ numer. pecun. potest tamen obijcere exceptionem excussionis etiamsi cum iuramento promiserit se soluturum si opponat de eadem ante litem contestatam, nisi aliud velit consuetudo circa discussionẽ omittendam. §. 1. vbi glo. Authen. de fideiussor. Guid. Pap. singular. 611. nu. 4. Gabriel. suis commun. tit. de fideiussor. concl. 1. num. 29. Caroci tract. de excusi. bonor. par. 1. q. 22. Vasq. lib. 1. contr. Ill. c. 33. Vlterius constitutum non vitiatur si
3 constitutor † in plus se obligauerit quàm principalis, dummodo sciens id faciat, sed quia videtur donare illud plus dicerem non teneri, nisi sit seruata forma, quæ requiritur de iure communi, & statutario, in donationibus inter viuos l. hactenus. ff. de constitut. pecun. Bart. ad l. hi qui. nu. 16. ff. de fideiussor. Guid. Pap. dict. singul. 611. vbi inde notat diuersum inter fideiussorem, & constitutorem. Declarantur tamen prædicta, vt obtineant quando de debito constaret per solam confessionem constituentis, quia aliunde probari debet
4 debitum præcedens † quàm ex assertione solius constituentis. Io. Fab. ad §. de constituta. ad Instit. de actionib. in fin. Corne. ad l. recepticia. colu. 2. C. de constitut. pecun. & insigniter Vincent. Franch. Decis. 343. lib. 2. sic vbi liquet constitutum esse factum ex falsa causa quàm constituens veram esse fuit confessus cùm omnis con-
5 tractus † vitietur ex causæ finalis defectu Decis. in indiuiduo. cons. 475. nu. 31. & 32. Præterea suprad. omnia procedunt in
6 constituto personali, non impersonali, † quod nihil operetur, veluti cùm dicitur, satisfiet. nam tunc tenetur id verbum proferens impersonale ad solutionem. Authen. si quando. C. de constitut. pecun.
7 Nec mutat quòd impersonalitas † non vitiat stipulationem propterea, quod intelligitur persona loquentis. l. stipulatio ista. §. si quis ità. vbi Bart. ff. de verb. obligat. Alex. Ias. & Decis. ad l. vlt. ff. si cert. peta. Ioan. de Montesperell. cons. 199. num. 7. & vltra Surd. cons. 206. num. 24. & infra volum. 2. Illustriss. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. nume. 20. Rot. Florent. apud Magon. Decisi. 145. nu. 8. Nam solutio est in promptu, vt impersonalitas respectu personæ, cui queritur, non vitiet stipulationem: secus quando impersonalitas est obligatione respectu debitoris quemadmodum obseruauit Marti. Montero Decis. Aragon. Decis. 47. nu. 44. & 45. atque Decian. cons. 44. nu. 153. & deinceps. volu. 4. vbi illa verba aquam decurrere debere, impersonaliter expressa neminem obligant. additur Magon. Rot. Florent. Decis. 57. nu. 8. & 3. seq. vbi discutitur, an impersonalitas sit in verbis obligatiuis tantum: vel in executiuis, vel vtrinque. Quoniam impersonalitas in executiuis tantùm, non vitiat stipulationem Bero. cons. 61. nu. 14. volu. 2.

REMEDIVM XLVI.

Ex l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. circa vim fictionis inductiua.

SVMMARIVM.

1 *I*Nductiua fictioni dicitur in subsidium esse locus. exempla sunt: vt

2 *In fictione trium personarum quando iudex ex officio per inquisitionem procedit: Matrimonio: Patrimonio: Monasterio quando habetur loco filij Confessione: Spoliatore: Dominio: Traditione: Possessione: Cōtestatione litis: hærede: ciue. Solutione: Præsentia: Contumacia: Numeratione: Probatione Seruitute. Gradu. Capitatione: vsq; in fin. Representatio frustratoria quæ nam dicatur.*

Nductiuæ fictioni locum esse in subsidium, asseuerat Bart. ad l. si is qui pro emptore. nu. 30. ff. de vsu cap. Ideò ad eam nunquã recurritur, vt sæpius in vniuersum diximus, nisi cùm alia cessant remedia. quod vt planum faciã præterea quæ in compẽdioso nostro opusculo seu tractat. de fiction. superiore anno typis excuso diximus, nonnulla subijciemus

2 exempla, veluti quando iudex per inquisitionem ex officio procedit, nam fictè semper sunt tres personæ, quia fama habetur pro accusatore. Ità sanè Panorm. ad rub. de iudici. col. 1. vers. item saltem fictè. Marant. sui specul. parte 2. princip. nu. 2. cum seq. copiosè Scaccia tract. Crimin. parte 1. cap. 84. sic cernere est in matrimonio ficto, cuius meminit Ossasc. Cachera. Decis. 77. num. 22. vbi in vidua fingitur matrimonium respectu priuilegiorum maritalium, & ponit differentiam matrimonij veri, putatiui, & ficti. Gamm. Decis. 176. Accedit itidem patrimonium fictum, quod multifariam etiã dicitur, scilicet primo. vt in 2. capite fuit declaratum. Secũdo modo bona heredis, & defuncti, fictè constituunt vnicum patrimoniũ, sicuti dicitur de personis fictis, vt patris, & filij, item cedentis, & cessionarij latissimè Crass. de exception. in præiud. num. 117. cum seq. Item, & defuncti, & heredis Decis. & Cagnol. ad l. heredem ff. de reg. iur. & Surd. Decis. 315. in fin. vbi declarat regulã l. paulus. ff. de pignor. quæ disponit, quod bona hæredis nõ veniunt in generali hypotheca bonorum defuncti, sicuti aduertit Afflict. Decis. 200. & seq. etiam, quod ex bonis hæreditarijs fuissent per hæredem quæsita. Alex. cons. 74. num. 6. volum. 5. late. Scapucin. de interd. Saluian. lib. 2. quæst. 12. Plot. ad l. si quando. num. 773. C. vnde vi, non posse creditorem hypothecariam defuncti. pulsare actione hypothecaria hæredem, nec habentem causam ab hærede quò ad bona propria hæredis, potest tamen agi executiuè contra hæredem. Alex. cons. 208. num. 8. volum. 2. Monasterij. quando habetur loco filij in casibus à iure expressis, ad finem excludendi substitutum, cap. in præsentia. de probatio. Et notabiliter Vincẽt. he Frãch. Decis. 469. par. 3. vltra dedu cta per nos tract. de fictio. Quã ratione reperitur confessio ficta, vt in eo qui non respondet positionibus, nam habetur pro confesso. & isthæc confessio non dicitur vera, sed ficta. Natt. cons. 32. nume. 18. reuocabilis tamen prætextu erroris, secundùm veriorẽ & receptiorem sententiã, sicuti admittitur probatio in contrarium. c. si post prestitum, de confess. in 6. Butr. ad cap. ex parte, de confess. Alex. cõs. 145. num. 4. cons. 171. & seq. lib. 6. Neuizan. cons. 5. cum duobus seq. Syluan. consilio 100. & ante illos Rom. cons. 70. num. 10. Ozasc. Decis. 113. Rot. Genuen. Decis. 161. num. 10. Perusin. Decis. 8. p. 1. Asin. prax. iudicia. §. 19. Anto. Sola ad nou. decret. Sabaud. tit. 16. Ceuall. tract. commun. contr. commun. q. 669. & præclarè Abb. in prax. c. 73. cum aliq. seqq. Surd. præterea. consilio 360. nu. 26. cum. seqq. volumine. 3. Hinc spoliator fictus, de quo apud Bart. ad l. vlt. nu. 11. C. vnd. vi. & Gabriell. sir. commun. tit. de restitutione spoliat. concl. 1. nu. 43. Dominium fictũ l. in suis, ff. de lib. & posthum. exemplum insigne habetur penes Surd. consil. 473. nu. 7. volumine quarto, de retrotranslatione dominij ipso iure in donantem ob non præstita alimenta promissa per donatarium. Traditio ficta. §. interdum. Instit. de. rer. diuisio. & l. quod meo. ff. de acq. possessio, Possessio ficta resultans ex vi decreti, quod impertitur remedium. continuatiuum. vt apud Cæsar. Constit.

in

in domin. Mediol. sub tit. de cótinuand. possess. defunc. in hæredem quoad omnē iuris effectum tam retinendę, quàm recuperandæ, & adipiscendæ. Afflict. Decis. 299. latissimè Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. part. 2. declarat. 17. Gabriell. su. commun. tit. de acquiren. possess. cóclus. 9. Hondede. conf. 18. volumine secundo. Peregrin. tract. de fideicommiss. artic. 47. Cotta Mediolanen. suis memoral. vers. decreto Mediolan. & Paris. cons. 41. volumine primo. Contestatio litis ficta. vt in Nou. Cóstitut. prædict. tit. vlt. de iudici. §. quia petitione. vbi lis intelligitur contestata per intimationem petitionis Bald. cons. 390. volumine primo. Alex. consil. 100. volumine quinto Stipulatio ficta in casu dotis l. vni. C. de rei vx. actio. §. fuerat. vbi post Aret. Ias. nume. 68. Instit. de actio. & in alijs casibus apud eundem Areti. ad §. cum autem. nu. nono, instit. de adopt. Datur quoque hęres fictus, & ciuis fictus. l. si filius ff. si quis omiss. causa testam. Bald. ad l. cum ex oratione. ff. de excusat. tuto. Decian. cons. 11. nu. 151 & seqq. volumine primo. Solutio ficta vt in acceptilatione, Instit. quib. mod. toll. obligatio. Vel aditio hæreditatis quę habet vim solutionis l. Stichum. §. aditio ff. de solutio. l. si debitori creditor. ff. de fideiuss. l. debitori. C. de pact. Socinus. iun. cons. 57. nu. 3. volumine 3. & Surd. cons. 572. nu. 23. volumine 4. Aliter declarat Mascard. de probatio concl. 1318. num. 24. & 25 Dicitur quoque præsentia ficta, quando quis verè abest cum licentia, vel pro seruitio superioris, quia videtur adesse etiam quò ad perceptionem emolumentorum distribuendorum inter residentes, & quo ad omnes prærogatiuas competentes his, qui præsentes sunt tametsi de iure speciali competerent: itaut iuramentum de residendo minimè obstet illi, qui non residet ex licétia, vel facto superioris, c. ex parte el ij. & c. cum dilectus, iuncto c. ad audientiam. de cleric. non residen. vbi Abb. Hostien. & Ioan. Andr. & Rom. cons. 263. & 264. Ozasc. Decis. 92. nu. 10. Oldrad. cons. 117. num. 2. Boer. Decis. 17. nu. 6. & alios per multos refert Fab. de Ann. cons. 42. nu. 19. cum seqq. His addo contumaciam fictam Bald. cós. 338. volumine primo propter quam denegatur appellatio sicuti contūmaci vero denegatur appellationis admissio aut audientia. Asin. in prax. iudic. §. 13. cap. 6. Prosper Farinaci. cons. 85. nu. 23. & 24. Eugen. cons. 20. & nos etiam consilio 46. volumine primo. Ad hæc Surd. Decis. 284. nu. 10. & 11. commemorat quoque numerationem fictam, prout opponitur non veræ numerationi quandoquidem illa clausula, habuit, & recepit, prolata à notario importat verum actum eius temporis: sed quando constat pecuniam tunc verè non interuenisse, referre debent prędicta verba ad partium confessionem Bald. ad l. 1. C. de confess. & in l. si ex pretio. C. si. cert. peta. & Ias. ad l. singularia, num. 4. cum seqq. ff. si cert. pet. sicuti obseruatur de clausula, dedit tradidit, &c. inserta in instrumento venditionis, quæ non probat veram traditionem rei, nisi in conspectu rei sit factum instrumentum. ex doctrina Bart. ad l. prædia. ff. de acq. poss. Natt. cós. 360. Alex. cons. 28. volu. 2. Henriquez cons. 16. num. 13. nisi adsit constitutum Fely. cons. 50. Angel. cons. 305. nume. 2. & Bertazol. tract. clausul. claus. 26. glo. 3. vel nisi res sit iuxta fundū, aut paululum distet. arg. l. clauibus. ff. de contrah. empt. Mascard. de probat. cócl. 1184. nu. 12. cum seqq. & Practi. noster Papien. in form. libell. in caus. vendit vers. vendidit, num. 4. & in dubio præsentia rei præsumitur. Rom. cons. 509. num. 23. cum seqq. Ideò non ità simpliciter accipiēdus est locus Bart. ad d. l. prędia. prout quotidie oscitanter allegari vidi. Vt per Rot. Lucen. penes Cornazzan Deci. 169. Carol. de Crass. tract. de exception. exceptio. 13. nu. 9. & 10. Adiungitur quoque probatio ficta, vt in positionibus. Lanfranc. Balb. Decis. 282. vbi instantia perępta perit quoque probatio hęc ficta: non etiam vera. sic contumacia ficta, quando reus non est compellatus personaliter, sed ad domum forte. Gislhausen. Arb. iud. cap. 5. Ramusculo. 3. de contumac. actor. nu. secundo. sic datur seruitus vera, & seruitus ficta. Exemplum est appositissimū apud nos tracta. de fiction. cap. secundo, Monito. 4. nu. 17. cum seq. Hinc gradus verus, & gradus fictus, vnde

repræsentationis ius deducitur, & declaratur clausula illa, seruata gradus prærogatiua, vt apud Rosental. tract. de feud. cap. septimo, cócl. 56. per tot. Couarruu. practic. quæstion. c. 38. Molin. de hispan. primogen. libro tertio. cap. septimo. Valasc. de iur. emphyteut. quæst. 50. Hondede. consi. 70. nu. 46. & 47. volumine primo. Ceuall. commun. cõtra commun. quæst. 197. cum aggestis per nos d. tract. de fiction. cap. secũdo, reg. 3. vnde scribit Morot. consi. primo, nu. 35. quod repræ-
3 sentatio frustratoria est, vbi iure proprio potest succedi, quia fictio est remedium vndequaque subsidiarium, quod intelligendum esse ait Oliuer. textor. tractat. de successione ab intestato, nu. 14. in descendentibus tenentibus primum gradum tempore mortis intestati, vel destituti testamenti. Additur quoque capitatio vera, & ficta, quando tot iugera terræ habẽtur ex decreto superiorum pro vno capite circa contributionem onerum, de quo argumento scripsi, consi. primo, volumine primo. At longè diuersam habent naturã aliæ fictionis species, scilicet, priuatiua, & translatiua, quam retrotractionem vocamus, quæ aliquando ob vtilitatem (si extremorum habilitas concurrat) sunt introductæ: nonumquã ob necessitatem. Vt apud nos d. tract. de fiction. c. secundo monit. 2. vbi singula capita expenduntur, addo Crauett. consi. 212. nu. 2.

REMEDIVM XLVII.

Ex l. 2. C. de rescinden. vend. & l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. circa rescissionem contractuum ob intolerabilem læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non datur contra tertium. excipiuntur multi casus, & vbi detur in subsidium cum l. m. 5. vsque ad nu. 7.*

2 *Actio personalis non datur contra singularẽ successorem etiam respectu rei ad rem ampliatur dupliciter.*

3 *Actio personalis datur contra tertios possessores in subsidium, & quomodo.*

4 *Remedium l. si quis cum aliter ff. de verb. obligatio. datur contra tertium in subsidium.*

5 *Actiones ciuiles personales durãt 30. annos.*

6 *Statutum Ticinense sub rubr. de venditione non reuocanda cap. 102. in ciuilib. declaratur vsq; in fin.*

7 *Restitutio in integrum durat vltra quadriennium ob singolare damnum.*

8 *Remedium d. l. 2. an in vẽditione sub hasta, vel ad cridas procedat. & qualiter.*

9 *Clausula, & quod plus est, donauit, & donat quid prastet & à quo constituenda.*

NOn vulgaris versatur dubitatio circa remedium l. 2. C. de rescindend. vendit. an; & quando in subsidium detur, postquã cõmunis est opinio apud maiora nostri lumina iuris, quòd non de-
1 tur contra tertium, instar cuiusq; actionis personalis, cuiusmodi est proculdubio condictio. ex d. l. 2. C. de rescinden. vendit. l. j. ff. de condict. ex leg. l. j. §. si hæres. vbi Rip. ff. ad Trebel. itã sanè apud Salicet. ad d. l. 2. num. 18. Castr. num. 16. & Cagnol. nume. 120. Alex. consil. 10. & consil. 29. colum. 3. lib. 1. Fachinæ. controuers. iur. libr. 2. cap. 18. Insign. I. C. & Illustrissimus Præses Pedemont. Morot. cons. 28. Lanari. 44. Crauet. consil. 7. num. 15. Viui. Decis. 430. num. 3. & 6. lib. 3. sed excipiuntur singulares casus apud eund. Viui. annot. loco nume. 7. apud Rot. Auenion. Decis. 97. num. 5. Cæuall. tract. commun. con tra communes quæstio. 443. & 511. ac Morot. tracta. de possess. offer. impresso post consil. volum. 1. num. 26. & 3. seq. Gamm. Lusitan. Decis. 21. Nimirum.

Quando res est alienata secundo emptori cum eadem læsione, & primus emptor non reperitur soluẽdo, id quod debet concludenter probari ab hoc remedium intentante; tunc ex æquitate quadam conceditur id remedij contra secundum emptorem, cùm eodẽ laboret morbo vterque contractus Rol. à Vall. cons. 60. nu. 62. cum seq. volum. 4. Em. Costa sapien-

sapientissimè ad l. Gallus. §. & quid si tantùm. parte 2. nu. 64. ff. de lib. & posthum. Couarruu. varia. resolut. lib. 2. cap. 3. nu. 10. Sic quando secundus acquisitor ostēdit titulum lucratiuum, vel quando expressè fuit conuentum, quod teneatur successor, vel esset positus in locum primi seu facta cessio iurium. Crauett. cons. 12. colum. pen. & cons. 201. nu. 4. Surd. cōs. 17. in fin. Vel quando secundus sciens substantiam primi contractus, & lęsionē quo tempore ipse acquisiuit, quasi in fraudem contraxerit. Ias. ad. §. item si quis infraudem n. 33. Instit. de actio. Crauett. d. cons. 12. nu. 7. cum seqq. vel quando res esset obligata cum iuramento, & ageretur hypothecaria, sicuti quando simultaneus sit processus contra primum, & secundum emptore. Crauett. d. cons. 12. nu. 7. & seq. nam in obligatione generali facta per emptorē venit quoque res ipsi vendita, vnde transit ad quemcunque cum sua causa. Paris. cons. 50. num. 23. & sequent. volu. 1. Gabriell. cons. 155. nu. 8. volu. 1. Surd. Decisio. 163. nu. 6. Declarando tamen singulariter cum Bero. cōs. 46. nu. 20. 21. lib. 1. Huc non incongruè pertinet peregregia traditio Rot. Flor. apud Magon. Decis. 102. num. 17. vsque
2 ad fin. quod actio † personalis non datur contra singularem successorem etiam respectu rei ad rem, tametsi agatur de obligatione Camerali vigore hypothecæ in obligatione quoque comprehensæ. Anton. Massa Gallesi. tract. de formul. obligatio. Cameral. part. 2. quæst. 2. nu. 2. Henriquez cons. 62. num. primo. Sic vbi concessio est personalis, ex eo quia fit facti incerti. vel quia cōcurrant coniecturæ quibus cōcessio intelligi debet personalis per casum l. lucius ff. de seruit. rustic. prædio. quē tex. declarat Cœpoll. tractat. de seruit. vrba. prædio. cap. 2. nu. 5. & 6. Surd. d. cons. Bero. cons. 132. vol. 3. Deci. cons. 162. Iaso. ad l. vlt. num. 5. ff. de nou. oper. nuntiat. Idem Ias. & Lud. Gomezi. ad §. æquè instit. de action. Forcarul. ad l. primam. num. 20. de seruit. Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 7. Hugo Donell. ad l. stipulatio ista §. si quis ita ibique Coras. ff. de verb. oblig. ac Duaren. ad d. l. lucrus. vbi quoque attingitur, an sit opus noua constitutione seruitutis, quando est realis: vel actio personalis detur. Eugen. cons. 32. Alba cons. 645.

Nihilominus scribit ibi Magon. dari contra tertios possessores personalem
3 actionem † sed in subsidium l. planè si filium §. qui rogatus ff. de leg. primo Couar. lib. 2. var. resol. cap. 3. nu. 10. Martha de Iurisd. par. 4. centur. 1. casu. 11. num. 53. deinde sub. nume. 54. obseruat quod hęc actio subsidiaria non potest exerceri contra Ecclesiasticos, quia impediretur prærogatiua libertatis Ecclesiasticę, vel quādo possidens bona participaret de dolo consultè l. 1. ibique Bart. C. si vend. pignor. agat. vel quando præcederet causa lucratiua, vel fauore dotis. ad mentem Iaso. & Rip. ad d. §. si hæres. eodem rursum per-
4 tinere crediderim remedium l. si quis † cum aliter ff. de ver. oblig. quando dolus dat causam contractui, vel incipit in contractum ad obtinendum palmarium in iudicio nullitatis superinde intentato. iuxta distinctionem Bart. ad l. eleganter. ff. de dolo. Ruyn. cons. 141. num. 4. & 5. vol. primo. Curt. Iun cons. 64. nu. primo. Bero. cons. 158. nu. 39. 40. & 52. volum. 1. Surd. cons. 13. nume. 12. & 23. Iuncto cons. 36. nu. 9. & 10. volu. 1. Ceuall. tract. com. quæst. 226. Marchisell. quæst. 62.

Cæterùm declarantur prædicta quintupliciter.

Primò, non procedere quòad fructus perceptos ante litem contestatam, qui nequaquam veniunt in hoc ipso remedio l. 2. C. de rescind. vendit. quoniam possidetur res cum titulo, & bonafide, nec possessor potest dici in mora Cagnol. ibidem. nume. 40. ac Padilla Hispanus acutiss. ingenij num. 50. Mynsing. cent. 4. obseruat. 73. Fab. de Anna cons. 24. nu. 1. Magon. Rot. Florenti. Decis. 24. nu. 8. Alios adducit Ceuallos d. tract. commun. contra communes quæst. 536. nu. 20. & Gamma Decis. 291. nu. 5. vbi in hoc remedio restitui oportet rem. pretio meliorامentorum refecto ipsi emptòri, & debent restitui pensiones ædium exactæ post litem contestatam: alioqui emptori rem cum fructibus ratione læsionis sit potestas petendi iustū, & legitimū interesse. quod ipse ex pretio à se soluto percipere potuisset.

potuisset, vt Ceuall.d.loc.n.20.stabiliuit, videlicet, quinque pro singulis centenis. vnde redditus dicitur licitus, donec contrarium probetur. Nec interim differendam esse executionem, defendit scitè Polib Rip.obseruat. 168.

Insuper declarationem subiungit Rot. Auenion. d. Decis. 97. prope fin. vbi ex mente Couarruu.& Crauett. in prædictis locis ait, esse agendum hoc casu contra tertium possessorem intra quadriennium si sciebat venditor, ius sibi competere, & hæc scientia probetur per aduersantem : aliàs ex capite ignorantiæ mereretur restitutionem in integrum. Verumtamen memini alio in loco sustinuisse oppositã sententiam, considerata ciuili mi actionũ
5 † personalium vita, quæ durat 30. annis. Ceuall. qui DD. agmina inuicem confli-ctantium refert d.quæst.536.num.12.& 13. ex Pinell. & Cuiac. tradit Morla in emporio iuris part.1. tit.9. quæst. 21. & Viui.d.Decis. 430.

Tertio non datur d. remedium contra non possidentem. per rationem adductã à Salicet ad d.l.nu.18.

Quarto cessat resoluto, aut annullato contractu. Magon. Florent. Decis. 110. nu.8.9.

Postremò apud nos Ticinens. viget sta-
6 tutum † sub rubr. de venditione non reuocanda.cap.102.int. ciuil. quod disertis verbis excludit remedium rescissorium venditionis,aut affictus,aut locationis sub prætextu deceptionis vltra dimidiã iusti precij.quod statutum esse validum, quia ad tollendas lites manauerit, & dirigat verba ad læsum, firmat Alb. nuncupatim consf.666.nu.25.vol. 4. Additur in simili Magoni. Rot. Florent. Decis. 108. Non tamen id statutum impedit quin discedi valeat à contractu, si probetur simulatus, vel pignoratitius Gabriell.consf.74.nu.7. volu.1. Couarruu.var. resolut. lib. 3. cap. 10.colum.2. circa fi. Carol. Crass. de exceptio.aduers.statut.exceptio.12.& 32.

Non etiam porrigitur eiusdem statuti dispositio ad læsionem enormissimam. Berret.in puncto d.statuti consf. 10. quia lex illam prorsus abhorret, cùm de dolo appareat re ipsa.Decis.consf.26.colum.2. etiam in renuntiatione facta patri per filiã nubilem.Rot. Florent. penes Magon. Decis.18.Ampliatur hæc fallentia nostri statuti et si venditio sub hasta facta fuisset imo in casu enormissimę læsionis,indubitatum est deberi quoscunque fructus etiã ante litem contestatam, & primo quoq; tempore contractus perceptos , & delapsu quadriennij non esse curandum. Gamma Decis.232.Ceuall.d.quæst.536. nu.1.Rebuff.tractat.de præcon.& licitat. articu.6.glo.1.n.28.& Asini.de executio.
7 §.6.capit. 14. sicuti restitutio † in integrũ perdurat vltra quadriennium ob eminẽtissimum damnum.glo.in cap. 1. de rest. in integrum in 6.Maluas.consil.55.num. 28.Hondede.cons.80.num.89.volum.2. multo certius, si incidenter sit petita : vel cum proceditur sola facti veritate inspecta.Decian.cons.16. nu. 31. & cons. 81. nu.17.cum seq.volum.5.

Ampliatur etiamsi iudicis decretum in subhastatione interuenerit, dummodo euidentissimè læsio probetur. Gabriell. qui fusius examinat materiam d. l. 2. in suis commun. tit. de emptio. & vendit. conclus. 1. nu. 61. cum duobus sequent. Pinell.ad d.l.2.parte 2.cap.2.nu.25. quẽ cum alijs refert Surd.cons.39.nu.4.volu. 1.Crauett.cons.20.Mari.Antonin.resol. lib.2.resolut.15.nu.4.de magis communi fidẽ facit Anton. Sola in noua decreta Pedem. tit. de form. & ordin. obseru. in pignor.subhastat.& c.vbi in specie loquitur de pignore iudiciali in solutum pro executione rei iudicate tradito.concludẽs num.20.& 26. in consideratione lęsionis habendam esse rationem temporis, & commoditatis concessæ debitori cõdemnato ad luendum : & præterea tunc demum obtinere locum prædicta ; nisi per statutum, aut per constitutionem fieret potestas debitori opponendi contra, caueaturquè debitorem esse citandum ad opponendũ contra, ante decreti interpositionem, & rursum liceat sibi appellare à decreti interpositione, & tamen decreti interpositio transierit in rem iudicatam : cum datio insolutum iudicialis in casibus non reseruatis nec exceptis, habeat vim sententiæ diffinitiuæ, quæ transit in iudicatum, si ab ea non appelletur. Alex.cõs. 11.volum.5.Deci.cõs.449. & 592.Plot. ad

ad l. si quando. num. 526. C. vnde vi. Magon. sub Rot. Flor. decis. 132. nu. 10. cum seq. Sola præd. loc. num. 22. Qua ratione plerisq; placuit, decurso tẽpore cridarum emptionaliũ cessare prorsus. hoc ipsum remedium rescissorium cum perpetua silentij impositione, & omnium iuriũ priuatione. Curt. Iun. cons. 74. Cephal. cons. 29. Bursat. cons. 66. volum. 1. & Alciat. cons. 35. lib. 2. postquam definit quoque posse intẽtari restitutionem in integrum aduersus cridas. teste Alex. cons. 165. vol. 6. Rol. à Vall. cons. 72. vol. 3. Alb. cons. 443. vol. 3. Gallia cons. 30. apud nos cõs. 72. nu. 13. lib. 1. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 201. Ego tamen in casu læsionis enormisimæ, quæ dolum arguit omni tempore; dixerim adhuc sic decepto esse de æquitate subueniẽdũ: non quoad auocationem bonorum, quæ iampridem liberè ad cridas transiertit, sed quoad supplementum iusti pretij, cum aliud sit euictio, & aliud læsio. ex traditis per Gam. decis. 66. 95. 198. 232. 266. atq; Plot. in indice ad d. l. si quãdo. super decr. de bon. ad crid. ponend. vers. decretum, & cridæ duplici de causa. Burs. cons. 66. nu. 7. cũ seq. vol. 1. Sic in casu venditionis ad hastã ob læsionẽ enormissimam in magno excessu competere remedium rescissorium censuit Senatus in causa sororũ de Rhaude contra M. Mariam Aresiam referente Senatore Acerbio. Etiam quando Iudex dat in solutũ nullo habita certitudine valoris bonorum: nisi ex simplici partis assertione Cagnol. in l. 2. nu. 163. C. de rescind. vend. Nec mutat, quod obiectatur de restitutione in integrum, quia facilius derogatur iuri speciali, quàm iuri communi. præclarè Gabr. suis communibus tit. de reg. iur. conclus. 9. vltra quod non est pacifica illorum traditio, qui senserũt indistinctè, non dari aduersus proclamata emptionalia prædictum remedium restitutionis in integrũ, vt cernere est apud Plot. d. loco. vers. decretum inquit. ac D. Odd. de restit. in integ. quæst. 72. art. 1. nu. 16. Vt tamen minor correctio iuris cõmunis inde emergat, posset quis omisso capite rescissorio agere ad supplẽdum iustum precium, cùm sufficiat, quod statutum in aliquo operetur, & tollatius eligendi aliàs competens venditori intentãti remediũ d. l. 2. Crauett. cons. 192. Rol. à Vall. cons. 7. vol. 3. Vincent. de Franch. decis. 224. ad fin. parte 1. nisi esset adiecta
8 clausula † siue conditione, & quod plus est, donauit & donat, quam solùm apponere potest liberam habẽs bonorum suorum administrationem, & ità vt seruetur forma donationis veluti contra Bart. & asseclas defendit Rimin. iun. pleno cons. 814. vol. 7. & Gallia cons. 32. nu. 35. Verum est quod scienti maiorem valorem bonorum non competit dictum remediũ l. 2. Bald. cons. 3. vol. 3. Socin. sen. cõs. 48. vol. 4. & Cagnol. ad d. l. 2. nu. 124.

REMEDIVM XLVII. ILLATIO.

Circa transactionis etiam iuratæ expugnationem prætextu enormissimæ læsionis ex l. lucius. §. vlt. ff. ad Trebell.

SVMMARIVM.

1 *Remedium rescindendæ transactionis datur colore læsionis enormissimæ, & respectu valoris rei, necnon & dubij litis euentus.*

Dubius litis euentus articulari simul, & probari debet. eod. nu. & quomodo: nu. sequent.

2 *Transactio obturpem læsionem, non obstante iuramento, vel renuntiatione ritè concepta, rescinditur. & cur. & num. 9. cum sequent.*

3 *Quando æstimatorum constitutio fit à iudice, duo vel plures periti, si habentur, sunt constituendi.*

4 *In comparatione litterarum vnus tantum peritus adhibetur, si duo non reperiuntur.*

5 *In hoc remedio, quomodo accipiantur verba, in subsidium, vbi agatur de peritis ratione dubij litis euentus, & nu. seqq. duobus.*

6 *In foro passim rescinduntur transactiones enormissimam continentes læsionem, absque probatione dubij litis euentus.*

7 *Pro peritis habendis, ad viciniorem locum in subsidium recurritur: & quibus viciniores recipiantur.*

8 *Vicinus*

8 *Vicinus locus quis intelligendus.*
9 *Maritus non excusatur, vbi non inuenit pro uxore Medicum in patria, nec accessit ad vicina loca, ut peritum haberet.*
10 *Absolutio à iuramento non est necessaria, si læsio enormissima sit iam detecta; secus si deregenda.*
11 *Quadriennij lapsus ecclesiæ aut minoribus non nocet, quando graue est præiudicium.*
12 *Periti, in dubio litis euentu, circa ius versantur, potius quàm circa factum; & cur.*

Vbsidiariæ rei nostræ scenam etiam ingreditur remedium de trãsactione placitorum rescidẽda prætextu læsionis enormissimè, cùm in magno excessu, & vltra dimidiam pro-
1 batur, non solùm respectu valoris rei † sed etiam respectu dubij litis euentus l. lucius. §. vlt. ff. ad trebell. qui simul & articulari, & probari debet. Alex. cons. 42. nu. 12. & seq. vol. 1. Soc. sen. cons. 85. nu. 3. vol. 1. Hond. cons. 34. num. 55. vol. 2. Declarabis cum Calder. cons. 4. de arbit. non requiri dubium litis euentum quando euidens esset læsio. Regulariter tamen ob dubium litis euentum debet adesse læsio vltra quadruplum. Menoch. cõs. 568. nu. 18. cons. 603. nu. 27. cum seqq. & cõs. 1111. nu. 84. Cagnol. Pinell. & Pantaleo. Cremen. ad l. 2. C. de rescind. vendit. Rol. à Vall. 28. nu. 27. vol. 4. Decian. cons. 56. nu. 72. cum seq. vol. 4. Menoch. cons. 156. nu. 36. & cons. 508. Crauett. cons. 151. nu. 27. iuncto cons. 430. nu. 4. cum seqq. Surd. pleno cons. 480. nu. 14. cum seq. vol. 4. Molin. de Hispano. primigen. lib. 4. cap. 9. nu. 34. & seq. Rot. Roma. Decis. 102. & 732. parte prima in nouiss. Mynsing. obseruat. 91. cent. 6. Gayll. lib. 2. obseruat. 70. Put. Decis. 230. lib. 1. cum adductis per A. Gabriell. su. communit. de empt. & vendit. concl. 1. nu. 68. & deinceps. Sim. de Præt. cons. 7. & 27. Berret. cons. 39. col. 14. & 15. Tessaur. Decis. 165. nu. 6. ante eum Ossasc. Decis. 41. Alter Gabriell. cons. 154. vol. 1. Mascard. de probatio conclus. 661. Valasch. Decis. 18. numer. 7. & Vincent. de Franc. duas opiniones referen. Decis. 159. nu. 7. parte 1. Peregrin. de fideicomissi. art. 52. nu. 98. cum sequent. vbi non obstante iuramento, aut renuntiatione amplissimis, & pregnantissimis verbis cõ-
2 cepta expugnatur transactio † ob immoderatam læsionem. Alb. cons. 89. vol. 1. & Mari. Antoni. lib. 2. resol. 59. casu 24. vers. præterea dato. Idem Peregr. cons. 73. nu. 28. vol. 1. Gallia cons. 27. nu. 12. iuncto cons. 32. nu. 42. Gamma Lusitan. Decis. 10. & 110. quantum hoc pacto arguitur dolosa transactio, saltem re ipsa qui æquiparatur dolo ex proposito ad transactionem rescindendam, vel annullandam ex remedio antea tacto l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. per actionẽ de dolo: vel exceptionem, vel duplicationem, præclarè illustriss. I.C. Ludouic. à Peguet. in decis. Regni Catal. cap. 167. nisi fortè damnum aliũde venire posset: tūc nõ datur læsio enormissima Soc. Sen. cõs. 266. num. 14. vol. 2. Caputaq. sub Rot. Rom. decis. 172. nu. 5. part. 3. Verùmtamen duo periti eligiti debent, & adhiberi circa probationem dubij litis euentus cuiusmodi probandi modum tradit. Natta cons. 244. nu. 10. & seq. Lancellot. Gallia cons. 27. nu. 10. & cons. 40. nu. 35. Ample Menoch. cons. 1111. nu. 77. lib. 12. Alias si vnus tantùm sit in loco, sufficit illum adhiberi. Menoch. cons. 562. nu. 18. & statur illius interpretationi, si sit honesta, non autem suspecta persona, id quod protẽditur quoq; ad interpretes idiomatum l. 1. §. vlt. ff. de verb. obligatio. & præclarè Alex. cons. 179. nu. 8. cum sequent. vol. 2. Mascard. de probation. conclus.
3 1169. nu. 21. Sic quando æstimatorum cõstitutio fit à iudice quia tunc et duo, vel plures, si habentur, sunt constituendi. Mascard. d. tract. conclus. 53. nu. 14. cum prędictis simile adducitur in comparatio-
4 ne † litterarum in qua pariter vnus tantùm adhibetur, si duo non inueniuntur. decis. Perusin. 7. nu. 9. parte 1.
5 In subsidium † declara, scilicet, quando non extaret copia peritorum in controuersiæ loco, ità vt nec vnus haberi valeat, post et motiuũ læsionis enormissimæ probatæ concluderet, sufficere ad transactionem rescindendam, quia iudex ipse corã quo disceptatur, ipsum litis euẽtum æstimat, & per iudicem æstimatio fieri poterit

rit implorato eius auxilio, vt se ex officio informet. Marchisell. quæst. 107. nu. 4. vbi recensetur triplex modus probandi dubium litis euentum: quādoquidem ità demum res peritis committitur à iudice quando ipse nullam habet eius rei peritiā

6 saltem ex professo potissimum. in foro † in quo penè quotidie rescinduntur transactiones enormissimam continentes læsionē absque probatione dubij litis euentus. fusè Mascard. d. conclus. 1169. num. 23. cū multis seq. Vel tutius esset, in subsi-

7 dium † ad viciniorem locū recurrere pro habendis peritis modò sint versatissimi, in foro, & in iure, quibus æstimetur dubius litis euentus. arg. cap. cùm olim. de consuetudin. prout sepè euenit in loco obscuro, & ignobili, non insigni vbi peritorum copia sit nulla, & eò magis si causa sit ardua. Deci. ad cap. proposuisti. nu. 10. cum sequent. de probat. Pinell. ad d. l. 2. parte 3. vlt. nu. 5. C. de rescinden. vendit. & Mascard. d. conclus. 1169. nu. 21. cum seq. Quemadmodum in simili cautum est Cæsar. dominij Mediol. constitut. tit. de iudici. §. his peractis dum iubet dari per partes solummodo iudices confidentes, & non suspectos residentes illius ciuitatis, in qua seu cuius territorio lis agitatur, si ibi copia erit: sin minus de alijs residentibus in vna ex ciuitatibus proximioribus: similis regula habetur in materia appellationis si confidentium copia non sit in loco sententiæ apud easdem Constit. tit. de appellatio. §. qua appellatione. Vn-

8 de quomodo sit accipiendus locus † vicinus, scitè declarat Felin. ad cap. quosdam. de præsumption. D. Menoch. de arbitrar. iudi. cas. 222. & huc quadrant quæ copiosè adducit Camill. Gailmius celeberrimus I. C. & Colendiss. præceptor meus tract. de verb. significat. lib. 10. cap. 26. sic Castren. ad l. iuris ignorantiam. nu. 2. C. qui admitt. scribit, non excusari rusticos, & comitatenses si non consuluerunt peritiores ciuitatis cui subest locus ille, si ibi degunt periti in iure, vel loci vicini. Ita

9 quoque in marito † qui non excusatur si non inuento pro curanda vxore medico in patria non accessit ad vicina loca, vt peritum haberet Alex. ad l. si ab hostibus. nu. 14. ff. sol matrimo.

Iam verò, vt vnde digressi sumus, reuertamur, negocium facere non potest renuntiatio, iuramentum, nec alia quæuis cautela, vbi læsio subest enormissima, etiam quoad effectum suspensiuum, maximè in reductione ad arbitrium boni viri: ità tamen quòd iudex prius summariè degustet, nūquid præsumptus subsit dolus. Butri. consi. 24. Alciat. consi. 84. nu. 2. lib. 7. Venet. impress. Corn. cons. 221. lib. 2. Seraphi. de iuram. priuileg. 2 r. nu. 87. Bero. cons. 33. vol. 3. Bursat. cōs. 431. & seq. vol. 4. Cephal. cons. 480. Lancell. Gallia. in puncto communis obseruantiꝫ cons. 125. Syluan. cons. 71. Magon. sub Rot. Luces. Decis. 98. nu. 33. D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 73. Rimin. Iun. cons. 798. nu. 28. & 29. vol. 7. cum aggestis per Gabriell. su. cōmun. tit. de arbitr. concl. 3. Mascard. de probatio. conclus. 531. n. 25. cum seq. concl. 563. & conclus. 1259.

10 Imo nec est necessaria absolutio † à iuramento si læsio enormissima sit iam detecta: secus si detegenda. Hiero. Gabriell. cons. 9. lib. 2. & Rot. Roma. d. Decis. 102. nu. 9. parte prima in nouissim. & A. Gabriell. su. commun. tit. de iur. dot. concl. 1. vbi abundè.

Illud porrò subticendū nō est quadri-

11 ennij † lapsum ecclesiæ, aut minoribus minimè nocere, quando intolerabile, & immoderatum est præiudicium, glo. vlt. ad cap. 1. de in integrum restit. in 6. Rot. Roma. Decis. 446. parte 1. in nouiss. Et Odd. tract. de restit. in integr. quæst. 19. nu. 90. vel post quadriēnij cursum ad huc potest Ecclesia agere contra negligentem pro emmendatione damni. Glo. in cap. placuit. 16. q. 3. Abb. in c. si de terra de priuil. Felyn. in cap. primo nume. 12. de prescripr.

12 Et quàmuis peritorum † partes regulariter sint versari circa factum: non circa ius Ceph. cons. 104. colu. vlt. tom. 1. nihilominus in hoc argumento reuoluitur mantellum, cùm in eo plurimum iuris contineat dubius litis euentus: nec dicum autem facti. vt tradunt. Cagnol. Cremen. & Pinell. in prææallegatis locis.

REMEDIVM XLVIII.

Ex l.in causæ.la.2.ff.de minorib. & tit. ff. ex quib.caus.maiores. circa vtramque restitutionis in integrum speciem.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum iure minoris, non est deneganda etiam si contra tutores, vel administratores, qui soluendo sint, agi possit, & cur.*

2 *Restitutio in integrum ex clausula generali, non habet locum, quoties contra administratorem soluendo existentem, agi possit, & opponatur.*

3 *Restitutio in integrum, remedium est subsidiarium. vbi exempla enumerantur: precipuè in forense ob probabilem ignorantiam statuti.*

4 *Minori, vtraq: restitutione competente, atque coniunctim eas intentante, quomodo agendum: & vtra earum præferenda.*

5 *Ecclesia non restituitur in emphyteusi, si cessatum fuerit in solutione canonis, nisi in subsidium, & optione sublata, de qua. num. 1.*

6 *Recuperatio emphyteusis, fit ad ecclesiæ, non morosi rectoris commodum.*

7 *Culpa prælati nocet ecclesiæ.*

8 *Pactum resolutiuum in euentum non solutionis canonis est conuentionalis præscriptio, non legalis, mixta, aut remedium caducitatis subsidiarium. limit. eamque declarat.*

9 *Dispositio l. Aemilius. ff. de Minor. procedit tantum de rigore iuris.*

Aequitas scripta vbi seruetur.

10 *Procurator solemniter constitutus, quando minori electionem auferat.*

11 *Restitutio in integrum cessat omnino si minor litigat per procuratorem cum iuramẽto constitutum.*

12 *Optio, in casibus ex quibus non tollitur actio minori cessat exemplum, in restitutione in integrum aduersus lapsum instantia in causa principali, quæ subsidiaria est. & declaratur.*

13 *Restitutio cessat, vbi apparet de nullitate actus.*

14 *An hoc remedium subsidiarium competat, vbi potest appellari, & vbi competit remed. l. 2. C. de rescind. vend. & vbi potest esse locus remedio alicui ordinario remissiuè.*

Vbsidiarij remedij naturam sapit etiam restitutio in integrum ex summa æquitate deductum l.in causæ.2.ff. de minor. circa quod propono tres inspectiones diffiniẽdo circa singulas, quid pro veritate tenendum sit. Prima est inspectio quando agitur de regulari
1 restitutione in integrum † iure minoris, quæ pariter ad vniuersitates, & ecclesiam protenditur læsas intra dimidiam veluti in tertia parte, & aliquando minori affectas damno iuxta arbitrium iudicis, siue sint actores, siue rei Afflict.ad cap.1.num. 88.cum seqq.de feud.dat. in vim leg. cõmissor.Gabriell.su.cõmu.tit.de in integr. restit.concl.prima.Rot.Roma.Decis.34. part. 2. in nouissim. Vincent. de Franch. Decis.248.parte 2. plenè Cald. ad l.si curatorem habẽs. verb. min.nu.63.C.de in integr.restit.Sfort. Odd. tract.luculẽtissimo de restit.in integ.quæst.4. articu. 12. & quæst.19. artic.7. Laderch. cons. 108. nume. 4. nisi ex facie actus resultet læsio. Minsing. obseruat. 16. Cent. 4. latissimè Mascard.de probat.conclus. 1273. nam isto casu restitutio in integrum cùm concedatur in priuilegium personæ, & tamquam pinguius remedium, non est deneganda minoribus, vniuersitatibus, vel ecclesijs etiam si recursum habere queant contra tutores, vel administratores qui soluendo sint, & idonei facultatibus existant, ne intercidat ius optionis competẽs huiusmodi priuilegiatis personis: quicquid in oppositum per l. cùm mandato. ff.de minor. dixerit Rol.à Vall. cons. 10. num. 20. cum seqq. volum. 2. Crauett. cons.7.nu. 14. cũ alijs adductis per Viui. Decis. 501. nu.16.lib.4. quandoquidem indistinctè quò ad hoc detur electio minoribus, & quib. supra, vel prædictum remedium intentandi aduersus tertium occupatorem rerum suarum, vel pulsandi tutores, & curatores vel vti remedio ordinario, vel hoc extraordinario, vti pinguiore,

pinguiore, & maximè contra diuersas personas. l. 3. & vlt. C. si tut. vel cur interuener. Aretin. conf. 161. Idem Rol. cōs. 72. nu. 46. & seqq. vol. 3. Natt. conf. 492. nu. 8. Surd. cons. 95. n. 22. cum seq. volu. 1. Viui. d. loc. nume. 17. cum sequentib. Corbul. qui alios refert. de iur. emphyt. tit. vlt. ampliat. 27. num. 24. & de magis communi. Carol. Ialongius Racemat. 9. num. 14. vbi citat commilitones. Bursat. ante illum cons. 412. num. 32. volu. 4. & hoc esse verissimum etiam in cōmunitate testatur Peregrin. cons. 94. nu. 58. volum. 2. quinimò si minor, ecclesia, vel vniuersitas vnum eorum elegerint idest contra tutores, & administratores agere cœperint, nihilominus ad hoc remedium conuolare possunt d. l. vlt. C. si tut. vel cur. interu. & dictę restitutioni in integrum renūtiari nō potest, si credimus E. Suarez. in comm. opin. to. 2. m. fo. 276. colum. 2. conclus. 1. in fin.

Secunda inspectio pertinet ad irregu-
2 larem restitutionem in integrum † ex clausula generali, si qua mihi iusta causa competentem etiam maioribus, & tunc ex æquitate nō obtinet, qui potest habere regressum contra administratorem si soluendo sit, & opponatur. vt nos etiam meminimus circa excussionis remedium,
3 cum inter remedia subsidiaria † reponatur hæc ipsa in integrum restitutio Castr. ad l. vlt. C. si aduert. vendit. pignor. Alb. cōs. 229. nu. 17. vol. 2. Socin. iun. cons. 45. & 46. volu. 4. Curt. sen. cons. 58. nu. 4. & 5. Rimin. iun. cons. 249. num. 94. volum. 3. Maluas. cons. 118. nu. 20. Surd. cons. 226. nu. 3. & 16. volum. 2. & cons. 335. nu. 73. volu. 3. & præclarè M. Ant. Eugeni. cons. 95. Borgnin. Caualca. tract. de tutor. nu. 100. cum seqq. & Odd. tract. quæst. 22. artic. 4. & quæst. 89. art. 7. veluti in forēse probabiliter ignorante statutum loci cōtractus, cui idcirco succurritur hoc ipso remedio. Innoc. Ioan. Andr. & Butr. ad Rubr. de constitut. Odd. de restit. in integ. q. 8. artic. 12. & Caputaq. ex Rot. Rom. Decis. 207. parte 3. cum alijs aggestis per Carpan. ad stat. Mediol. in præfation. n. 551. etiam si statutum disponeret, non posse allegari ignorantiam: quia intelligeretur de crassa tantum. Plot. ad l. si quando. nu. 858. C. vnde vi. in restitutione in integrum ob instrumenta de nouo reperta, vel quando quis fuit impeditus ea producere. Surd. conf. 268. nu. 18. volum. 2. Curt. iun. conf. 18. Gab. suis communibus. tit. de rest. in integr. concl. 2. vel quando fluxit. 1. & 2. fatale tunc indirectè, & in subsidium datur tertium fatale per restitutionem in integrum ex clausula generali. c. ex ratione. &c. ex insinuatione. de appell. ac vtrobiq; Abb. Muscatell. sua praxi. tom. 2. par. 3. glos. fuerint n. 7. dummodò liqueat de impedimento, vel ex parte appellatoris, vel ob casum fortuitum, vel ex facto tertij, qui non sit soluendo. glos. Fab. & Fulg. ad authen. ei qui C. de temp. appell. Boer. Decis. 247. Gramat. Decis. 69. Oldrad. cons. 60. Curt. sen. cōs. 24. præcipuè vero ob inopiam appellatoris. declarādo cum Lancell. de attentat. par. 1. cap. 12. ampl. 1. num. 50. & deinceps exemplum in creditoribus viri, qui confessus sit constante matrimonio dotem recepisse; & hanc confessionem ignorarunt creditores vt eis succurreretur per restitutionem in integrum aduersus lapsis temporis. Decis. Peruf. 66. nu. 40. par. 2. Surd. cons. 489. nu. 5. vol. 4. Declara cum Gozad. cons. 42. nu. 1. & 15. Idest ne competat hoc remedij creditoribus habētibus causam à marito lapso tempore. Stephan. Gratian. Rom. Decis. Marchię 103. num 19. vbi Quoque citat Socin. Bald. nouell. Menoch. Gab. Rol. & Caputaq.

Tertia inspectio versatur circa vtrunque remedium coniunctim intentatum
4 per minorem † nam tunc inquit Decis. Perusin. 55. num. 22. vsq; ad fin. parte 1. quod ex quo minor non vtitur omninò ætatis suæ priuilegio, prius & ante omnia debet dirigere aciem, & actionem suam contra tutorem, vel curatorem, quando sint soluendo: alioqui vt præseruetur minor illæsus, & vt euitetur inutilis circuitus, concedenda illi erit restitutio in integrum ex edicto minorum. sicuti hoc ipsō beneficio perfruitur minor etiamsi coniunctim dicta duo remedia proposuisset, quādo tutor, & curator illegitimè est cōconstitutus: nihilominus apud nos præualeret in hac mixtura remediū ex edicto

minorum, nisi fortè competeret restitutio mixtum, scilicet propter ætatem, & læsionem contingentem in puncto mortis. Peregrin.d.cons.94. nu. 60. tum ob amplitudinem salutarium clausularum libellis fori nostri apponi vsitatarum, vt tradit Grauett.in respon. pro gener.nu.215.cũ seqq.tum ob ingentem fauorem, quo potitur restitutio in integrum ex edicto minorum.Socin.iun.d. cons.45. & 46. tum etiam quia duæ causæ simul complicatæ habentur pro vna pleniore, & fauorabiliore, ne aliàs inducta in augmẽtum operentur diminutionem. iurib. notissim. vt in simili infert. Cæsar.Contard.de momenta possess.limit. 24. nu.17.cum seq.

Ad d.l. cùm mandato. responsio Cald. in commentar.d.l.si curatorem.verb.implorare. nu.10. non potest displicere, ibi.

At quia supra diximus, ecclesiam, non secus ac minorem, cuius iure & priuilegio vtitur, hoc subsidiario restitutionis in integrum remedio vti posse; vnicam tibi reticere nolo restrictionem, ea est quòd in emphytheusi ecclesiæ cõcessa minimè ec-
5 clesia restituatur, si cessatum fuerit in solutione canonis, nisi in subsidium: planè dicta optione prorsus cessante, prius tenetur aduersus Prælatum, vel eius hæredes experiri; mox per in integrum restitutionem, & in subsidium emphyteusim recuperabit, vel feudum post mortem, aut depositionem prælati, qui deliquit canonem, vel censum non soluendo, quia re-
6 cuperatio † fit ad ecclesiæ, non morosi rectoris commodum, vt contendit rationibus tueri, atque testatiss.autoritatibus cõprobare. Corb.designat.loc.nu.25. vsq; ad fin. & ampliat. 29. præcipuè se fundãs super vi pacti resolutiui, seu conditionis resolutiuæ contractus ab initio in concessione emphytheuticaria, vel feudali appo-
7 sitæ, cui parendum est, & culpa, † prælati nocet ecclesiæ Ang.cons. 168. & Rimin. cons.27.vol. 2. quam opinionem pariter alijs subtilitatibus perpensis sequitur Polyd. Rip. præstantissimi ingenij I. C. obseruat.7.& 8. concludens contra Odd.&
8 Viui. pactum † resolutiuum in euentum non solutionis canonis esse præscriptionẽ conuentionalem non legalem, nec mixtam, & remedium caducitatis, de quo in l.2. C. de iur. emphyteu. subsidiarium, si nihil super hoc capitulo fuerit pactum. Cæterùm stante pacto resolutiuo cũ maiore inito à principio concessionis in emphytheusim, alia res est, desinitq; procedere dictæ l.2. dispositio, & repente subintrat l.æmilius.ff. de minor. Hieron. Papon.cons.85. Surd.decis.4. nu.16.vbi de præscriptione coepta cum maiore. Verùtamẽ æquitas me impellit, vt à præd. modificatione discedam quoad minorem, à qua etiam discessisse Reg. audientiã ostẽdit Viui. allegat. Decis. 501. vbi minoris respũ nodum resoluit omne. Rosent. de feud.c.10.concl.3.nu.19.cum seq.& copiosius Scrad. eiusd.nominis. tract. parte 9. section.9.num.70. & 3.seq.quia in minore consideratur infirmitas intellectus quæ illum tuetur aduersus omissa,& præterea nulla ratio patitur, vt vllo tempore damnum sentiat directè, vel indirectè. l.minor xxv. ann.aduersus.ff. de minor. Vincent.de Franc.Decis.431. par.2. Mari. Antonin.lib.1. resol. 54. Planè diuersum est in Prælato, vel in rectore ecclesiæ, qui quandiu beneficium obtinet ecclesiasticum, ob eius culpam caducitatis sentit detrimentum, mox eo mortuo, vel aliter resoluto iure suo, ecclesia, cui non potuit is præiudicare in quæsitis, remedio restitutionis in integrũ feudum, aut emphyteusim recuperat. iuxta ea quæ tradidimus tract. de facti scienr. & ignor. inspect. 39. tom. 1. addo Camill. Borrell. cons.67.& Mich. Nizoli.allegat. 38. nu.
9 7.8. Vltra quod dispositio † d.l. æmilius, procedit tantum de rigore iuris: non de æquitate, quæ cùm sit scripta semper attendi debet, præsertim in terris ecclesiæ, in foro ecclesiastico. in Curia mercatorũ, & in omnibus gentibus, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, vt plenissimè defendit Barz. decis. Bonon. 107. nu.31. vsq; ad nu. 39. Tanto minus pactum resolutiuum minori nocebit, si renouatiuè fuerit inuestitus. Quare his quæ respiciunt caput restitutionis ex edicto minorum supersunt aliæ declarationes, & po-
10 tissimum, quando curatores † fecerunt, vt procuratores solemniter cõstituti, tunc non datur minori electio, sic text. in d.l. cùm mandato per glos.ibi in verb.audiri.

intelligit

intelligit Fulgos.conſ. 150. nu.3. & ſcitè Polyd. Rip.obſeru.114. Nec pugnat traditio Gabriell.ſu. commu. tit. de minor. concl. 5. nu. 17. Morot. conſ. 79. Boer. deciſ.92.& Oſaſcus deciſ.158.nu.14. vbi
11 iſto caſu ceſſat omnino reſtitutio † in integrum, ſi minor litigat per procuratorũ cũ iuramento conſtitutum. Marant. in ſpecul.parte 6.tit.& quandoque appellatur. nu.104. nam multifariam declinatur hoc obiectum per Seraphin. de iuram. priuileg. 83. nu. 31. & ſequentib. Maurit. de reſtitut. in integrum cap.113.& ſequent. Morot.dicto cõſ.70.& Burſat.conſ.412. nu. 30. & ſequent. vol. 4. Rurſus in caſibus ex quibus non tollitur actio minori,
12 ceſſat optio † vt in reſtitutione in integrũ aduerſus lapſum inſtantiæ in cauſa principali, hæc in ſubſidium tãtùm datur exiſtentibus tutoribus, vel curatoribus, hiſq; ſoluendo. Salicet, & Alex. ad l. properandum §.vlt.C.de iud. Fulgos.d. conſ. 150. Corbul.d.ampliat.27.nu.21. vbi alios affert. Polyd. Rip.d.obſeruat.114. num.3. Sicut ob auctoritatẽ iudiciariam non datur minori reſtitutio niſi excuſſo tutore, vel procuratore. Pacian.conſ.163.n.28. cum ſeqq.niſi dixerit ſe læſum ſui facilitate, & dolo aduerſarij, tunc citius debet reſtitui abſque eo, quod prius agat aduerſus tutorem. Carol. Iallong.racemat. 77. Tãdem vbi apparet de nullitate actus, ceſſat
13 reſtitutio † quæ præſupponit actum validum, ſed reſcindendum.cap.1.de in integrum reſtit. capit. ad noſtram. de reb. eccleſ. non alienam. Rot. Roman. deciſ. 180.nu.2.parte 1.in nouiſsim.& Anton. Queta conſ.48.nu.3.Surd.conſ.506.nu. 2. vol. 4. quod intelligitur donec ſuper nullitate fuerit iudicatum. Vincent. Honded.conſ.34.nu.33. vol. 2. Hinc rectiſsimè inferri poſſet ad multa in forenſibus negotij frequentiſſima ſcilicet, an hoc re-
14 medium, cum ſit ſubſidiarium † competat, vbi poteſt appellari: & vbi competit remedium l.2.C.de reſcind.vendit.& vbi locus eſſe poteſt remedio alicui ordinario: verumtamen quiſpiam ingenioſus, & laborioſus adire poterit Hiſpan. Caldas d.loco verb.implorare. Maurit. Odd. & alios in notiſsimis locis, vbi de ea vulgari regula remedij ordinarij, & extraordinarij concurſus, de qua etiã apud DD. noſtrorum Coriphæum Bart. ad l.in prouinciali.ff.de nou.oper.nuntiat.præcipuè quando contra diuerſos, adhibito temperamento circa originem, quæ aliquando ducitur ab actu voluntario: interdum ab actu neceſſario: nam primo caſu non cõpetit electio, quia remedium ordinarium tollit extraordinarium. dicta l.cùm mandato, & ibi Bart. Secundo autem caſu datur dicta optio minori: Peregrin. dicto conſ.94.nu.58.qui etiam extendit deductionem tutorum, & curatorum ad ſindicos, maſſarios, & alios adminiſtrantes bona villarum, & Caſtrorum, & de eadẽ regula copioſè Bart. ad d.l. in cauſæ, & Ioan. Sicard.ad l.vni. nu. 4. & 5. 6. C. de inoff. dotib. Atqui intellectum. l. ſi tutoris. C. de admin. tutor. expendit Viui. d. deciſ.501.Gramma. Deciſ. 52. Mandoſ. tract.de ætat.quæſt.12.& Corbul.d.tract. tit.vlt.ampliat.28.

REMEDII XLVIII. ILLATIO.

Ex l. cum mandato. ff. de minorib. vt præſeruentur domini contra procuratorum negligentiam.

SVMMARIVM.

1 *Electio procuratorum mala, domini culpæ adſcribitur.*
2 *Procuratore non ſoluendo, domino reſtitutio in integrum datur in ſubſidium.*
3 *Procuratore non appellante, & ſoluendo non exiſtente, an domino currat tempus.*
4 *Aliud eſt committere, aliud omittere.*
5 *Contumacia vera quando requiritur, nunquam negligentia procuratoris nocet domino.*
6 *Geſta per procuratorem reuocatum, cui veriſimiliter non innotuit reuocatio, valent.*
7 *Contractus in præiudicium domini, vt teneatur ad intereſſe, licet non transferatur dominium, valet.*
8 *In procuratore ad lites, & iudicia, reuocatio debet innoteſcere iudici, & aduerſario: ad negotia, ſufficit procuratori innoteſcere,*

N 2 *qua*

quæ intimanda est, & in quibus casibus.
9 *Doctrina Bart. in repet. l. 1. nu. 12. ff. de offic. procur. Cas. explicatur, & nu. 5.*
10 *A procuratore reuocato gesta nullius esse valoris limit. dupliciter.*
11 *Procurator à minore informiter constitutus, nihil habet virium, & formiter constitutus sine speciali declaratione actuum, quid seruare debeat.*

Aepissimæ conqueruntur litigatores, & Domini de procuratorum negligentia ratione damni ingruentis, & per dominos æquo animo tolerãdi, propterea quod eorum culpę
1 † ascribitur mala electio, l. cùm mandato. ff. de minor. l. si procurator. C. de procurato. l. transactionis placitum. ibiq; gl. in verb. derogauit. C. transactio. Rot. Rom. Decis. 79. n. 4. par. 1. in nouiss. Osasc. dec. 90. vbi de contumacia procuratoris nociua domino agit, cũ aggestis per nos tract. de fact. scient. & ignora. inspect. 52. tom.
2 1. Quod si procurator † non sit soluẽdo, ità quod dominus ab eo damna, & interesse nequeat vlla alia consequi via, tunc restitutio in integrum postulanti domino concedenda est, quam certum est, esse ex hoc peculio remediorum subsidialium. l. itaq; fullo. ff. de furt. glos. ad c. 2. in vers. negligentia, de in integ. restitut. Bald. ad auth. hodie C. de appell. Feli. ad c. 1. nu. 6. vt lit. non contestat. & optimè Odd. tractatu de restit. in integ. quæst. 17. art. 2. n. 29. Lancellot. de atteutat. limit. 20. nu. 85. & Gayll. lib. 1. obseruat. 45. vbi etiam su-
3 biungit de procuratore † non appellante, & soluendo non existente, vnde in præiudicium domini non currit tempus, vbi agitur de magno præiudicio, nisi à die qua sciuit dominus sententiam latam. Nec obstat quod procurator præsumatur intra tempus competens certiorasse clientem suum. Rot. Rom. Decis. 132. nu. 7. par. 2. in nouiss. quoniã hæc præsumptio prædictum non impedit remedium vbi agitur de magno præiudicio. diximus nos in allegat. inspect. 52. Planè diuersum esset in procuratore reuocato, & reuocationẽ probabiliter ignorante, quia factum illius adhuc attenditur, & etiamsi non sit soluẽdo, præiudicat domino, cùm non sit par ratio facti, & non facti: sicuti aliud est cõ-
4 mittere: † aliud autem omittere, illudq; grauius isto, per glos. ad l. si mora. ff. sol. matrimo, nec valet argumentum ab eo, quod fit in committẽdo ad id quod fit in omittendo. iuxta doctrin. Bart. ad l. licèt. §. vlt. ff. de pecul. & obseruauit. Corbul. tract. de iur. Emphyt. tit. de causa priuat. ob deterior. n. 22. Huc spectat consideratio Scrad. tract. de feud. p. 9. c. 7. nu. 69. cũ
5 seq. vbi qñ contumacia † vera requiritur, nunquam negligentia procuratoris, nocet domino. Neq; hanc conturbat veritatem deductio ex Barto. in repetit. l. 1. nu. 12. ff. de offi. procurat. Cæsa. vbi non valet venditio facta per procuratorem reuocationis, cùm deficiat consensus domini, qui est substantia omniũ penè contractuum, sine quo non transfertur dominium. l. cõsensu. ff. de obligat. & action. Nam Bart. ibidem loquitur dubitatiuè, deinde excipit casum liberationis, vt in soluente procuratori reuocato, qui liberatur reuocatione ignorata. veritas autẽ hæc est, quod
6 gesta † per procuratorem reuocatum, cui verisimiliter nõ innotuit reuocatio valẽt, siuè sint iudicialia, siue extra. l. si mãdassẽ. ff. mandat. l. si procuratorẽ. ff. de procurat. l. vlt. vbi pariter Barto. C. de satisdand. Clem. vni. de renuntiat. & apud nos dict. tracta. de fact. scien. & ignoran. distinct. 24. cent. 2. tom. 1. & tractat. de fictio. cap. 28. Rursum dicit Dec. ad l. eius qui in prouincia. §. quas verò. num. 3. ff. si cert.
7 petat. valere contractum † in præiudicium domini, vt teneatur ad interesse, licèt non transferatur dominium. Hoc præsertim discrimine constituto, quod reuocatio
8 procuratoris † ad lites vel ad iudicia, peruenire debet ad notitiam iudicis, & aduersarij: in procuratorem autem ad negocia sufficit, reuocationem peruenire ad notitiam procuratoris. cap. ex parte Decani. vbi gl. & Felin. de rescript. imo debet intimari reuocatio mandati, etiamsi publicè sit facta. Crauett. cons. 76. num. 1. & 3. in casibus tamen expressis à iure. vt ibi per Crauett. d. num. 3. vbi præterea excipit quinque casus, in quibus notificatio reuocationis mandati non est necessaria. Rota Auenion. Decis. 13. nu. 3.

Ideoq;

9 Ideoq; redeo ad doctrina Bart. † concludendo venditionem factam per procuratorem reuocatum, reuocationis ignarum valere quidem quo ad obligationem euictionis nomine domini conceptam, ne procurator sit in dãno: non tamen quoad dominij translationem ob prædictum consensus defectum. d. l. si mandassem, Ias. ad l. si quis mihi bona. §. vlt. ad fin. ff. de acquir. hered. nec emptori succurritur in subsidium aduersus procuratorem domino soluẽdo non existente: quia deficit æquitas, sine qua non competit aliquod remedium subsidiarium. vt aliàs nõ semel probatum fuit. Quæ autem de procura-
10 tore † reuocato deducta sunt, dupliciter restringuntur. Primo procedere probata reuocatione, quia hæc non præsumitur. Menoch. lib. 2. præsumptione 36. Fab. de Anna cons. 56. num. 28. & 29. D. Polyd. Rip. obseru. 142. Ioan. Mauriti. Dola. de restit. in integr. cap. 72. Lancell. de attẽtat. cap. 22. nu. 12. & 13. Gondissaluu. à Villadiego de legat. quæst. 16. num. 19. vbi recensentur casus in quibus conijcitur reuocatũ mandatum. Secundo restringitur, quando reuocatio est valida, & legitima: proinde reuocatio mandati communis, vel collegij, aut capituli requirit eandem solemnitatem, quæ debet adhiberi in ipso mandato. Felin. ac capit. edoceri. nu. 7. de rescript. Rip. ad Rub. ff. de acquir. posses. nume. 9. & Caputaq. Decis. 190. par. 2.
11 Quemadmodum procurator à minore † constitutus informiter, nihil habet virĩu: imò constitutus formiter ad contrahendũ sine tamen speciali declaratione actuum, debet in quolibet contractu seruare solemnitates in contractibus minorum requisitas. Socin. & Iaso. ad l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. poss. & quicquid nonnulli censuerint in oppositum, hæc nihilominus opinio, vti magis fauorabilis minoribus, & vniuersitatib. est magis tuta proinde retinenda. vt optimè ex plurimorum testimonio comprobat. Barz. Decis. Bononi. 85. nu. 4. & 5.

REMEDIVM XLIX.

Ex canone reintegrandæ. 3. q. 1. circa interdictum reintegratorium possess. vel quasi.

SVMMARIVM.

1 *Remedium canonis reintegrandæ subsidiarium triplici ratione probatur vsq; ad fin.*
2 *Non datur contra bonafidei possessorem, nec renuntianti etiam per metum, nec contra autorem.*
3 *Remedium hoc 40. ann. præscribitur ex nouissimè canonizata sententia.*
4 *Remedium reintegrandæ dicitur exorbitans, & quid dicatur exorbitans.*
5 *Petitorium difficile ob probationẽ dominij.*
6 *Interdictum vnde vi datur in subsidium contra consulentes deiectionem, vel spoliationem.*

Ouum illud, & saluberrimũ omnium possessoriorum, remediũ canonis reintegr. 3. q. 1. de quo vberrimè apud D. Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. apud Gabriell. su. commun. tit. de restit. spoliat. conclu. 5. Contard. de moment. possess. limit. 4. Mascard. de probatio. cõclus. 1321. & apud nos vtiliter, nec parcè tract. de fact. scient. & ignor. cent. 2. distinct. 60. tom. 1. constanter dixerim sub-
1 sidiarium † esse, non absolutè, nec simpliciter: sed respectiuè, & secundum quid maximè in subsidium iuris ciuilis. Corne. cons. 229. nu. 9. vol. 1. etiam ad fauorem eius, qui cecidisset à possessione ex contractu inualido, vel cui denegatur solutio, si agens prætendat se esse in possessione percipiendi. Bald. cons. 425. lib. 3. Caputaq. sub Rot. Roma. Decis. 167. & 172. parte 3. late Surd. consil. 28. volu. 1. nisi contra eum, à quo causam habet Natta. cons. 272. num. 35. vel quis rem petitam remiserit, aut renuntiauerit etiã per metũ. idem Natta consilio 386. idque probatur tripliciter.

Primò; quia condictio ex lege, seu ex canone datur illi in subsidium, cum alio iure succurri non potest. Glo. ad l. vlt. §. & si præfatam. vbi Bart. Alex. & Salicet. C. de iur. delib. quos adducit Surd. cons. 4. nu. 17. col. 1. & diximus alibi in remedio condictionis ex lege. Atqui alio iure

non est succursum in possessorio recuperatiuo, quando res est cum possessore bonæfidei, seu titulatio causam habente ab authore bonæfidei, non si à vitioso, & tamē contra hunc datur isthæc condictio ex canone, reintegranda. Innocēt. ad cap. querelam de electio. Abb. ad cap. cum ad sedem de restit. spoli. Rip. ad capitu. sæpe. eodem tit. nu. 28. Alexandr. cons. 91. & 92. volum. 5. Afflict. Decis. 361. nu. 33. Put. ex Roma. Rot. Decis. 176. lib. 2. Osasch. Deci. 93. nu. 6. Plot. de communi ad l. si quando. num. 66. C. vnde vi. Bero. cons. 63. nu. 30. volum. 3. Gabriell. cons. 36. libr. 1. Surd. cons. 28. nu. 58. & sequēt. volum. 1. latissimè Turrett. cons. 18. nu. 4. volum. 1. Gallia cons. 74. nu. 3. Practic. Pap. in ca. spol. poss. §. coram nobis, num. 8. vel si hæc opinio non videatur pacifica ea forte ratione, quòd hoc remedium dignosceretur introductum ad spoliādos omnes iustos possessores, vnde cessarent omnes leges, & canones loquentes de præscriptione, quod esset absurdum. vnde Menoch. d. remed. 15. n. 89. retulit xxix. Doctores, qui sentiunt non dari hoc re-
2 medium † contra bonæfidei possessorem. Alios septem addit idem Menoch. cons. 967. num. 10. & alios congerit Laderch. cons. 86. & fusius Ceuallos tractat. commun. contra commun. q. 52. nu. 3. vsque ad fin. vbi in extremo inquit, quod hæc est quæstio de apicibus iuris, indigens propterea Cæsaris Decisione. Interim verò dicit esse quæstionem pro amico. Ego autem crediderim dici posse remedium subsidiarium hoc alio respectu nempè si alijs possessorijs nō posset actor contendere, nec aduersarium superare propter præscriptionem longi, vel longissimi temporis, quia tunc eidem commodè consulitur per condictionem ex d. canone. cùm sit impræscriptibilis Surd. cons. 520. nu. 4. volum. 4. & hoc remediū sit sempiternum de iure communi Barz. Decis. Bonon. 48. nu. 38. & seq. quàmuis hodie in Rota Romana, super hoc ipso puncto fuerit sub optimo Pontifice Clemente VIII. Decisum, quod hoc remedi-
3 um † sit præscriptibile spatio quadraginta annorum. & sic in tempore superat alia remedia possessoria. Cuius Decisionem cum classibus DD. ac præsidio rationem retuli ego ad verbum dicto tractat. de fact. scient. & ignorant. dicta distinction. 60. Ideò debet reputari subsidiarium, quoàd tempus, quod lōgius est circa hoc remedium quàm circa alia possessoria recuperatoria: vel quando contra titulo possidentem allegaretur per actorem, & articularetur, possessionem rei esse clandestinam, iniustam, & vitiosam respectu actoris. Socin. ad l. rem quæ nobis. nu. 12. ff. de acquir. possess. Decis. cons. 57. in fin. & Cornazan. qui multos aggregat. Rot. Lucen. Decis. 192. nu. 2. cum seq. hoc idē alio probatur fundamento, quia hoc re-
4 medium † reintegrādæ dicitur exorbitās, Menoch. d. remed. 15. nu. 17. Exorbitans autem dicitur dispositio, quicquid deuiat, vel discordat à iure communi, vel indirectè aduersatur iuri communi: prout est quodlibet ius limitatorium, seu quæuis limitato se habet in ordine ad suam regulam: cap. quæ à iure cōmuni, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6. ad differētiam correctorij statuti, quod præcisè corrigit ius commune directè disponēdo illius contrariū, vt apud Illustrissimum Card. Tuscum in suis practicabil. conclus. littera E. conclus. 589. & Bellamere ad cap. suscitata. de in integr. restitut. vbi refert species exorbitantium. Nec absque ratione deuiat à iure communi prædictum remedium, nisi vt in defectum aliorum remediorū possessoriorū prospiciat actor nolens ingredi
5 petitorium † suapte natura longè difficilius ob probationem dominij l. is qui destinauit. cum glo. ff. de rei vēdicat. & Mascard. de probatio. conclus. 535. Maximè iuncto officio iudicis ad recuperandam possessionem perditam quoque per negligentiam. c. accedens. el primo. extra. vt lite non contestata. l. fin. C. de acq. poss. & Marchisell. eleganter quæst. 14. Accedat, & singul. Roman. 769. vbi interdictum, vnde vi. competit quoque in subsidium contra consulētes delectionem: vel spoliationem quando spoliator non extiterit soluendo: tametsi in contractibus nullus obligetur ex consilio. cap. nullus ex consilio de reg. iur. in 6. cum sim.

REME-

REMEDIVM L.

Ex l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. l. si contendat. ff. de fideiuss. & l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. leg. circa iactationem, & vociferationem, quando obtineat locum impositio perpetui silentij.

SVMMARIVM.

1 *L. Diffamari. C. de ingen. & manumiss. materia à pluribus discussa.*
2 *L. si contendat. ff. de fideiussor. quando habeat locum.*
3 *Exceptionem habens quando possit preuenire etiam ad impediendam executionem instrumenti.*
4 *Agens remedio, l. diffamari. debet probare iactationem.*
5 *Remedium l. diffamari habet locum in qualibet materia.*
6 *Remedium l. diffamari, cur subsidiarium.*
7 *Remedium. l. diffamari, quare adinuentum.*
8 *Litigiosus fundus longè vilioris pretij censetur ob hanc qualitatem.*
9 *Litigiosum beneficium multo facilius compatitur derogationem.*
10 *Iudicium iurium propositorum quale sit.*
11 *Preceptorum cum clausula iustificatiua vis: ac indoles.*
12 *Remedij. l. diffamari. octo requisita enucleantur. ab auctore. nu. 18. 19. 21. 22. 23. 26. & 30.*
13 *Actor siuè diffamatus, vel diffamator.*
14 *Iudex quis adeundus in remedio. l. diffamari.*
15 *Diffamare est prouocare ad iudicium.*
16 *Cumulantur hac remedia scx. l. diffamari. & l. si contendat.*
17 *Instantiam sustinere debet actor: sed quis suscipere teneatur hoc onus in remedio. l. diffamari. aperit autor.*
20 *Possessionis sua titulus quando dicendus: & docendus.*
24 *Impositio perpetui silentij quid praestet.*
25 *Appellari potest à sententia declaratoria impositionis perpetui silentij.*
27 *Termino à iudice assignato diffamatori cum comminatione perpetui silentij lapso an iterũ audiendus sit diffamator. & quando.*
28 *Monitio bina pracedere debet in remedio. l. diffamari, & quando.*
29 *Monitiones duae ad minus requiruntur, quando agitur de priuando aliquem iure suo ante lapsum anni.*
31 *Doctori attestanti de praxi vniuersaliter: & alios versatos in diuersis curijs alleganti credendum, saltem quo ad praesumptionem inducendam.*
32 *Successurus in fideicommisso, aut maioratu quando possit in vita grauati, seu possessore adhuc viuente petere declaratoriam, quod post mortem possessoris bona illi debeantur.*
33 *Dilapidans redditur indignus beneficio & legis, & hominis.*

Onnihil attigisse memini, (raptim tamen, & perfunctoriè) remedium verè, & vndequaque subsidiarium. l. diffamari. C. de Ingen. & manumiss. superius in praelud. 3. nu. 10. At suas exerit vires, latioreq; indiget examine notio huiusce remedij pleno cornu examinatur per Cagnol. Cõtard. & Blarerium ad d. l. diffamari. quare obseruandũ est, quod in fauorem timentis molestiam, vel praetensionem tertij in rebus suis tria sunt potissimũ prodita remedia, de quibus apud Vincent. de Franch. Decis. 385. parte 2. scilicet, quando nulla praecedit diffamatio, seu iactatio non potest probari, introductum est remedium. l. si contendat. ff. de fideiussorib. & l. aurelius. §. centum. ff. de lib. leg. de quo optimè Bar. ad l. si finita. §. elegãter. ff. de damn. inf. Alex. cons. 70. vol. 7. Couar. lib. 1. var. resol. c. 18. nu. 3. Plenissimè hãc materiam explicat Cardinal. Tusc. in practicab. iur. concl. littera. D. concl. 311. cum duabus seqq. quandoquidem habens exceptionem possit efficaciter praeuenire suum aduersarium. l. 3. C qui bon. cred. poss. Alex. cons. 103. lib. 5. Dec. cons. 3. col. vlt. vt cognita suae exceptionis veritate iudex subueniat prohibendo illum inquietari. Rom. cõs. 412. col. 1. Castr. in auct. quae supplicatio. nu. 3. c. de precib. imp. offer. Nenizan. cons. 41. nu. 41. Deci. in c. in praesentia nu. 15. de probat. & Contard. ad l. vincam. limit. 7. nu.

7.nu.24.C.si de moment.poss.vbi de præuentione rei ad impediendam executionem instrumenti.

Aliud est remediũ dict.l. diffamari per
4 †implorationem officij iudicis. Bald. cons. 261.lib.5.& Rom.cons.53.quando probatur per allegantem diffamatio, vel iudicialis, vel extra iudicialis, tam personalis, vt iniuria, quam realis, & non solum in petitorio, sed etiam in possessorio, in omni denique materia. Bald.cons.230. vol. 3. vbi de disseminantibus discordias. Cagnol.ad d.l.diffamari nu.6.limitat.1. & Felyn.in c.in præsentia nu.3. de probat. cum adductis per Cotard.ad d.l.diffamari, & p Gabr.suis cõmunib. tit. de action. concl.6. Honded. cons.112.nu.8. & 52. vol.1. Ample Molin.tract. de primogen. Hispan.lib.3.cap.14. Alb.cons. 587. nu. 5.vol.3.Scrader.de feud.par.9.c.4. n.12. Benint.decis.Bonon.66.Osasc. dec.151. mendosè allegata sub Decis. 161. in nostris prælud.sup.in fronte relatis, & Minsinger.obseru.78.centur.3.Peregr. cons. 82.vol.1.eleganter, & copiosè apud Georg. Nattam in elem. sæpè.nu.142. cum seq. de verb.sig. Dicitur; subsidiarium ex eo, quia non potest intentari per habentem actionem ordinariam, teste Bart. ad d. §. eleganter nu. 4. adinuentum ad compescendum eos qui passim prædicant, & in vulgus emittunt errore, dolo, vel opinione, se habere ius in bonis alterius, vnde cũ huiusmodi diffamatio sit multum præiudicialis possidentibus bona, & interdum impedit alienationes propterea quod nõ inueniuntur emptores ob iactationes, vel saltem viliore prætio distrahuntur instar fundi litigiosi, qui ob hãc qualitatem minus æstimatur, ex Soc.Ias.& Rip.in l.1.§. si hęres.ff.ad trebell. Tiraquell.de retract. conuentional.in præfatione.nu.4.& Gabr.suis communibus.tit.de empt.& vendit.concl.prima. nu. 51. sicuti litigiosum
9 beneficiũ † multò facilius admittit derogationem, etiam si sit de iure patronatus laicorũ.Paris.cons.94. vol.4 Celsus Hugo cons.89.nu.2.Bursat.cons.413.vol.4. Caputaquens. sub Rot.Rom.Decis.127. part.2.frenatur temeritas, seu coercetur audacia diffamantis hoc ipso remedio, quod non datur contra possessorem diffamantem. Bald.in l.sed & si per prætore. in addit.n.4.ff.ex quib. caus. maior. & in l. si quis libertatem. nu. 2. iuncto §. nam cũ quidam, vbi Ang.num.1.ff.de pet.hæred. immo debet constare, quod diffamatus possideat rem super qua silentium iudici petit. Blarer. in repetit. d.l.diffamari. cap.1.nu.12. Boer.Decis. 255. num. 10. Aret.cons.68.col.vlt. quando autem admittatur actiones intempestiuæ not. Tuscus.tom.3.concl.414.littera.E. Quid de remedio ago, vt agas: Steph. Grat. Rom. discept. Forens.cap.62.nu.48.

Aliud succedit remediũ, quando causa diffamationis est finita per iura proposita,
10 quod appellitant, iurium † propositionem iudicium equidem longè diuersum à iudicio diffamationis, vt per Marian. Soc. ad c. proposuisti. quæst.12. de for.cõpet. Alter. Socin. annotato cons.94.vol.3. & Gayll.obseruat.xj.lib.1.

Redeo ad memoratam cõstitutionem. l.diffamari, atque libentius hic subsisto, extra tamẽ criminale iudicium, tum quia in vrbe frequentantur commissiones super iactationibus, teste Marchesan. tractat. de commission. parte 1. cõmissione 6. cap. 1. tũ etiam quia apud nos dietim, & horatim manant precepta inhibitoria, fundata super simplici vociferatione ad-
11 uersantes, eaquè cũ † clausula iustificatiua, vz. (si senseris te grauatum, firmo manente præcepto compareas &c. Ideò comparitio citati efficit, vt præceptum resoluatur in vim simplicis citationis, aut exceptionis. Alex.& Ias. ad l. de pupillo. §. meminisse.ff.de op.no.nunt.Marsil.sing. 648.Plot.ad l. si quando.num. 102. cum seq C. vnde vi.Laderch.Imolens.cõs.95. & scripsi ego.tract.de fiction. cap.8. casu 33. Idcirco pronuntiatur ipsam petitionẽ in tali iudicio non esse admittendam, sed solummodo procedendum super petitione actoris, Aretin. Fel.& Deci. ad d. c. in præsentia.

Porrò (si placet) transeamus ad requisi-
12 ta in † hoc remedio, quæ sunt octo. Imprimis namque requiritur allegatio, & probatio summaria prætensæ iactationis, vt possit præfigi terminus. Rom.d. cons. 53.Cagnol.d.loc.col.2.Gab. nu. 24. atq; Gail.obser.9.lib.1. & in hoc intentans d.

remedium

remedium dicitur actor quoad probandam diffamationē, vt potè qui prius prodijt in iudicium, vt tradit. Bald. ad l. non cogendum. §. si procurator nu. 3. ff. de procurat. vbi cōsiderat actorem quadru-
13 pliciter qua præstita probatione diffamatus dicitur reus, ideoque ille debet esse iudex, qui ordinariè est iudex diffamati, non
14 autem † diffamantis etiamsi esset Episcopus, vt ex Abb. But. Roma. Alex. Felin. & alijs probat Gabr. d. loco nu. 41. & 42. Alex. conf. 103. vol. 5. Osasch. Decis. 1. Contard. annotato loco. quæst. 1. Gail. d. obseruat. 9. num. 3. cum seq. & obser. 11. Didac. d. cap. 18. nu. 4. Maur. Burg. tract. de laudim. parte 3. inspect. 31. latissimè Tusc. pract. iur. concl. littera. D. concl. 313. cum diffamare sit ad iudicium pro-
15 uocare. Bald. ad d. l. diffamari. col. † vlt. & Castr. ac Salic. in l. vnica. c. vt nemo inuir. Afflict. Decis. 268. Deci. cons. 487. nu. 10. & Rimin. Iun. cons. 726. n. 40. & per alias solidissimas rationes Alex. alleg. cōs.
16 103. † nisi simul sint cumulata remedia d. l. si contendat. & d. l. diffamari, (vt possunt cumulari) atque crebriore vsu obseruatum est, simul misceri hæc remedia ad faciliorem causæ, & litis expeditionē, tunc relaxatur necessitas omnis probandi iactationem. Couarr. d. loc. num. 3. Dum petit sibi competere exceptionem aduersus prætensam actionem actoris. Tusc. in suis pract. iur. concl. littera. D. concl. 311. nu. 9. cum seq. Imo hac ratione attenta assurgit, quod diffamator', quem diximus esse actorem, tenetur sustinere onus instantiæ, & custodire tempora, vel legalia, vel statutaria. Soc. sen. conf. 109. vol. 4. Neuiz. conf. 42. Bertaz. conf. crim. 370. ad fin. Bero. conf. 38. vol. 3. & Rim. iun. conf. 806. vol. 7. quoniam reus voluntarius iudicatur quoad forum, & initiatam tamquam merus actor. Bart. Alex. Iaf. & Rip. in d. §. meminisse Felyn. in c. nō potest. col. 3. de re iud. & Deci. in c. cum inter. nu. 34. cum seq. de except. Ante vero probatam iactationem onus instantiæ afficit diffamatum, quem interim diximus esse actorē. Insuper requiritur, quod diffamatio sit iniusta, & absque causa legiti-
18 ma. Bald. † ad l. ob commissa. C. de adult. & Alex. l. si ea C. qui accus. non poss. etenim non reperitur interdictum cuipiam habenti ius in re pandere, & propalare illud passim, etiam ad idipsum conseruandum, & qui suo iure vtitur, nemini facit iniuriam. Bald. & Angel. ad l. vlt. ff. quod quisque iur. Soc. Iun. cōs. 146. vol. 1. Deinde requiritur, quod petatur impositio
19 silentij † perpetui ab eo, qui possidet rem, super qua cadit vociferatio, alioqui non esset exaudiēdus vtens d. beneficio. Boer. Decis. 255. Gabriel. d. loco. num. 38. etiam si quis asseruerit se dominum, cum ei non desit remedium actionis realis: & præterea non est quispiam cogendus ad
20 ostendendum † titulum suæ possessionis. vulg. l. cogi. C. de petit. hered. Bald. conf. 337. cum seq. volu. 5. Iaf. ad l. 2. nu. 176. C. de iur. emphyt. Bertaz. consil. crimin. 485. cum seq. volum. 2. Nisi in tribus casibus, quos suppeditat Iaf. in l. si legatum.
21 num. 8. ff. de edend. Quarto requiritur † causæ cognitio cum præfixione termini, scilicet, duorum mensium, prorogabilis quoque per iudicem ex causa dum pendet, ad agendum instante illo, qui prætendit se ius habere, docendo de iure, & interesse suo. Innoc. ad c. Abbate. de verbo. signif. Castr. ad d. l. si contendat. Aretin. conf. 68. & Gabr. d. loco. nu. 34. cum
22 tribus seq. Quintum est † requisitū, quod iudex aditus explicet causam, propter quam mouetur ad terminum præfigendū Gabr. ibibem. nume. 40. vbi alios refert.
23 Sextum est † requisitum, quod adijciatur comminatio perpetui silentij imponendi, nisi intra præfinitam diem egerit diffamans. Boer. Didac. & Cagnol. in relatis
24 locis, quæ sanè impositio † perpetui silentij sonat in idem, quod audientiæ denegatio ad impediendum litis ingressum. cap. 1. §. si quis autem ibique Bald. de pace Constant. Alex. in l. 1. §. sublata. ff. ad trebell. Contard. qui sup. quæstion. 4. doctè Mari. Anton. var. resolut. lib. 2. resolut. resolut. 47. vbi etiam accuratè obseruauit ex Cagnol. & Contard. relatis, à tali sen-
25 tentia impositionis † perpetui silentij appellari posse. & Franc. de Ponte conf. 58. nu. 15. cum sequent. Septimo requiritur
26 in tali iudicio † diffamatorio, vt equam per iudicem imponatur diffamati perpetuum silentium per sententiam qua termi-

terminetur causa lapso termino assignato: & contumacia accusata in actis: nisi ante sententiam fuerit diffamator admissus ad purgandam † contumaciā. Bal. ad d.l. diffamari. nu. 7. vbi quoque assignat rationem, & Aret. ad §. 1. num. 23. Instit. de except. nisi in terminorum præfixione iudex fuerit comminatus impositionem perpetui silentij, tunc enim non est opus aliqua interlocutoria, seu declaratoria. Arctin. ibidem. Requiritur, in quam,
28 Septimo, quod † duplex præcedat monitio. & duplex præfixio termini sit facta diffamatori ad agendū de iure suo. Alex. ad l. Tytia. ff. sol. matr. Boer. d. Decis. 265. Afflict. Deci. 264. Contard. de magis cōmuni. d. loco. limit. 3. Couar. qui sup. nu. 2. Gail. lib. 1. obseruat. 12. n. 4. & Rimin. Iun. d. consil. 726. num. 34. cum seq. vbi reddit hanc viuidam rationē, quia quādo agitur de priuando aliquem iure suo citeriore tempore vnius anni, ad minus duæ
29 monitiones † requiruntur. ex Ias. & alijs ad authen. hoc amplius. C. de fideicomiss. declarādo cum Cagnol. d. loc. limit. 2. vz. si ex solo termino debet diffamans excludi, duplex præfixio requiritur, aliàs vnus terminus sufficit, si post illum debet ferri
30 sententia. Octauum requisitum † sumitur pariter ex Rimin. Iun. ibidem. nu. 35. & 41. vsque ad fin. vbi ob grauitatem præiudicij concludit de rigore iuris, quòd iudex debet personaliter ipsum diffamantē monere, non sufficiente monitione per nuntiū, vel per epistolam. Contardo tamē in d.l. diffamari. quæstion. 11. asseuerante hoc non seruari in praxi. sicuti non obseruatur summariæ cognitionis requisitum, quando tamen agitur contra diffamantē, vt desistat à vociferatione absque comminatione perpetui silentij. Molin. d. loc. n. 9
31 & 31. quòd fortè obtineret † dumtaxat in curia, in qua versatus erat Contard. cui in hoc credendum est. non extra. Alex. cōs. 5. nu. 11. volu. 3. Gabr. abundè suis communibus. tit. de probat. conclus. 4. Adiungitur Bursat. consi. 201. num. 47. volu. 2. Mascard. de probat. conclus. 426. & Ceuall. tractat. comm. contra cōmun. quæst. 1. quamquam, & Ticini idem fit mos: vt hactenus vidi. vnde posset non malè tentari cum excell. Polyd. Rip. quē honoris causa nomino, obseruat. 27. num. 3. & 8. Doctori attestanti de praxi vniuersali, & alios alleganti credendum esse.

Huc non incongruè spectat, quod cōtigit aliquando in praxi ad trutinam reuocari, numquid contra vociferantem,
32 quod † omnia bona per fratrem possessa reperiūtur sub arctissimo fideicommisso paterno, vel auito ad impediendam alienationem possint intentari prædicta remedia, si concurrant. d. requisita, & vidi resolutum affirmatiuè. Imò Didac. ait d. loco in fin. quod etiam successor vocatus ad primogenium, potest viuente ipso possessore, cui successurus est, intentare prædictum remedium, vt pronuntietur ipsū primogenium ad se pertinere post obitū possessoris, Cephal. consi. 112. quod non arridet palato nostro Vid. omnino Marzar. de fideicom. q. 61. par. 3. vbi hoc non admittit vt probabimus infra Remed. 68. nu. 6. ex Gamma Decis. 202. num. 3. vbi antè actionem natam non competit hoc remedium, cum non detur hæreditas viuentis: imò super futuris iudicium neutiquam fundetur. l. non quemadmodum. ff. de iud. vnde illud pertritū, nimis properas Marcelle nec super iuribus futuris competit remediū dictæ legis diffamari. Vinc. Franc. Decis. 695. nu. 6. par. 4. Vid. tamen Fab. de Anna pleno cons. 11. vol. primo, & præclarum simile apud Pacian. consi. 83. num. 18.

Proindè dici posset, quod grauato iactante illa bona libera esse, & vti propria alienante vel dissipante, aut etiam ob periculum amittendi probationes iuris sui, potest substitutus vti hoc ipso remedio. Molin. d. loco. per tot. præcipuè colu. vlt.
33 in fin. quia dilapidans † redditur indignus beneficio legis, & hominis. Idē Polydor. Rip. obseruat. 163. num. 12. & 13. nosq; sup. Remed. 4. ad mentem. l. Imperator. ff. ad trebell.

REMEDIVM LI.

Ex l. qui nomine. ff. de fals. circa interesse resarciēdum per grauatum præsumptionibus delicti violentis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præsumptionibus violentis grauatus, in his, quæ non sunt difficilis probationis, ad interesse partis in subsidium tenetur.*

2 *Regula l. qui accusare. C. de edendo. procedit etiam in criminalibus.*

3 *Statuto obligante condemnatum simpliciter ad damna partis, tunc actionem ciuilem in factum habet pars pro suo interesse.*

4 *Officio iudicis mercenario cogi non potest ad interesse partis in causa criminali, qui crimen non est confessus, nec de eo conuictus: indicia tamen pars ciuiliter agendo pro damnorum conseruatione, coadiuuare potest, vt sit locus iuramento in litem.*

5 *Agrimensor æstimator, & calculator in subsidium tenentur versus damnum passum de eo, quod ad aduersarium peruenit ex eorum mala relatione aduersario tamẽ non existente soluendo, modò eorum absit dolus: si vero adsit, recta via conueniri possunt.*

6 *Notarij error, aut omissio quando reijciatur in eundem, vt teneatur actionem in factũ in subsidium erga eum, qui damnum ex facto notarij passus deprehenditur.*

7 *Notarius quando possit sine iudicis autoritate reparare suum errorem, & extendere instrumentum, addere, vel detrahere.*

8 *Notarij error consistit tum in omittendo, tum in committendo, aliquando concernit substantialia negocij: interdum accidentalia tantum.*

9 *Statuti Papiens. 152. in ciuil. sensus, & sententia.*

10 *Notarium censeri rogatum apponere omnes clausulas solitas apponi, vt intelligatur.*

11 *Constitutum non appositum in contractu quando pro apposito habeatur.*

Vm delinquens non est plenè conuictus, nec confessus: sed violentis præsumptionibus grauatur in his, quæ suapte natura difficilis non sunt probationis, ob quas
1 nihilominus † præsumptiones extraordinariæ locus fiat pœnæ: noui quandoque dubitatum, an, & quomodo ad interesse partis teneatur, & certè remedio subsidiario responsum fuit teneri. ex l. qui nomine. ff. ad l. Corn. de fals. quo parti ad interesse, & damna consulitur. c. si quis de clericis, 12. quæst. 2. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 3. nu. 37. cum seq. & præcellenter Vincent. de Franch. Decis. 460. parte 3. additur Decian. cons. 82. nu. 43. cum seq. volu. 5. Diaz. prax. crim. Cano. cap. vlt. & Farinac. tractat. crimin. quæst. 36. & 86.

2 Nec obstat regula † l. qui accusare C. de edendo. actore, scilicet, non probante reũ esse absoluendum quæ procedit quoq; in criminalibus. Clar. in §. fin. quæstio. 62. in princ. & Mascard. de probatio. concl. 36. nu. 33. cum seqq. & quod suspicio delicti quæ præbuit causam pœnæ extraordinariæ, non habetur pro delicto quoad interesse partis, quemadmodum scitissimè arguit in puncto Modernus insignis doctor Petr. Caball. resolutionem criminalium casu 82. num. 15. & ante eum Rip. ab eo prætermissus ad l. admonendi. nu. 11. de iureiur. vbi officio iudicis nõ punitur periurus ad reficienda aduersario damna, nisi sit criminaliter conuictus.

3 Nam respondetur † distinguendo inter actionem in factum ciuilem quam habet pars pro suo interesse contra condemnatum etiã extraordinariè stante præsertim
4 statuto, † quod obligat condemnatum simpliciter ad damna, & interesse. vt Genuæ adesse dicitur tale statutum: & inter officium iudicis mercenarium, quod in causa criminali non est potens ad cogendum eum qui nec est confessus crimen, nec de eo conuictus, vt teneatur ad interesse partis, & si tãquã indicijs aliqualiter delibutus, pœnam sustineat extraordinariam: sed potest pars iudicia coadiuuare, ciuiliter agendo pro consecutione damnorum, & interesse, Franch. March. Decision. 776. parte 1. Imò fit locus iuramẽto in litem ad damna, & interesse. Plot. ad l. si quando. num. 653. 707. & 714. C. vnde vi. Abb. ad c. accepimus. de fid. instrum. Farinac. cons. 43. num. 2. atque ità ciuiliter agendo iuret in litem damnum passus, vt suæ indemnitati consultius sit prospectum. sic glos. ad l. 1. ff. de calumniat. considerat actionem in factum generalem, quæ datur in subsidium, & in multis

multis articulis admittitur, enata ex varijs causarum figuris. præcipuè vero in subsidium legis Aquiliæ. iuxta vlt. glos. magistralem ad l.3.C.de rer. permutat. Et ecce Aretin. ad §. quædam propè fin. Instit. de action. protulit, quod contra Agrimensorem, vel calculatorem † agit in subsidium
5 damnum passus de eo, quod peruenit ad ipsam ex mala relatione, vbi aduersarius non sit soluendo. Natta cons. 545. nu. 7. vbi idem dicit in Notario imputato de falsitate additq. rationem elegantissime. quod si mensor, vel calculator de dolo, aut lata culpa fuerint conuicti, tunc rectà via teneri, & posse de pacto couenire probat idē Aretin. & est materia. l. si duobus. §. 1. cum seqq. ff. si mēs. fals. mod. dixerit. glos. vlt. ad l. vlt. C. de mag. conuen. quæ loquitur etiam de æstimatore, & preclarè Anton. Sola, ad constit. Sabaud. tit. de cēsuum solution. 3. par. glo. vn. nu. 4. præcipuè verò ob reatū periurij, quo in nodatus reperitur autor falsę relationis, seu dolosæ mensurationis. l. comparationes. §. omnes. vbi Bart. C. de fid. instrum. D. Borell. cons. 84. nu. 5. 7. & 10. vbi agrimensor. iurat de mensurando legaliter, & bonafide. atque Maluas. cons. 111. nu. 5.

Quinamplius damnū passus ex facto,
6 notarij, † qui non ritè, & rectè scripsit instrumentum, in eo non inserendo ordinarias clausulas, & de stylo apponi consuetas. vel qui aliàs male se gessit in editione illius, vtitur actione subsidiaria cōtra Notariū. Dyn. singul. 85. Bart. singul. 180. & ad l. 5. nu. 7. ff. de tab. exhib. & Cagnol. ad l. si librarius. ff. de reg. iur. Petr. de Rauenn. singul. 272. per tex. ad d. l. qui nomine. vt in omissione diei, loci, indictionis, confinium, demonstrationum, vel alicuius verbi ex statuto necessarij. Alb. cons. 10. vol. 1. Menoch. de arbitr. iud. casu. 370. & Guid. Pap. quæst. 582. nisi pro-
7 betur † error, prout præsumitur pro notario affirmante se errasse. Soc. cons. 91. nu. 8. vol. 1. Dec. cons. 175. nu. 5. & Maluas. cons. 45. nu. 2. 30. & sequent. quo casu iniungitur notario reparatio erroris, etiam post productionem instrumenti in iudicio. Antequā verò expediatur instrumentum, vel edatur parti, potest notarius sine vlla iniunctione corrigere errorem suum, sibique creditur circa solemnitates. latissimè Mancin. tract. de iuram. par. 4. effect. 193. & 210. excepta causa testamētaria l. iubemus. C. de testam. & Bero. cons. 5. nu. 4. vol. 2. & circa errorem tam respectu eorum, quæ pertinent ad notarium, quam ad partes, siue in committen-
8 do † consistat error, siue in omittendo, siue denique agatur de qualitatibus substātialibus, siue accessorijs. ex Bart. communiter approbati testimonio. ad d. l. si librarius. & ad l. Imperator. ff. de stat. homin. Guid. Pap. quæst. 130. Natta cons. 329. Franc. Marc. Decis. 289. parte 1. & Decis. 163. parte 2. & Alb. d. cons. 10. nu. 17. 18. & 19. Quicquid in contrarium dixerit quatenus ad negotij substantialia Franc. Marc. Decis. 745. nu. 2. parte 1. At
9 in patria mea viget statutum † 152. sub rubr. de erroribus notar. corrigend. præscribens formam corrigendi errorem nimia festinatione, vel simplicitate, vel animi facilitate secutum in scriptura, de qua sit rogatus notarius, cuius statuti mentionē facimus tractat. de facti scient. & ignorāt. inspection. 100. nu. 11. cū multis sequēt. tom. 1. additur Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 79. & sequent. ac Mascard. de probationib. cōclus. 644. Vltra quod notarius censetur rogatus apponere omnes
10 clausulas solitas † apponi, & non appositæ habentur pro appositis: vulg. l. vlt. cum glos. C. de fideiuss. fusius apud Gabr. suis communib. tit. de consuetud. conclus. 3. Mascard. d. tract. conclus. 1098. Menoch. cons. 37. vol. 1. Osasch. Decis. 112. nu. 15. intelligendo de consuetudine notoria, & in vniformi, quoad eas clausulas, quę sunt de natura contractus. Vincēt. de Franch. Decis. 302. nu. 4. & 8. par. 2. Cioff. cōs. 89. num. 3. lib. 1. qui loquitur in constituto
11 † quod cum pro apposito habeatur: potest, notarius sub ea nota, & c. id ipsum ascribere. Neuizan. cons. 28. Gabriell. cōs. 118. nu. 15. lib. 2.

REMEDII LI. ILLATIO.

Ex l. ne quid. ff. de incend. ruin. & nauf. & statuto Papi. 66. in circa incendij casum contra

contra communitates negligentes, sed ad custodiam villæ, aut pagi obligatas. Menoch. de arbitr. iud. casu. 390.

SVMMARIVM.

1 *Communitates quando teneātur de incendio fænilis, vel frugū, aut ediū, saltem in subsidium, nimirum quando ignoratur malefactor, & nu. 2.*

3 *Malefactore capto qui non sit solvendo, an teneatur universitas ad emendam damni.*

4 *Statuti nostri Papiens. in crim. 66. circa incendium interpretatio.*

5 *Exceptiones non impugnantes sententiam possunt etiam in executivis opponi.*

6 *Villa, quæ tenetur ad custodiam: non excusatur prætextu ignorantiæ, & nu. 8.*

7 *Incendio probato satis intelligitur probata negligentia communitatis, non constituto aliunde de causa excusationis.*

9 *Incendium quando præsumatur ex culpa inhabitantium, vel quando inhabitantes excusentur.*

10 *Alberic. tract. de statut. lib. 2. quæst. 80. declaratur. circa probationem authoris incendij.*

11 *Bossij locus de damn. dato. nu. 6. circa excusationem villæ ab incendio, si non potuit prohibere, declaratur.*

12 *Constitu. Novar. de pœn. §. si quis robariam. ad locus perpenditur.*

13 *Constitut. Nova Mediol. non censentur derogare statutis particularibus civitatum.*

14 *Dispositio generalis non porrigitur ad ea, de quibus specialiter provisum comperitur.*

15 *Herodiadis filiæ obitus ex Illustrissimo Baronio refertur ad probandū, quod similitudo delicti efflagitat similitudinem supplicij a quod confert ad pœnam Talionis.*

Omni miseratione dignum esse casum incēdij in fænili assurgentis vel in frugibus immissi, ædibus, & huiusmodi sævientis, quivis de suo sēsu potest reputare, proinde huic malo provisum comperitur ferè in omnibus oppidis, regionibus, civitatibus atque provincijs per statuta contra communitates, ut teneantur ob malam custodiam territorij ad emendam totius damni, concurrente quoq; damnū passo pro sua rata, & apud
1 nos habemus † statutum 66. in criminalib. cuius etiam meminimus tractatu nostro de portion. rata quæst. 5. iā vero observandum est, quòd attēto d. statuto cōmunitas, vel villa quævis, in cuius territorio incendium accidit, tenetur tùm de
2 mala custodia, tùm etiam aliquando † in subsidium, sed diversimodè, scilicèt, quādo ignoratur malefactor incendiarius nēpe, improbissimus, & inter facinorosus scelestissimus dignus eo elementi cruciatu, & nidore, quo is immanissime sævijt in alios cum tanta in sociuum iactura; iuxta illud, qui gladio ferit, gladio perit, latissimè Muscatell. sua praxi. tractat. de cog. delict. tit. de incēdio. & facit in individuo l. qui ædes. ff. de incend. ruin. & nauf. & in calce præsentis remedij annotabitur Hystoria obitus Herodiadis filiæ ad similitudinem delicti ab ea patrati; idē etiam
3 si subolet eius notitia, sed non † consignatur, est quę non soluendo. Non ità, si capiatur malefactor, consigneturque, & nō sit solvendo. Olasc. Decis. 88. nu. 31. & Farinac. tractat. Criminal. parte 1. quæst.
4 24. nu. 21. quia † statutum nostrum inter alias qualitates, quibus concurrentibus obligat communitatem, hanc simul exprimit, si non fuerit captus malefactor igitur, à cōtrario sensu quādo est captus, conticescit obligatio villæ, aut universitatis, quia obligatio villæ est omnino extraordinaria, & eo contentus esse debet dānum passus, ex quo malefactor luit in corpus, quæ luitio in corpus loco pecuniæ, succedit ad liberandam communitatem, etiamsi post sententiam condemnatorum villæ captus sit malefactor. in pūcto Bald. cons. 283. vol. 1. quādo inciderit exceptio satisfactionis factæ post sententiam, possit post eā opponi etiam in executione. l. 1. C. de re iudic. sicuti observatur in omni exceptione nequaquam im-
5 pugnante, sed † modificante sententiam. Rip. ad l. qui pro tribunali nu. 9. ff. de re iudic. & Gayl. observatio. 113. nu. 5. lib. 1. Deinde statutum prædictum, & quodlibet aliud affine de damno dato loquens, intelligitur quoq; de dāno dato nocturno tempore, quia villa tenetur ex custodia, propterea quod ubi quis tenetur dumta-

6 xat in subsidium † non teneatur ad emendam damni dati de nocte, secus si ad custodiam, quia etiam ignorãtes arctat. Roman. cons. 7. Deci. cons. 64. prout sic intelligenda esse hæc statuta ex Alber. de statut. par. 2. q. 84. & alijs concludit Doctor Martha de iurisd. omn. Iud. par. 4. centur. 1. casu. 96. nu. 8. Borell. cons. 7. nu. 2. atque ità dissidentes conciliat opiniones Bursat. cons. 59. nu. 26. 27. & 28. Cæterùm plura desideranti satisfaciam ex Bald. cons. 174. vol. 2. Calcan. cons. 63. cum sequent. & Magon. Rot. Florentin. Decis. 24. nu. 8. vsque ad fin. vbi probato incendiò satis intelligitur probatum delictum, vel saltem probata negligentia cõmunitatis nõ custodientis rem eius custodiæ creditã, ne huiusmodi succedant flagitia, postquam facto hominis præsumitur excitatus ignis præsertim non constito aliunde de causa excusationis: explosa;

8 prorsus distinctione † scientiæ & ignorantiæ, doli & culpæ: aut damni dati de die, vel de nocte, quòd pœnam reficiendi dãni, cum eligantur passim saltuarij, seu cãparij pro custodia: & statutum loquitur de damnis occultis, vt malitijs occurratur. Berou. cons. 213. nu. 8. 9. vol. 3.

Nec mutat, quod incendium præsu-

9 matur ex culpa inhabitãtium, † quæ proculdubio facit cessare pœnam statutariam, Plot. ad l. si quãdo. n. 856. C. vnd. vi. Quia procedit obiectum in locis in quibus fit ignis, vt in ædibus non in fœnili, aut capsinar in quibus cessat. d. præsumptio. Pãciro. cons. 49. nu. 9.

Insuper non obtinet motiuũ dictæ difficultatis quando ex processu constaret de origine incendij in loco in habitato, & aliquantulum distante à loco habitato. In omnem casum isthæc culpa reputari debet leuissima in omittendo, pro qua habitantes non tenentur, potissimùm probata inhabitantium probitate, & diligentia; Burs. d. cons. 59. col. 2. Gabriell. cõs. 159. vol. 1. & D. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 390. vel quando in habitantes, & ipsi in proprijs rebus senserunt magnum damnum. Cagnol. ad l. contractus. nu. 80. ff. de reg. iur. & Put. de Vbal. tract. de duob. fratribus par. 4. nu. 1. Borell. cons. 7. Neque in terminis d. statuti tenetur actor probare contra communitatem, per quẽ fuit immissus ignis, cùm sufficiat constare de culpa etiam incerti hominis, quicquid censuerit Alberic. tract. de statut. qu. 80. lib. 2. vt in indiuiduo ad Alberi. respõdit Panciroll. d. cõs. 49. nu. 3. & 9. addo Rot. Florenti. d. Decis. 24. nu. 10. vnde fit prospicuum, ne tantillum quidem officere

11 huic interpretationi locum † Bos. suæ prax. crimi. tit. de damn. dat. nu. 6. quatenus vult villã non teneri, si prohibere non potuit; quia non arrogat sibi locum in statuto obligante communitatem ad resarciẽda damna etiam clandestina, & occulta veluti disponit allegatum statutum Bald. d. cons. 203. & 174.

Amplius ratione malæ custodiæ tenetur communitas; cùm satis sit, quod prohibere debuerat, Bero. d. cons. 213. nu. 9. & etiam de iure communi obligationem hanc contra hi, dicit Alberi. ad l. nequid. ff. de incẽd. rui. naufrag. Mazol. cons. 85. nu. 2. Rot. florent. d. Decis. 24. nu. 8. Pancirol. d. loc. nu. 6. & 8. apud nos de portion. rat. q. 103. nu. 24.

12 Neq; ad rem pertinet † locus Nouõstit. tit. de pœn. §. si quis fecerit robariam. vers. & quia per statutum. Tum quia loquitur de incendio excitato seu causato ex bellico infortunio, vel quando alias per homines communitatis resisti non potest: tum etiam quia Cæsar. Constitutiones profitentur nolle derogare statutis ciuita-

13 tum, nisi inquantum sint contraria directè, & euidenter sanctioribus ibi cõtentis. vt cauetur ibi, tit. 1. & statutis locorum.

14 Nec sanè absque ratione; quia dispositio generalis non porrigitur ad ea, de quibus in specie prouisum comperitur: sicuti lex superueniens speciale non tollit priuilegium, nisi de eo particularem faciat mentionem l. sanctio legitima. ff. de pœn. & c. cùm inter. de re iudicat. in simili Cæphal. cons. 55. col. pen. & final.

Ecce obitus Herodiadis filiæ. Ex Niceph. histor. lib. 2. c. 20. Relatus ab Illustr. Baro. anno Christi 33. tom. 1. in hũc modum; Filiæ autem eius talis fuit obitus: Eumdum ei quodam brumali tempore, erat, & fluuius traijciendus: qui cũ glacie constrictus esset, atq; coagmẽtatus: pedes eum transibat: glacie autem rupta, idque non

non sine Dei numine, demergitur illa statim capite tenus, & inferioribus corporis partibus lasciuiens molliusq; se mouens saltat non in terram, sed in vndis, caput vero scelestum frigore, & glacie concretum deinde etiam cõuulneratum, & à reliquo corpore non ferro, sed glaciei crustis resectum in glacie ipsa saltationem letalem exhibet. Spectaculaque eius omnibus præbito in memoriam ea, qua fecerat, spectantibus reuocat: Hinc dens pro dente oculus pro oculo, & pœna talionis tametsi antiquata. Doct. Vasq. controu. Ill. lib. 1. c. 18. nu. 24. & c. 24. nu. 20. Clar. praxi. crim. §. vlt. quæst. 81. Farin. tract. crim. par. 1. quæst. 16.

REMED. LII.

Ex c. 1. de prohibit. feud. alienat. circa interpretationem licentiæ domini directi pro validitate hypothecæ super bonis feudalibus vel emphyteuticis.

SVMMARIVM.

1 *Licentia, assensus, seu beneplacitum directi domini feudi, liuelli census, vel emphyteusi an intelligatur in subsidium alijs bonis allodialibus existentibus.*

2 *Creditores an absolutè immittantur in possessionem emphyt. bonorum, & quomodo.*

3 *Feudum & emphyteusis an veniat in generali obligatione bonorum, & quando.*

4 *Alienanti vel requirenti licentiam alienandi bona feudalia, aut emphyteutica non creditur alia bona allodialia, & disbrigata non subesse, & adesse as alienum exoluendum.*

5 *Mulier si viro distrahendi licentiam faciat bonorum suorum & ea informa precium recepisse confessa fuerit, talis venditio mulieris hæredi an noceat, & quando.*

6 *Caducitas declarata contra maritum, vxori an præiudicat, & quo casu ei succurratur.*

7 *Melior amenta facta in, & super bonis emphyteuticis finita emphyteusi citra culpam emphyteuta an, & quando recuperentur.*

8 *Melioramenta facta ex conuentione an repetantur.*

9 *Emphyteusi finita, & reuersa ad dominum directi quo casu renouetur in alterius persona.*

10 *Creditor emphyteuta timens caducitatem propter negligentiam debitoris non soluentis debitum canonem an admittatur ad solutionem eius inuito domino directi, & quo casu.*

11 *Emphyteuta vel feudatarius contra pactum bona accepta alienans irrequisitio domino, tenetur ad interesse, & quid si pignori, aut aliter suppositerit ità vt nulla sit spes redemptionis bonorum emphyteuticorum, aut feudalium, an talis alienatio seu obligatio sit potens ad caducitatem.*

12 *Onerum satisfactio pro rata bonorum allodialium, & feudalium an fiat, & quando.*

13 *Succedens in feudo hereditario, vel maioratu an teneantur ad debita pro successoribus bonorum allodialium, & quid in feudo ex pacto & prouidentia.*

Licentia, assensus, seu beneplacitum domini directi pro hypotheca super bonis liuellarijs, censualibus emphyteoticis vel feudalibus semper intelligitur
1 † in subsidium, quatenus alia deficiat bona: non autem absolutè etiam alijs bonis allodialibus extãtibus. cap. 1. de prohibit. feud. alienat. Glo. Bartol. & Alex. ad l. commodis. ff. de re iudicat. Io. de Imol. & Alex. ad l. si finita §. si de vectigalibus. ff. de publica. Neuizan. conf. 10. nume. 10. Bursat. conf. 44. nu. 34. & conf. 80. nu. 27. vol. 1. iuncto conf. 171. num. 5. volu. 2. Vulteius de feud. cap. 7. n. 69. lib. 1. Iacob. Marchisell. quæst. 105. Rub. consil. 59.
2 vnde creditores duntaxat † in subsidium immittuntur in possessionem prædictorũ bonorum, quòad commoditatem percipiendi fructus duraturam ad vitam debitoris, si emphyteusis sit ex pacto non hereditaria. Martin. Coleri. tractat. de process. executiuis parte 2. capit. 3. num. 291. Rosental. tract. de feud. cap. 9. memb. 1. conclu. 17. nu. 6. & cap. 10. conclus. 6. nu. 6. Corbul. de iur. emphyteu. tit. de caus. priuatio. ob alienat. limitat. 19. nume. 6. Marchisell. d. quæst. 105. nu. 8. Plenè An-

dr. Kohol. exercitat. legal. 1. num. 3. cum seq. Gayll. lib. 1. obseruat. 117. Afflict. Deci. 26. Asin. praxi. iud. §. 3 1. c. 2. limitat.
3 46. Quoniam feudum † seu emphyteusis in generali non venit obligatione bonorum, nisi in subsidinm. Iason. ad l. prima num. 66. C. de iur. emphyteu. comulatè Anton. Sola ad antiq. decret. Sabaud. titu. de feud. Decret. Yolant secũdæ part. glos. 4. nu. 2. Decis. cons. 160. num. 3. Afflict. Decis. 191. neq; sufficit, quod in instru-
4 mento alienationis † vel supplicat. aut requisitione facta per emphyteutam censuarium liuellarium, seu feudatarium enuntietur à partibus nulla bona extare allodialia, & subesse æs alienum necessarium, quoniã de his aliter liquere debet, scilicet per discussionem bonorũ alienantis; alioqui licentia alienandi, aut hypothecæ submittendi, aut exequendi, vti obrepta. nulla erit omnino. Egregiè Osasc. Decis. 174. per tot. quemadmodum in simili respondit Bald. cons. 322. nu. 3. vol. 1. quod data facultate à viro coniugi alienandi res mariti, aut testatoris pro sua necessitate, si vxor prægrauata infirmitate, rem aliquam testatoris distraxerit, pretiũ que recepisse sit confessa, huiusmodi venditio heredi non obest, nisi quinque concurrentibus nimirum quòd sit euidens necessitas. Secundò quod in eum modum sit permissa venditio. nec sit superflua quantitas. Tertiò quòd in illam causam necessariam fiat venditio. Quartò quod respectu loci. & temporis immineat opportunitas. Quintò quod absit fraus. sic ad literam Osasc. Decis. 171. nu. 14. Addo eundem Bald. cons. 235. volu. 1. Quapropter frequentius receptum est, quod caducitas
6 declarata † contra maritum vxori nonprę iudicat, cui in subsidium. scilicet quando maritus non est soluendo, succurritur, ne remaneat indotata, quãmuis rigor iubeat resoluto iure datoris ceteri quoque resolutum ius acceptoris, etiam quò ad dotẽ. Alba. cõs. 28. volum. 1. & ante eum Bald. cõs. 476. volu. 4. & ex Hostien. & speculat. prolutit. Bursat. cons. 56. nu. 14. & d. cons. 80. nu. 33. Surd. Decis. 102. nu. 20. An possint creditores posculare pręsidiũ restitutionis in integrum. Vid. Farinac. Decis. 809. sub. Rot. Rom. dũmodo caducitas sit causata culpabiliter, ne mariti dolus aut fraus doti miseræ vxoris damnũ inferat. Planè diuersum foret in caducitate contracta sine mariti culpa ex natura ipsius rei, si clarus, & spec. ficus domini assensus non interuenerit, vt mulieris indennitati prouideretur, veluti finita linea mariti, tunc quoq; concidit hypotheca coniugis. Bursard. cons. 80. num. 33. Rosental. de feud. cap. 9. membr. 1. cap. 18. vt in simili obseruatur circa melioramen-
7 torum † recuperationem factorum in, & super bonis emphyteoticis quoniã finita emphyteusi sine culpa emphyteutæ, repetũtur meliorationes illæ, quæ perpetuam respiciunt vtilitatem: secus si culpa interueniat, lata vel leuis, Clar. in §. emphyteusis. quæstio. 45. Valasc. de iur. emphyteu. quęstio. 25. Corbul. eod. tract. tit. de caus. priuatio. ob non solut. canon. ampliat. 36. Vincent. de Franch. Decis. 191. parte 1. Decis. Perusi. 117. part. 2. Scrader. de feud. 2. parte nonæ partis princip. sectio. 2. nu. 20. cum seq. ac Rosental. eiusdem nomi-
8 nis tract. cap. 10. conclusio. 43. exceptis † melioramentis factis ex conuentione, quę minimè repetuntur, nisi aliud actum sit. Honded. cons. 51. num. 49. volum. 1. Sic
9 quando emphyteusis caduca † facta est propter finitam generationẽ, potest alius de familia petere renouationem: non ità si sit finita per culpam emphyteotæ. Gabriell. notabiliter su. commun. tit. de iur. emphyteu. conclus. 1. & Rota Roma. quę sex subijcit limitationes cum suis declarationibus Decis. 195. parte 2. in nouissimis. Huc quoq; pertinere agnosco solennem Decisionem. Ias. ad l. 2. nu. 67. C. de iur. emphyteu. & Rip. ad l. cõuentio. nu. 12. ff. de pignor. & hypothec. vbi creditor
10 in subsidium admittitur † ad soluendum canonem etiã inuito domino, si emphyteuta sit negligens in soluendo, & ob id timet caducitatem. sed hoc intellige dummodo creditor ità soluens habeat hypothecam, vel aliquod aliud interesse probabile, vt apud Marsil. omnino videndũ singul. 368. quia pro conseruatione iuris realis potest soluere canonem domino, & eod. recusante deponere, & obsignare, vt adhuc ius suum conseruet. refugiendo damnum, & incommodum. Rom. cons.

103.

103.nu.1.& conf.491.nu.4.alioqui non cogitur dominus quoniam sua interest, vt ab emphyteota recognoscatur, sine mandato recipere ab alio non comprehenso in emphyteusis,vel in feudo. Decis. Perusin.35. nu.5.par.1. Corbul.d.tract. de iur. emphyteu. tit.vlt.limit.7. num.4. Mari. Anton. Resolut.101.num.8.libro primo.Borg.Deci.29.n.40.par.2.Thom. Gram.conf.ciuil.107.nu.5.& seq.Decis. conf.58.Iasconf.49.& 74. vol.1. Surd. Decis.286.nu.7. & notabiliter Decision. 174.nu.26.vsque ad finem. vbi distinguit ius reale à personali in hoc argumento, nisi in inuestitura appositum fuisset iuramentum, & promissio de non obligando quia hoc casu inanis prorsus foret conatus creditoris: imò si contra pactum empiteuta adhuc in genere obligasset,impune facit,quia etiam prælatus,& procurator possunt generali hypothecæ subijcere bona ecclesiæ,vel domini,quæ hypotheca proficit ad retentionem. Alex. conf.118. nu.20.& seq.vol.5 imò si in specie quoque
11 bona obligasset † emphyteutica, vel feudalia absque domini assensu,nihil agit,sed tenetur ob periurium erga dominum ad interesse citra pœnã caducitatis. Corbul. d.tract.tit. de caus. priuatio. ob alienationem.limitat.33.nu.5.nisi emphyteusis fuisset incõsulto domino pro tanto pretio submissa,vinculata, & obligata,vt verisimiliter cesset omnis spes illam redimendi quia tunc hęc hypotheca improfessa, & non denuntiata quandã alienationis speciem redolet:iccirco locus esset ad caducitatẽ contra emphyteotam. Rip. annot. loco.nu.12.Corbul.d.limit.33.num.6. Maur. Burg. tract. de laudim.par.2.loc. spect.17.nu.4.cũ seq. abundè Rosental. d.tract.c.9.memb.1.concl.14.glo.1.

Nec silentio præteribo declarationem peregregiam. Camill. de Curt. in suo diuers. iurisfeud. vers. multotiens concedẽs dominus num.68.inquiens, in feudo hæ
12 reditario fieri onerum † satisfactionem prorata bonorum allodialium, & feudalium, quando in feudo est institutus, cui de iure debetur successio, vel quando intestato succedit in feudo. At vbi alius est in eo institutus, tum verò vocatus à lege succedit in feudo, non fit onerum distributio pro rata bonorum,sed in subsidium duntaxat permittitur executio,ne ex hoc creditores defraudentur, & ex fraus euidenter deprehenditur, dum alijs bonis discussis,compertum est,non posse creditores intentũ suum assequi.addo. Capyc. Decis.199. Fab. de Ann.cons.4. Geuall. tract.commun.contra commun. q. 636. nu.13.& Andr.Kohol.d. exercitat. lega.
13 1.nu.91. vbi successor feudi hæreditarij † vel in maioratu succedens tenetur saltem in subsidium ad id,quod creditores ab heredibus bonorum allodialium consequi nequeunt: sed in feudo ex pacto, & prouidentia cessant prędict. omnia non solũ quoad ius dominans,verùm etiam quoad fructuum commoditatem. Afflict. Decis. 26. vbi latissimè. sed de æquitate, vel de consuetudine in subsidium ob honorem prioris filius de fructibus feudi satisfacit. Mysinge.obser.67.num.10. centur.3. & tamen feudum ipsum hæreditarium nedum illius fructus, potest in subsidium retineri, & validè fieri executio, donec manere potest apud debitorem, vel eius hæredem. vt bene aduertit Viui. Decis. 295.li.2. semper tamen debet præcedere excussio bonorum allodialium, & in casibus, in quibus forte cessaret excussio, etiã per renuntiationem, vel aliter, adhuc sit locus per depositum expensarum petendo id fieri sumptibus eius, cuius interest. Surd. Decis. 174.nu.28.

REMEDII LII. ILLATIO.

Ex varijs iuris locis circa immunitatem à solutione laudimiorum in casu necessariæ alienationis rei emphyteuticæ, qualis est adiudicatio, licitatio subhastatio datio in solutum, vel assignatio sub tit. dotis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non tenetur ad solutionem laudimij re emphyteotica ex causa necessaria alienata quatuor concurrentibus hic expressis, & nu.2.3.4.*
2 *Debitum necessarium, quomodo intelligatur.*

3 *Carens bonis liberis in praeiuditium directi domini non debet excessiuam dotem constituere super emphyteoticis.*

4 *Creditor bona emphyteutica accipiens ad hastam, vel in solutu tenetur ad tria, vt hic.*

5 *Nouus acquirens tenetur ad laudimium.*

6 *Emphyteota factum non debet directi domino officere, & nec emptoris habentis causam ab obligato.*

7 *Bona emphyteotica genero tradita ex causa dotis si fuerint aestimata an soluendum sit laudimium & quid si bona emphyteutica creditori insolutum data redempta fuerint intra legitimu tempus an similiter debeatur num. 8.*

9 *Emphyteuta filia an sit de comprehensis in inuestitura adeo: vt non teneatur ad laudimij solutionem.*

10 *Non comprahensus in inuestitura nouus dicitur emphyteota, & ab eo dominus exigit laudimium, non à filijs qui continuatur in iure patris.*

11 *Pro exactione laudimij competit actio personalis, & in subsidium hypothecaria contra possessorem bonorum, & an dominus habeat optionem.*

O deuectus sum, vt hoc tacitus praeterire non possim; quod subleuat emphyteutam, & habentem causam ab eo ne teneatur † ad solutionem laudimij, quando alienat bona emphyteutica ex necessaria causa, dũ modo haec quattuor concurrant. Rot. Auenion. Decis. 143. nu. 2.

Primò autem refert. quod debitum, ad quod sanandum fit alienatio, sit necessarium. intelligendo necessarium † debitũ

2 pro contracto ex prouidentia legis, veluti est dos filiae, vel neptis in aetate nubili cõstitutae, vt tradunt Deci. Ias. & alij ad authen. Preterea. C. vnd. vir. & vxor. Ozasc. Decis. 167. & seq. Mascard. de probat. concl. 333. nu. 6. Maur. Burg. de laudim. part. 2. inspect. 12. vbi de dote aestimata debetur laudimium, & D. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 110. vbi debitum necessarium dicitur, quod prouenit aliunde, nec habuit originem à debitore, saltem immediatè Surd. cons. 396. nu. 26. vol. 3. vnde fit perspicuum, an citra rearũ mortalem possit cum patre excommunicato, quem alioqui necessitas excusat, celebrari tuto contractus dotis de quo infra remed. 118. quo pacto intelligitur Gamma. Decis. 178. nu. 1. dum dicit, quid venditio ad hastam dicitur alienatio necessaria. s. secundum quid.

Secundo requiritur, quod nulla alia extent bona allodialia, sed in eorum defectum, seu subsidium dos constituatur, & assignetur ex bonis emphyteuticis aestimatis, siue quod illa debent in solutum pro dote ipsa.

Tertiò requiritur, quòd dos sit discreta, & congrua, ne per indirectum dentur bona maximi valoris in dotem cum praeiudicio † directi domini, quia dos non debet esse nimis excessiua. sic Paseth. cons. 3
137. Crauet. cons. 215. nu. 6. & 7. Amed. de Pont. quaestio. laudimial. 19. Vinc. de Franch. Decis. 277. parte 2. Tessaur. Decis. 139. Viui. Decis. 496. nu. 9. lib. 3.

Quartò requiritur, quod adhibeatur, vel requiratur domini directi consensus. Menoch. lib. 4. praesumpt. 189. nu. 171. & 194. Planè diuersum est quoad creditorem † bona emphyteutica capientem in 4
solutum ex causa iudicati, quando alia nõ extant Grat. cons. 133. nu. 12. lib. 1. quia quamuis licitè capiat, vel licitè ponantur ad hastam, vt dicit Castren. & Roma. ad l. fi. fin. §. fi. de vecti. ff. de dam. infect. cum alienatio dicatur necessaria, quae iccircò sarta tecta tuetur iura emphyteotae Crauett. d. cons. 215. nu. 3. Surd. Decis. 305. nu. 30. & Marchisell. quaest. 105. num. 8. sicuti quando pro quantitate dotis restituendae datur insolutum emphyteusis, vt laudimium debeatur. Maur. Burg. tract. de laudimio. p. 2. inspect. 3. in fi. (quem placuit referre ne sint occupator alienae laudis.) Nihilominus creditor vel licitator tenetur ad tria.

Primùm est, quod ex formula generali inuestiturae denuntiatio praecedat, an dominus velit praeferri, & expectetur illius responsum per duos menses ad formam l. vlt. C. de iur. emphyt.

Secundò, quod acquisitio fiat saluo iure domini, &c.

Tertiò, quod intra annum inuestituram petat approbatiuam quo tempore solui

oportet

oportet laudimium Iaf.ad d.l.vlt.n.113. Rol.à Vall conf.21.nu.17.lib.1. quemadmodum latè defendit Corbul. tract. de iur.emphyteu.tit.de cauf.priu. ob alienationem limit.19. cum laudimium † citra
5 pactum debeatur à nouo acquirête. Rot. Auenion. d. decif.143.nu.3.& debitum contractum fit voluntarium, confiderata origine.Caball.conf.163.nu.30.cũ feqq.
6 Ideò factum emphyteotæ † non debet officere domino directi tam respectu prælationis, quàm laudimij. Sic nec factum iudicis,quod reputatur factum partis,nec emptor debet recufare hoc implementũ, cùm is habeat caufam à debitore fic obligato.preclarè Bald.conf.300.& 306. lib. 1.Vincen.de Franc.d.Decif.277. Teflau, d.Decif.139.Amed.à Pont.q.27.Burfat. conf.43.nu.30.& 31.vol.1.

Nec obftat diftinctio. Mauri. Burg. d. tract.par.2.infpectu.49.nu.8.cum feq.vbi pro adiudicatione perfolhitur laudium quando in fubfidium deuentum eft ad eâ, quia auctoritates ibidem relatæ non probant,& præterea pugnat ratio finalis, cum laudimium debeat perfolui, & principium fuit voluntarium.Bald. dicto conf.306.ut ... Vlterius eft aduertendum, quod fi bo-
7 na emphyteutica genero † æftimata confignarentur ex æftimatione,quę facit emptionem, tunc quoq; effet foluendũ laudimium,quia in generum alienata dicuntur, nec remanent in dominio mulieris, prout quando traduntur æftimata ex æftimatione, quæ non facit emptionem, vt declarat.Mafcard.de probatio. côcl.663. Decif.Peruf.60.nu.12.par.1. & appofitiffimè Marchifell. d.quæft.105.nu.5.& 6.vbi citat.fpeculat. Bertrand.Socin.Romã. Alex.Bald.nouell.Tiraquell.& alios dicentes, quòd nec in reftitutione dotis requiritur domini cõfenfus nec laudimij folutio: ficuti nec in conftitutione dotis æftimatæ,vel ineftimatæ,quando æftimatio non facit emptionem.

Cæterùm à prædictis excipere ego fo-
8 leo cafum redemptionis bonorum † intra tempus præfcriptum à Nou. Conftit. tit. de bon.infolut.dád. fcilicet, intra annum quãdo electa eft via fubhaftationis bonorum,& intra biennium in datione infolutum neceffaria ac iudiciali inchoandum à die dationis infolutum, vel à die confirmationis ipfius, fi fortè à datione ipfa foret appellatum, vt appellari poteft.Socin. fen.conf.132. vol.1. Plot. ad l. fi quando nu.526.C. vnd. vi.& Carpan. ad ftatut. Mediol.cap.164.num.20.part.1. nã pro hac redemptione quæ fit, ob antiquam caufam nõ debetur laudimium,ficuti nec quando recuperantur bona ex vi pacti de retrouendendo, incontinẽti tamen appofiti,& in intra tempus conuentum fiat redemptio. aliàs fecus Franc. Marchi decif. 601. & 602. parte 1.Rot. Auenion. Decif.122.in fin.

Rurfus in confiderationem venit illud quod comminifcitur Crauett.d. cõf.215.
9 nu.8. an filia † fit de comprehẽfis in inueftitura, necne, quod creditori extraneo non accommodatur. Nam comprehenfus in inueftitura, non tenetur ad laudimij folutionem, dummodò fit talis qui fine facto, & difpofitione defuncti foret de vocatis, & de fuccefluris, vt diximus in tracta. de portio. rata quæft.112.& ante nos validiffimè probat Viu i. cuius locum tunc non obferuaueram d. Decif. 496. num.6.

Nouus autem dicitur emphyteota is,
10 qui fub † inueftiturã non erat comprehẽfus quamobrem directus Dominus debet habere laudimium, quando renouat inueftituram in fingularem fucceflorem ratione mutatæ fuccefsionis. In perfona verò filiorum noua non fit acquifitio, fed dominij continuatio, fiue pater inteftatus deceflerit fiue teftatus fi modò fuerat inueftitus, alioqui fecus. Larè Riminald. iun.conf.737.nu.47. vfque ad fin. vol.7. quòd fi (ne finam hoc fuperpondij loco præterfluere) laudimium non poffit exi-
11 gi actione perfonali, cõpetit † actio hypothecaria non in fubfidium contra poffefforem bonorum obnoxiorum fed data domino directi optione, tametfi cedere actiones teneatur poffeflori ad hoc pulfato. Vincent. de Franch. Decif. 430. part. 2. & apud nos annot. quæft. 112. num. 9.

REME-

REMEDIVM LIII.

Ex tit. de clandest. de sponsat. & in Nou. Constitut. Mediolani tit. de poen. §. matrimonia, circa matrimonia clandestina.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia clandestina, qua dicantur secundum nouas constitutiones, Mediol. & iuxta Constitutionem conciliarem.*

2 *Matrimonium aliter contractum, quàm ad praescriptum sacri Concilij Tridentini, non valet etiam in foro conscientiae.*

3 *Denuntiationum omissio ex ordine episcopi, vel Vicarij non irritat matrimonium; & num. 5. etiam post matrimonium factae, & ante illius consummationem.*

4 *Matrimonia praesumpta hodie non valent ex decreto conciliari.*

6 *Parochi praesentia non casualis, sed contradicentis, & compulsi per vim, an sufficiat ad matrimonij validitatem.*

7 *Iulij Saanazarij I.C. Papiensis tract. de sponsal. & matrimon. commendatur.*

8 *Matrimonium quando validum absque parochi praesentia, adhibito in subsidium alio sacerdote.*

9 *Constitutionum Nouar. de tutel. §. & quia plerumq; locus enucleatur.*

10 *Statutum Papiense 119. in ciuilibus expenditur.*

11 *Tutoris, vel curatoris, defectum aliquando supplet iudex.*

12 *Executorum testamentariorum defectum, quando suppleat episcopus, vel procurator pauperum.*

13 *Literarum patentium Senatus excellentissimi circa contractus minorum super bonis immobilibus interpretatio.*

14 *Absentia propinquorum, an praesumatur, vel praesentia.*

15 *Mulieris contractus sine consensu viri, a statuto requisiti, quando valeat, si maritus sit absens.*

16 *Agnati, vel cognati absentes, à loco contractus numquid sint requirendi, & quando expectandi ad solemnizandum cõtractum minoris, vel mulieris.*

ABhorrent magnoperè Caesareę cõstitutiones in dominio Mediolani tit. de poen. §. matrimonia perniciosissimam clandestinitatem

1 † matrimoniorum, idcircò his conceptis verbis sancitum reperitur, vt puellae nubiles minoris aetatis annorum xviij, quae tamen viduae non sint sponsalia vel matrimonium tractent, vel de factò contrahant sine licentia patris, & matris, (vbi tamen mater ad secunda vota non transierit) & in subsidium duorũ ex proximioribus agnatis sanguine cõiunctis, & in eorum defectum, cognatis, quod si contra factum fuerit, maritus non lucretur dotẽ, nec antenuptialem donationẽ, nec quicquam aliud ex bonis, vel iuribus ipsius vxoris virtute cuiuscunque contractus, vel vltimę voluntatis; aut iuris municipalis, etiam quòd ex post parentum, agnatorum, vel cognatorum accesserit assensus. Hactenus Caesarea constitutio, cuius meminit Plot. ad l. si quando. §. 7. C. vnde vir. & vberius in suo indice litera matrimonium, vel in impressione Nouarię sub nu. 341. quem seqq. D. Menoch. de arbitr. iud. casu 398 nu. 48. Alba cons. 315. nu. 24. vol. 2. sicuti multis in locis statutum Ticinense in defectum agnatorum admittit cognatos, mox in subsidium vicinos. Aliquando ad petitionem filiorum, parentum, vel fratrum quidpiam conceditur in subsidium ad petitionem propinquorũ in materia interdictionis bonorum contra prodigum. Fulgos. cons. 79. & statuto Papiae in ciuilib. 61.

Superuenit deinde sacrum Oecumenicum Tridentinum concilium de reformat. matrimo. sessio. 24. cap. 1. cui omninò & semper standum est, quodque irritat huiusmodi matrimonia cum animaduersione in contrahentes sub alia forma, quàm ad praescriptum conciliare; & cum ipsum concilium verba non solum dirigat ad ipsum contractum, irritando illũ, sed etiam inhabiles reddit contrahentes, ad sic contrahendum; consequens est, vt nec in foro conscientiae valeat. F. Eman. Roder. tract. de quaest. Regul. tom. 3. qu. 54. art. 6. Caputaq. Decis. 212. parte 2. vsque adeo vt nec resolui queat in vim spõsaliorum. Menoch. cons. 368. nu. 9. licet

de

de iure communi in contrarium dixerit Rot. Roman. decis. 429. part. 1. vbi decretum concilij non annullat matrimonium clandestinum, si contractum sit sine debitis solemnitatibus, scilicet denuntiationibus ex ordine episcopi, qui potest talem
3 solemnitatem † remittere. Cæphal. consil. 421. etiam præter causas à sacro consilio expressas: secundum prudentiam, & iudicium ordinarij, seu vicarij generalis de consuetudine, & quidem temporalis, atque ad nutum amouibilis, tametsi matrimonium malitiosè non impediatur: non ità in contracto extra faciem ecclesiæ, vel sine proprio parocho, & testibus, saltem duobus, vel etiam cũ proprio parochio, nihil tamen eorum, quæ agebantur vidẽte, nec audiente, vt non semel censuisse sacram congregationem illustrissimor. Patrum auditum est. Bertazzol. consilio crimin. 283. vol. 2. & Cæphal. de quo, nuper. Honded cõs. 87. vol. 1. Menoch. cõs. 69. Nauarr. Manual. cap. 22. n. 69. & 70. Diaz. pract. crim. can. cap. 67. Greg. Sayr. in Thesaur. cas. conscient. lib. 4. cap. 15. n. 8. cùm tamen ante conciliarem constitutionem clandestina valerent matrimonia, modò legitimè possent probari etiam per testes singulares cap. 1. vbi Abba. de clandestin. desponsat. Nauar. cons. 2. de clandestin. despons. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 1023. nu. 10. & seq. & conclus. 1032. Graff. lib. 2. capit. 85. Decis. par. 1. Decian. cons. 5. nu. 108. cum seq. vol. 1. Cæpha. cons. 503. Claud. Bertazzol. ad d. patris cons. 283. quemadmodum hodie
4 state d. decreto cessare matrimonia † præsumpta scribit Surd. cons. 364. num. 54. lib. 3. Menoch. lib. 3. præsumpt. 1. nu. 99. & nos diximus tractat. de fact. scientia, & ignor. distinct. 40. cẽt. 2. tom. 1. Imò post publicatum dictum cõcilium dubitatur, an detur adhuc clandestinum matrimonium validum, saltem clandestinitatis vitio purgato, quando clandestinitas con-
5 sistit in omissione † denuntiationum præ-
6 sente parocho, sed † reluctante, & inuito atque per vim cõpulso: & nulla denuntiationem præ ambula remissione, vt concludit sapienter præclarissimus I. C. con-
7 ciuis noster † Iulius Sannazarius eruditissimo suo tracta. de matrimon. capit. 3. art. 5. num. 161. cum seq. & sacræ Illustrissimorum DD. Cardinalium congregationi placuit, matrimonium subsistere cum graui animaduersione in sic cõtrahentes,
8 Quod si ità vrgens esset † necessitas, vt copia parochi, & testium haberi non possit, ingruatque periculum, si testes, & parochus expectentur, quòd tum in subsidium per mutuũ consensum inter contrahentes, vel in præsentia alterius sacerdotis, vel testium tantùm fieri posse in casu cõnubij cum magnate, quod magna cum deliberatione solet tractari, vel data verecundia contrahentium, quæ otiatur ex causis valde rationabilibus, quibus casibus communiter solet, ex Nauarro vt sup. omitti denuntiationes, etiam post matrimonium, & ante illius consumationem. tradit Graff. prædicto loco. nu. 8. Verumtamen Henriquez in summa. De sacramentis. lib. 11. cap. 3. nu. 8. non admittit, quod siue parochi præsentia valeat matrimonium etiam vrgente necessitate, quasi quod deficiat vnum ex substantialibus matrimonij, propterea quod matrimonium non est de necessitate salutis. idcirco necessitas etiam extrema non tollit impedimentum matrimonij. In simili de subsidiario propinquorum interuẽtu habemus cõstitutionem pariter Cæsar. titu.
9 de tutel. §. & quia plerumq; † vbi traditur praxis citandi minores tutorem, neque curatorem habentes, per volentes cum eis litigare, vt id peragant citatis duobus proximioribus agnatis sanguine coniunctis minori ipsi. Gallia cons. 60. nu. 7. Quod si vnus tantùm sit agnatus, ipse, & vna cum eo vnus proximè cognatus: alioqui in subsidium citandi erunt duo cognati proximiores, id quod declarat Alex. ad Bart. in l. si tertius. vers. & idem ff. de aqu. pluu. arcend. Bald. cons. 488. in princ. volum. 1. Tiraque. ll. connub. glo. 8. num. 7. cum seqq. & num. 39. Carpan. ad stat. Mediol. par. 1. cap. 34. nu. 36. & num. 59. & cap. 328. num. 364. Afflict. Decisio. 262. & Borgnin. Decis. 25. par. 1. sic in contractibus minorum, vel mulierum nuptarum, vel personarum sub patris potestate constitutarum etiam duo vicini in subsidium idest in defectum agnatorum, & cognatorum præstant authoritatem cum iustitiæ con-

10 consule ad normam statuti † nostri Ticinens. 119. in ciuil. Quemadmodum ali-
11 quãdo supplet † iudex defectum tutoris. vel curatoris. l. bonorum. C. qui admitti. & l. si infanti. C. de iur. delib. & prætereà
12 defectum † executorum testamentariorũ supplet Episcopus, vel procurator pauperum, teste Alex. cons. 206. col. vlt. volu. 6. Et eundem pariter sensum recipiunt lite-
13 ræ † patentes Senatus Excellentiss. disponentes circa obligationis, renuntiationes, aut alienationes minorum, aut mulierum in casibus non permissis sed ex causa, vsq; adeo vt sufficiat interuentus cognatorum vel in subsidium duorum vicinorum, si agnati fuerint inhabiles, vel absentes à ciuitate, vel loco contractus, aut propinquo sub eodem territorio, vel diuerso eiusdem tamen principis formiter iurantium, sic expedire: & qui diligenter aduerterint, ne qua fraus &c. vel si etiam sint præsentes. sed nolint sine iusta causa consentire habito tamẽ recursu ad superiores pro subrogatione alterius in locum recusantis.
14 Absentia † tamen dictorum propinquorum præsumitur, nisi contrariũ probetur. Bald. dicto cons. 488. & cons. 394. volu. 5. vbi de dicto statuto nostro loquitur. Castr. cons. 124. li. 1. Alex. cons. 80. n. 13. volu. 5. Corn. cõs. 147. & 241. nu. 7. volu. 2. & cons. 151. nu. 4. volu. 4. cũ adductis per D. Menoch. cons. 351. nu. 30. vbi qui vult oppugnare obligationem veluti cõtractam sine propinquorum, qui adhibẽdi erant, cõsensu, debet probare quòd ille tum tẽporis habuit propinquos qui poterant interuenire. idem Menoch. præclarè de arb. iud. cas. 212. Carpan. d. statuto 328. nu. 364. & 5. seq. Ruin. cons. 145. colu. 2. lib. 1. Granut. Theoremat. 25. lib. 1. additur Crauett. cons. 12. nu. 4. vbi va-
15 let contractus † cũ muliere sine consensu viri à statuto pro forma requisito quando non potest adhiberi propter eius absentiam in remotis partibus; secus si in propinquis, quia debet expectari, vt presens
16 sit, sicuti debent expectari † agnati, vel cognati absentes, si absunt, loco tamen proximo ciuitati, vbi actus ille celebrari debet.

REMEDIVM LIIII.

Ex Regio iure apud Hispanos circa incapitationem, vulgò encabecamentos.

SVMMARIVM.

1 *Incapitatio Hispanis vulgo encabecamentos remedium subsidiarium, & qualẽ sit. & num. 3. 5.*
2 *Accollare idem, quod in se suscipere, & acceptare quicpiam suo periculo.*
4 *Particularis solutio regulariter non admittitur inuito creditore.*
6 *Oblatio ad canonem est realis.*
7 *Ei, qui participat in emphiteusi, & soluit suam ratam portionem, si non est in culpa, an subueniatur.*
Vocato ex emphyteutica inuestitura, vel fideicomisso si non soluitur canon debitus per coheredes quomodo sit consultum ibidẽ.
8 *Enunciatum, quòd inuestitura mutat bonorum naturam. quomodo procedat.*
9 *Emphyteusis insolidum concessa quomodo dignoscatur.*
10 *Diuisio emphyteusis insolid. concessa inuito domino in quibus casibus cesset.*
11 *Subsidium prædictum an possit apud nos practicari.*

Apud fortissimam prudentissimamque nationẽ Hispanam Regio iure introductũ esse præcæteris remedium illud subsidianum quod apellatur incapitatio, & iuxta idioma Hispanicum, Encabecamentos scribit Valasc. Decis. 53. quando moritur
1 emphyteota † relictis pluribus heredibus, quorum vniadiudicatur totus fũdus emphyteuticus suo prorsus periculo quasi in capite vnius posita emphyteusis reliquis satisfacturi de æstimatione pro portione rata cuiusque eo in cuius capite poni plura vota concordauerint. Quod si aliquo respectu non conuenerint, vel quia vota sint æqualia, vel duo sint tantummodò heredes, & vnusquisque aucupetur emphyteusim, diffinitum reliquit lex illa Regia,

gia, vt intra semestre fiat incapitatio sub pœnis ibidem expressis. Gamma Decis. 242.num.4. & 5. instar accollationis per aliquem factæ de certo credito, vel negotio in seipsum, quæ est subrogatio quædã facta ad commoda, & incõmoda crediti,
2 vel negotij: postquam verbum † accollare idem est quod acceptare periculo suo: veluti apud Sueton. in vita Claudij Imp. ca. 10. apud M. Varronem de re Rustic. lib. 3. & Illustrissimum Card. Tuscum practicab. iuris concl. in littera A. conclus. 84.
3 Subsidium autem † consistit in duobus Primum ex parte domini directi, cuius interest solui non minutarim, aut particulatim, & in frustula, cùm particularis solutio plurima habeat incommoda l. 3. ff. fa-
4 mil. hercis. Ideoq; non admittatur † regulariter inuito creditore. Ias. ad l. quidã e ēistimauerunt. n. 2. 5. & 7. ff. si cert. peta. Asin. de execut. S. 7. cap. 167. At ex parte
5 heredum † longè maius subsidium consideratur, dum vnus tantùm prouidere intendit suæ indemnitati: non autem pẽdere cogitur à facto, & voluntate alterius, qui posset negligere solutionem suæ ratæ partis, vel imprudenter, quo casu contraheretur pœna caducitatis etiam contra omnes ob indiuiduitatem etiam quoad soluentẽ pro portione sua. sic enim se habet indoles emphyteosis vni concessa à principio, vel etiam duobus, pluribusuè insolidum, non obstante diuisione deinde secuta inter coheredes, cùm oblatio ad
6 canonem sit realis, teste glo. ad l. communi diuidundo. ver. confunderetur. ff. communi diuid. Cuman. cons. 81. Alex. cons. 89. volu. 4. Fab. de Ann. cons. 16. Cephal. cons. 699. nu. 42. cum seq. Ioann. Ronchegall. Giold. ad l. eandem num. 137. cũ sequent. ff de duob. rei. latè Corbul. tract. de iur. emphiteut. tit. vlt. ampliat. 8. Caroci. tract. de locat. par. 3. tit. de heredit. action. paruæ edition. Afflict. Decis. 153. Borgnin. Caualcan. Decis. 30. nu. 118.
Est tamẽ verum quod adhuc subueni-
7 tur soluenti † ex æquitate, quando soluẽti suam ratã portionẽ nulla potest adscribi culpa, quia scisitatus fuisset, an socius soluerit suam partem, & sibi esset significatũ quòd coheres, vel socius satisfecit pro sua rata, & amplius socius qui persoluisse asseuerat, non esset soluendo, vnde inanis futurus esset regressus. Corbul. ibid. nu. 22. & 23. vel quando constaret de malitia nõ soluentis in fraudem, & ex industria, vt excluderet vocatos ex inuestitura, & de hoc malignandi proposito constet, quo casu hi comprehensi in inuestitura. vel fideicõmissarij quibus aliquando restitui oportebit isthęc bona, admittuntur ad solutionem canonis, & ad infringendam inuestituram alijs factam reuocatoria actione. Grat. cons. 132. nu. 7. vol. 1. Corbul. qui alios adducit dicto loco. nu. 10. cum seqq. additur Boer. Decis. 181. num. 6. & deinceps. Rot. Auenion. Decis. 28. num. 2. & Petra Placentin. tract. de fideicommiss. q. 14. nu. 301.
8 Nec obstat quòd inuestitura † mutat naturam bonorum Bald. ad l. 1. ff. de rer. diuis. & Rimin. iun. cõs. 150. n. 20. vol. 2. quia nõ habet locum in inuestitura fraudulenta, vel mendicata: prout nec inuestitura erronea, aut subreptitia, & minus in fulminata, quam dicere possit quis pręcipitatam. Iul. Clar. in suo. S. emphyteus. q. 8. num. 14. Castren. cons. 189. vol. 2. Decis. cons. 42. nu. 6. Bero. cons. 89. vol. 1. & Rimin. iun. cons. 355. num. 24. cum seqq. volumine 4.
9 Dignoscitur autem emphyteusis † concessio insolidum plurifariam, scilicet, quãdo expressè id actũ est, quia tunc per ius decrescendi omnes consequi poterunt integram eam emphyteusim. Soci. iun. cõs. 70. vol. 1. Cephal. cons. 345. n. 33. vsq; ad fin. vol. 3. Decia. cons. 73. nu. 8. volumine 2. Gabriell. cons. 66. & 70. vol. 2. Vel quando adsunt illa verba in inuestitura, de vno in alterum reuertantur bona, Feder. de Sen. cons. 228. Rip. ad l. re coniuncti nu. 166. de leg. 3. Vel dictũ esset, quod vnus alteri succederet vsque in tertiam, vel quartam generationem Angel. cons. 287. num. 7. Iaso. cons. 1. vol. 3. & Decis. cons. 78. nu. 6. vel essent adiectę illæ clausulæ (pro indiuiso, seu pro se, & eorum ac cuiuslibet ipsorum filijs) Idem Decian. d. cons. 73. col. 2. cum duabus seqq. Et in
10 summa in his omnibus † casibus, in quibus habet locum ius accrescendi quò ad emphyteusim diuisio solidi cessat inuito domino,

dominio directi, quos notat Gabriell. cōs. 87. vol. 1. Decia. d. loc. Crass. tract. de successio. §. ius accrescendi. q. 28. & ante eū Clar. in d. §. emphyt. quęst. 39. Corbul. d. tract. tit. de caus. priuat. ob lin. fi. nu. 96. cū seqq. latè Carol. Iallong. Racemation. 146.

11 Posset idcircò reduci hoc † ipsum remedium ad praxim etiam apud nos in duobus casibus P. est quando emphyteutica res non pateretur commodam diuisionem, quia tunc ingreditur adiudicatio admodum cōsueta in huiusmodi casibus, quando res est indiuidua omnino, vel commode nō potest diuidi offitio iudicis, & præfertur faciens meliorem conditionem, vel quem directus dominus maluerit, aut iudex arbitrabitur. §. si familiæ cū seq. Inst. de off. iud. de qua adiudicatione Afflict. Decis. 358. & latè agit Asini. de execution. §. 4. c. 1. & 2. Secūdus est casus, quando res emphyteotica est distributa in testamento valde inæqualiter, vt potest nisi contemplatione filiorum acquisitam esse constaret. Clar. d. §. emphyteusis, quęstione 16. Valasc. de iur. emphyteut. quæstione 49. Bursat. cons. 251. & seq. volu. secundo, & Bertazol. ciuil. cons. 114. hoc namque casu, qui longè maiorē portionē in magno excessu habet, de æquitate esset præferendus habenti minorem partem ad euitandum rei periculum, & præiudiciū arg. l. maiorem ff. de pact. l. sancimus. §. ne autem. C. de donatio. Castr. ad l. 1. C. commun. diuid. Corn. cons. 81. lib. 2. & Capicius Decis. 36. sic in æquanda diuisione obseruari probat Barz. Decis. Bonon. 100. ad fin.

REMED. LV.

Ex l. quærebatur ff. ad l. Falcid. & l. 1. C. si cer. pet. contra prælegatarios: quando hæreditas non est soluendo.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas vbi non est soluendo, onus soluendi æris alieni inter prælegatarios distribuitur pro rata, etiam si erecta sit primogenitura in aliquorum fauorem, quæ partem hæreditatis absorbeat.*

2 *Creditores præferuntur etiam legatis pijs, atque in specie consistentibus, & quando.*

3 *Legitima licèt cedat cuicunque æri alieno, tamen vbi hæreditas non est soluendo, potest iustè, à legatarijs, & fideicommissarijs peti.*

4 *Creditores hypothecarij in quibus comparantur habentibus personalem tantum.*

5 *Regulæ l. 1. C. si cer. pet. declaratio.*

6 *Hæres an, & quando teneatur vltra vires hæreditarias cessante beneficio inuentarij, distinguendo auctor edocet.*

7 *Bona primogenituræ non nisi in subsidium, alienari possunt.*

8 *L. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testam. declaratur.*

Mihi semper placuit æquitas, illa, vt quando hæreditas non est soluendo, vel portiones hęreditario iure sunt relictæ æris alieni ferendo oneri minus idoneæ; tunc in subsidium subsidium sit onus, & illud
1 distribuendum pro portione rata † inter prælegatarios, etiamsi in aliquorum fauorem, & gratiam erecta sit in eodem testamento Primogenitura, quæ absorbeat maiorem hęreditatis partem tam quò ad prælegatarios, quàm quò ad creditores ipsos quibus non potui nocere testator l. qui quadringenta, & l. postulante §. 1. ff. ad Trebell. l. 1. C. de bon. aut. iud. possid. & l. 1. C. debitor. vend. pignor. impetrar. non poss. qui præterea præferuntur honoratis tit. legati, quia si idipsum obtinet
2 in legitima, † etiam quod esset più, vel in specie consistere quando hęreditas non est soluēdo. Barto. in l. is qui. §. postquam. ff. vt in poss. leg. & Vinc. de Franch. Decis. 236. p. 2. quæ legitima cedit cuicunq; æri alieno. l. Papin. §. quarta ff. de inoff. test. & tamen iuste peti potest à legatarijs, & fideicommissarijs, cùm hęreditas non est soluendo. §. cæterùm. in Authen. Vt cùm de appellat. cognoscit. Imol. Alex. & Rip. ad l. in quartam. ff. ad l. Falcid. Peregrin. de fideicommiss. art. 4. nu. 33. multo fortius sibi locū vindicat causa sanandi æris alieni si vires hæreditatis sint insufficientes, &

tes, & de hoc supposito constet ex inuentario, vel aliter, vt dixi tract. de portio. rata q. 2. nu. 7. & 8. † eoq; fortius in creditoribus hypothecarijs quorum conditio lõgè melior est habentibus tantum personalem in materia concursus excepto casu dilationis quinquenalis misero debitori cõcedendæ. l. fi. C. qui bon. ced. Vinc. de Franc. Decis. 82. num. 7. p. 1. Burs. cons. 345. vol. 4. Qua ratione limitatur regula.
4 (margin number beside "ta q. 2. nu. 7. & 8. † eoq; fortius in credito-")

5 † l. 1. C. si cer. pet. quoniam stante mole debitorum hæreditariorum legatum speciei pariter contributionẽ seu deductionẽ si hæreditario iure relicta bona non sufficiunt l. quæ rebatur. ff. ad l. Falcid. l. 2. §. 11. ff. de condit. indeb. Vincent. de Frãch. Decis. 236. per tot. par. 2. Corroboratur hæc mea opinio ab effectu resultante ex confectione inuentarij non permitentis quempiam teneri vltra vires hæreditarias, vulgat. l. vlt. C. de iur. deliber. & aliàs nõ nihil à nobis hac de re dictum est, supra

6 remed. 39. † quid si cesset huiusmodi beneficium, tunc distinguerem duos casus.

Primus est, quando cessaret ob culpam hęredis, & tunc is de proprio per regressũ sustinebit omnes onus æris alieni.

Secundus est casus, quando cessaret beneficium inuentarij sine facto, & culpa hæredis, vt quia esset sublatum per statutum quemadmodum Mediola. & Ticini viget huiusmodi statutum, & tunc aut testator prouidit circa solutionem debitorum, vt ad ratam persoluerentur ad hęredibus, qui, & ipsi sunt prælegatarij. & tunc cum hoc æquissimo moderamine, ad euitandam nimiam inęqualitatẽ inter liberos, interpraetari liceat volũtatem paternam, vt primo exhauriantur hęreditariæ portiones hæreditariæ pro solutione æris alieni. Quibus non sufficientibus in subsidium reijcerem hoc oneris in prælegatarios, & etiam in primogenitum pro

7 rata portionum: ita tamen † vt bona primogenituræ pręseruentur, nec alienetur, nisi in subsidium. idest quãdo fructus bonorum primigenio subiectorum nõ sufficiunt, vt apud Molin. tract. de primogen. Hispanodib. 4. c. 1. num. 19. & 28. & in comitatu Sartiranæ lumellinę regionis, & Principatus Papien. respondit. Surd. cons. 351. num. 8. vol. 3. sic colligo ex Capyc.

Io. Bapt. Costa Tract.

Decis. 198. Aut testator nil disponit circa hoc caput, & tunc cessãte ratione magnę inęqualitatis, onerandum crediderim hęredem inconsultẽ, & nimis animosè hęreditatem agnoscẽtem, & suspectam nè dicam damnosa adeuntem. d. l. vlt. C. de iur. delib. Valasc. Decis. 87. Hinc dispositio

8 † l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. ad testamentum inter liberos cum minori testium numero sustinẽdũ etiam filijs inæqualiter institutis procedit. quando modica esset inæqualitas secus in notabili inęqualitate Boer. Decis. 240. nu. 8. Gabriell. suis communib. tit. de testament. conclus. 6. in fi. Ill. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. li. 5. tit. 2. & Petr. Domin. Magdalen. Capifer. tract. de num. test. in testam. requisito. c. 16. nu. 150. cum seqq.

REMEDIVM LVI.

Ex l. vlt. C. quando prouoc. non est necess. & l. ampliorem. C. de appel. circa adhæsionem appellationis.

SVMMARIVM.

1 *VIctor cui pars non fuit condemnata in expensis in subsidiũ adhæret appella.*

2 *Procurator sine speciali mandato non potest petere executionem iudicati, & an hoc sit perpetuum.*

3 *Adhæsionis appellationis effectus, & requisita. nu. 4.*

5 *Appellatio post adhæsionem fit communis, & inuito appellato non potest ei renunciari.*

6 *Apostoli dicuntur pars appellationis.*

7 *Tertius interueniens pro suo interesse, admittitur post decendium ad prosequendam appellationem per victum interpositam, & an ipse possit appellare, & intra quod tempus.*

8 *Limitata appellatio non deuoluit totam causam ad iudicem ad quem.*

9 *Expensarum cognitio, siue condemnatio non potest reseruari, sed tantum taxatio.*

10 *Adhæsio appellationis quando cesset.*

T sanè constitutiò l. vlt. C. quand. prouocar. non est necess. subsidiaria reputatur, propterea quod appellatur
1 † potest appellationi adhærere quò ad expensas quando primus iudex, nec absoluit. nec appellantem condemnauit. Qua ratione
2 procurator, † qui aliàs non posset agere iudicati absque speciali mandato, potest in subsidium agere, vt sententia mittatur executioni vsque ad quātitatem per eum expositam. Dixi in subsidium, scilicet cum dominus non est soluendo l. actoris. ff. de
3 procurator. Quę quidem adhæsio † appellationis efficit, vt adhærens censeatur vnus spiritus cū appellante l. ampliorem. C. de appell. Glo. in c. vt circa. de elect. in 6. vnde per eam consequitur victore suæ intentionis effectum. Bald. ad authen. hodie. nu. 6. C. de appellationibus Oldrad. cōs. 290. Magon. sub. Rot. Florent. Decis. 55. nu. 26. Lancellot. de Attentat. par. 1. c. 12. Ampl. 12. & par. 2. c. 2. ampliat. 16. Socin. sen. cons. 45. nu. 10. & 11. volum. 1. Franc. de Ponte cons. 6. & 7. Bott. Cremon. cōs. 69. quia adhæsio efficit, vt iudex queat de toto negotio cognoscere, Pereg. cons. 18. nu. 10. volumine 3. dummodo
4 V. saltem † concurrant, nempe.

Quod adhæsio fiat intra tempus præfinitum ad appellandum à die scientiæ cōputandum. Alex. cons. 101. & 125. lib. 2. Surd. Decis. 143. Vestr. sua praxi. lib. 7. cap. 3. num. 20. cum appellatio post adhę-
5 sionem † fiat communis. Idcirco non potest eidem renuntiari inuito appellato. Guid. Pap. Decis. 13. 78. & 436. nu. 113. Surd. ac Vestr. locis indicatis pulchræ Steph. Gratian. Rom. Decis. Marchiæ. 23. nu. 4. cum seq. vltra quod paria sunt non adhærere, vel minus legitimè adhærere: sicut non appellare, vel minus legitimè appellare, vulgat. reg. l. quoties ff. qui satisd. cogant. ita Bald. ad d. authen. hodie. Alex. ad Bart. in l. si perlusorio. §. sed & agere. ff. de appellat. in puncto Rot. Lucen. apud Magon. Decis. 5. num. 29. Sic planè dicitur de ratificatione appellationis alterius nomine interpositę, vel apostolorum iam petitorum nomine alieno, qui dicuntur
6 † pars appellationis. Ofasc. Decis. 7. Dec. in c. si iustus. nu. 12. de appellat. Franc. in c. concertationi. notab. 3. de appellat. in 6. Anton. Nig. in extrauag. vnic. nu. 411. de vit. & hon. cler. sic in ratificatione præsentationis per cōiūctam personam cum cautione rati factæ pro conseruando iure coniuncti absentis. Anchar. in c. cū pridem. n. 2. de pact. Lambertin. de iur. patr. par. 1. lib. 2. art. 17. 4. q. princip. vt fiat intra tempus, quo actus per principalem debet explicari, Ofasc. Decis. 119. nu. 23. & ante eum Guid. Pap. Decis. 13. Surd. Decis. 206. nu. 2. in cōiuncta tamē persona potest validè ratificari adhæsio appellationis, etiam post tempus datum ad appelandum. Steph. Gratian. d. loco circa fin. Alia tamen res esset in tertio interueniente ad causam pro suo interesse, qui
7 etiam post decēdium † admittitur ad prosequendam appellationem interpositam per litigatorem victum. sed si ipse vellet principaliter appellare (vt sanè potest) intra tēpus habile tenetur explicare, actum appellationis. Gail. obseruat. 122. num. 5. lib. 1. Gisthausen. arb. iud. cap. 5. Ramusculo 2. nu. 8. De contumac. actor.

Secundo quod ipse adhærens non appellauerit seorsum, quia hoc ipsum remedium datur in subsidium, & cum quis appellat, statim arguitur non contentus appellatione alterius, & videtur omni auxilio alieno renuntiare idcirco si semel renuntiauit, remanet perpetuo exclusus, esto, quod posteà desistat à persecutione causæ Bart. ad l. à sententia, col. 2. ff. de appellat. Abb. ad cap. cum super. col. 3. de re iudica. quos refert. Alb. cons. 507. nu. 13. vol. 3.

Tertiò requiritur, quòd appellatio, cu-
8 ius adhæsio intenditur non sit † limitata, veluti quando appellatio est interposita in facientibus contra se tantùm, & in partibus præiudicialibus tantùm quia appellatio limitata nō deuoluit totam causam ad appellationis iudicem, sed solùmmodo articulum contra eum faciētem. Abb. & Felin. ad cap. significauerunt. de exception. Speculator tit. de expensis §. nunc videndum nu. 16. Bursat. cons. 145. num. 31. cum seqq. vol. 2. & eo prius Bart. ad. l. 4. nu. 10. cum seqq. ff. de appellat. & cōs. 95. nu. 3. Franc. Marc. decis. 143. nu. 13.

par.

par. 2. Ioann. de Amicis cons. 92. Brederod. de appellation. p. 1. tit. 20. Borgnin. Decis. 15. nu. 10. part. 1. Surd. dicta Decis. 143.

Quarto requiritur quod fiat adhæsio per eum cuius interest.

Quinto requiritur intimatio illius dirigenda ad ordinarium, sicuti appellatio, potissimum quo ad attentata contrahenda, mox reuocanda ante omnia. Lãcelot. d. cap. 12. Ampl. 12.

Idem iuris esse crediderim in iudice re-
9 seruante sibi facultatemq; cognoscendi super expensis, quia condemnatio expensarum non potest reseruari, sed taxatio tantùm reseruari potest tam in delegato, quã in ordinario Bart. in l. 4. nu. 10. ff. de appellat. & cons. 95. nu. 3.

Cæterũ si primus iudex absoluerit vel condemnauerit victum in expensis, sed in sufficiente, veluti à die publicationis processus citra, cum debuisset condemnare à die litis contestatæ, vel in decem, cùm debuisset condemnare in viginti tunc temporis debet victor appellare ab illa condemnatione expensarum insufficienti, vel ab illa absolutione. latè Bald. in conclus. seu Decis. 458. in libro vulgò appellato, Semita Causidicorum alioqui absolutoria illa vel condẽnatoria expensarum in iudicatum transibit, nec poterit appellatus vti appellatione appellanti, quia vbi aliquid est dictum per iudicem à quo in prima sententia, nequaquam obtinet d. l. vlt. C. quand. prouoc. non est necess. & conticescit virtus adhæsionis. Philip. Franc. ad cap. sæpe, quæst. 27. de appellat. Borgnin. d. loc. nu. 9. Alia res esset in terminis Nouar. Constit. Domin. Mediol. tit. de iudici. §. omnes iudicentes vers. vbi verò, quo disertè cautum est, quando iudex omisit caput expensarum, & sub silentio præterijt absolutionem, vel condemnationem, quoniam ipso iure, & facto victus censetur condemnatus in expensis. Proinde nõ est opus hoc adhæsionis subsidiario remedio. Ias. ad l. properandum §. siue autem C. de iudici. Asini. prax. iudicial. §. 32. c. 2. limit. 22. & Fulgos. cons. 139.

REMED. LVII.

Ex l. [illegible] C. [illegible] circa relaxationem forma [illegible] prasentam, et ad validitatem [illegible] rece[illegible] per notarium non matriculatum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum [illegible] 150. [illegible] vim habet tempore [illegible].*

2 *In instrumento [illegible] confecto, quæ continentur, possunt [illegible] per testes probari, licet notarius non fuerit matriculatus lim. nu. 4.*

4 *Scriptura quando de substantia actus requiritur, tunc non potest notarius extra [illegible] alle conficere instrumentum, declara illud.*

5 *Instar [illegible], quid sit.*

[illegible] statutum 150. inter [illegible] nec [illegible] notarium non matriculatum posse recipere, seu cõficere instrumenta in [illegible] eiusque [illegible], sicuti nõ pertinet ad [illegible] [illegible] per notarium
1 [illegible] neque in albo notariorum ciuitatis descriptum instrumenta [illegible] posse, cùm alteri [illegible] ordine [illegible] copia haberi [illegible] de [illegible] contract. [illegible] nu. 166. & [illegible] par. [illegible] tit. de donation. [illegible] cap. 38. n. 2. [illegible] necessita[illegible] [illegible] [illegible] si cã[illegible] & si [illegible] tract. de [illegible] lib. 10. cap. [illegible] nu. 63. Ità nec impedit, quin [illegible]
2 mento [illegible] confecto [illegible] minimè matriculatum [illegible] per testes probari [illegible] Castr. cons. 44. n. 2. vol. 1. & [illegible] Marcabr. [illegible] cons. 58. quandoquidem aliud sit instrumentum: aliud autem contractus [illegible] Castrens. cons. 75. vol. 2. Deci cons. 17. & 169. nu. 2. Bellon. cons. 22. nu. 6. & Alex[illegible]

P 2 cons.

cons. 223 nu. 22. lib. 2. Porrò quid asserẽdum sit stante iuramento de obseruando statuto. Vid. Mancin. tract. de iuram. par. 4. effectu. 2. Verùm enim verò † si scriptu-
3 ra requireretur de substantia, vel ex parte actus: vt apud glos. ad c. 1. de censib. in 6. & Odd. conf. 23. num. 21. vel ex partium conuentione cum clausula resolutiua, tũc cessaret omninò hæc subsidiaria semita; Castr. d. cons. 44. nu. 2. quantum vitiata scriptura vti sublata substantia, concidit quoq; actus ipse. Sal. ad Auth. sed nouo iure. nu. 11. & 12. C. si cert. petat. Anchatan. Iun. quæst. 21. lib. 1. Decian. cons. 64. volum. 3. Riminal. Iun. consil. 29. & 51. vol. 1. Honded. cons. 52. num. 20. cum sequent. vol. 1. Marchisell. qu. 76. & plenè Tessaur. Decis. 197. Rota Roma. Decis. 271. num. 2. p. 2. in nouis. & peregregiè edisserit Polydor. Rip. obser. 265. & præterea scribit Alex. cons. 122. nu. 3. vol. 2. ad intellectionem. l. contractus. C. de fid.
4 instrum. quando scriptura † requiritur de substantia actus, tunc notarius non potest ex interuallo conficere instrumentum, cũ tamen liceat notario redigere in instrumentum contractum postquam est rogatus a partibus, exceptis contractibus, qui celebrantur in scriptis, idẽ Alex. cons. 93.
5 nu. 9. vol. 5. sufficit tamen Bastardellus † scz. folium illud, in quo annotatur succus rei gestæ, quod post plenam extensionem solet per Notariũ lacerari: Glo. vbi Angel. Auth. de instrum. fid. & cautel. Bald. cons. 464. vol. 4. Ber. cons. 1. nu. 20. vol. 2. & D. Menoch. cons. 48. nu. 6. vol. 1.

REMEDIVM LVIII.

Ex l. Fulcinius. §. vtrum. & l. ab hostibus. ff. quibus ex caus. maior. circa infãtem non habentem tutorem: quomodo citari valide possit, & conueniri, & de curatore bonorũ plurima. vid. apud Sim. de Præt. cons. 54. nu. 7. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Citatio solius infantis, vt legitimè compareat, est prorsus nulla.*

2 *Iudex de consilio coniunctorum infantis potest dare curatorem litis in subsidium si non reperiatur tutor, & bona peritura essent, vel graue æs alienum immineret.*

3 *Quibus detur curator ad instantiam creditorum.*

4 *Infans in quibus differat à minore propter consensus defectum.*

5 *Infans an legitimari possit validè per Comitem Palatinum non habentem facultatem specificatam quoad infantis legitimationem: remissiuè.*

6 *Filiofamilias quandoq; in subsidium datur curator ad litem.*

7 *Curator vt detur hæreditati iacenti quinq; requiruntur.*

8 *Inter curatorem datum liti, vel bonis, vel hæreditati differentia est etiam vbi cadit suitatis prærogatiua.*

9 *Spolium dicitur factum hæreditati, dum admittitur fideicommissarius non dato curatore hæreditati iacenti.*

10 *Statutum Ticinense 47. in ciu. declaratur.*

11 *Curator datus bonis, vel hæreditati iacenti etiam inuitus, & qui nihil omninò attigit, aut administrauit tenetur in subsidium si concurator non est soluendo.*

12 *Tutore datiuo male administrante, & non soluendo, in subsidium conuenitur testamentarius, prius excusso iudice qui tutorẽ dedit contra l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutoris.*

13 *De curatoribus & subcuratoribus officialium remissiuè.*

Debitore defuncto, cuius heres est infans sine tutore, si creditor aspirat, ad iuris sui consecutionem, duplex habet remedium, nimirum, vel adire debet iudicem citatisque coniunctis, amicis, vel agnatis infantis, instareque quod sibi detur tutor cum quo peractis solem-
1 nibus experiatur, quoniam citatio † infãtis, vt legitimè compareat, est prorsus nulla l. ergo. ff. ex quibus caus. maio. Afflict. Decis. 262. postquam curator non datur, nisi petenti l. qui habet §. si pupillus. ff. de tutel. Aliud, & secundum est remedium, quod si bona infantis essent peritura, vel
2 immineret graue æs alienum: iudex † de consilio infantis coniunctorum, & in subsidium, quando non reperitur tutor,

potest

potest dare curatorem liti. l. fulcinius. §. vtrum. ff. ex quib. caus. in possess. eatur Bald. ad cap. 1. num. 20. de milit. vassallo qui contum. est Afflict. Decis. 256. & d. Decis. 261. & Gayll. lib. 2. obseruat. 107. nu. 8. Osasc. Decis. 89. Nam si bonis absentis † datur curator ad instantiam creditorum: necnō curator datur ventri respectu eius, qui est in vtero l. ab hostibus. ff. ex quib. caus. maio. l. 1. §. generaliter. cū §. sequent. ff. de ventr. in possess. mittend. aliisque personis de quibus apud Mōtan. de iur. tutel & curat. capitul. 28. cur non eodem modo in infante? Hinc amplius inoleuit praxis ex l. 3. §. si quidem aliquis. ff. qui pet. tuto. & l. si filius C. eodē. Alex. ad l. 1. §. sufficit. ff. de adminiſt. tut. Marāt. sui specul. par. 4. distinct. 16. nu. 25. cum seq. & semper iudex supplet ex officio in

4 citatione infantis † quandoquidem etiam si actus qui geritur sit vtilis infanti, sit nullus, non si citari contingat pupillum, cùm primo casu deficiat fundamentum consēsus, quem nec præsumit lex neque fingere voluit; 2. casu secus Alex. ad l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Mynsinger. obseruat. 35. Cent. 2. Hinc est quòd processus contra minorē indefensum est nullus l. acta. §. vlt. ff. de re iudicat. Crauett. cons. 265. num. 1. Menoch. cons. 100. nu. 120. & 121. Gayll. obseruat. 107. num. 2. Laderch. cons. 175. num. 5. Pro minore verò sententia lata sine tutore, aut curatore valet, cùm reputetur in fauorabilibus legitimam habere personam. l. nō eo minus. vbi Bart. Bald. Alexand. & Iason. C. de procurator. Mynsing. obseruat. 36. cēt. 2. Crescēt. Rot. Rom. Decis. 8. de senten. Put. Decis. 157. par. 2. D. Menoch. cons. 655. & Vant. de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. mandat. nu. 32. cum seq. Surd. decis. 108. & tamen d. l. non eò minus. constitutio nō habet locum in infante, nec in furioso ob totalem consensus defectum. Gabriell. cons. 22. num. 3. vol. 1. & cons. 28. & 31. lib. 2. Neuizan. cons. 17. Pontan. de aliment. cap. 12. in fin. Caputaqu. Decis. 153. par. 2. Pinell. ad l. 1. par. 3. nu. 32. cum seq. C. de bon. mater. & Muscatell. suæ prax. par. 2. glos. in verb. intimati. nu. 54. & deinceps. Hinc est etiam quòd infans non potest quoq; ad propriam vtilitatem stipulari, nec potest feudum, aut emphyteusim acquirere, quia subiecti deficit habilitas. Surd. cons. 9. num. 48. & 49. vol. 1.

5 Hinc quoq; in disquisitionem vocari nouimus an infans † possit legitimari validè per Comitem Palatinum non habentē facultatem specificatam quoad infantis legitimationem, cùm quoad principem fit extra omnem difficultatis aleam, valere infantis legitimationem de qua re. Gabriel. cumulatè suis commun. tit. de legitimatione. conclus. 5.

6 Prædicta extendi possent ad filium familias, † cui quandoque in subsidium datur curator ad litem. Bard. ad l. si seruus §. pupillus. num. 2. ff. de verb. obligat. Aret. ad §. 1. num. 3. & 4. Instit. de tutor. Alex. cons. 50. nu. 4. vol. 2. Beci. cons. 97. nu. 6. & Decis. Perusin. 13. nu. 6. par. 1. Planè

7 diuersum est in curatore † dando hereditati iacenti, quinque etenim requiruntur, vt tradit Capvc. decis. 87. Angel. cōs. 103. & 192. cum sequent. cōs. Bald. cons. 327. vol. 5. Alba cons. 208. & 217. nu. 7. Rot. Roman. Decis. 42. par. 1. in nouissim. D. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 150. Crauett. cons. 651. & copiosè Montan. d. cap. 28. n. 56. cum seq. ac Gayll. d. obseruat. 130. lib. 2. quo recurrendum; sic sanè dictante ratione instituti nostri, quippe, quæ minimè sinit expungere discrimina inter cura-

8 torem datum † liti, vel bonis, vel hereditati iacenti, etiam vbi cadit suitatis prærogatiua. Natta cons. 488. num. 13. cum seq.

9 alioqui dicitur factum spolium † hæreditati, dum admittitur fideicōmissarius non dato curatore hereditati iacenti. Rot. Roman. Decis. 520. par. 1. in nouissim. atque excell. D. Rhaudens. cons. 14. n. 64. vol. 1.

10 †. Hinc statutum Ticinense 47. in ciuilib. præscribit modum dandi curatorem personis in defensis, & inhabilibus standi in iudicio atque bonis vacantibus, quoties ignorantur defuncti hæredes, & intelligātur ignorari, si hoc iurauerit actor D. Menoch. d. casu. 150. nu. 3. vbi nuncupatim expendit d. statutum, simulque interpretatur bona vacantia, idest, iacentia.

Nec hinc discederem, (quin si placet) referrem solemne dictum glo. in l. 2. ad ff. de cur. bon. dand. vbi curator datus bo-

cons. 223 nu. 22. lib. 2. Porrò quid asserẽdum sit stante iuramento de obseruando statuto. Vid. Mancin. tract. de iuram. par.
3 4. effectu. 2. Verùm enim verò † si scriptura requireretur de substantia, vel ex parte actus: vt apud glos. ad c. 1. de censib. in 6. & Odd. cons. 23. num. 21. vel ex partium conuentione cum clausula resolutiua, tũc cessaret omninò hæc subsidiaria semita; Castr. d. cons. 44. nu. 2. quantum vitiata scriptura vti sublata substantia, concidit quoq; actus ipse. Sal. ad Auth. sed nouo iure. nu. 11. & 12. C. si cert. petat. Ancharan. Iun. quæst. 21. lib. 1. Decian. cons. 64. volum. 3. Riminal. Iun. consil. 29. & 51. vol. 1. Honded. cons. 52. num. 20. cum sequent. vol. 1. Marchisell. qu. 76. & plenè Tessaur. Decis. 197. Rota Roma. Decis. 271. num. 2. p 2. in nouiss. & peregregiè edisserit Polydor. Rip. obser. 265. & præterea scribit Alex. cons. 122. nu. 3. vol. 2. ad intellectionem l. contractus. C. de fid.
4 instrum. quando scriptura † requiritur de substantia actus, tunc notarius non potest ex interuallo conficere instrumentum, cũ tamen liceat notario redigere in instrumentum contractum postquam est rogatus à partibus, exceptis contractibus, qui celebrantur in scriptis, idẽ Alex. cons. 93.
5 nu. 9. vol. 5. sufficit tamen Bastardellus † scz. folium illud, in quo annotatur succus rei gestæ, quod post plenam extensionem solet per Notariũ lacerari: Glo. vbi Angel. Auth. de instrum. fid. & cautel. Bald. cons. 464. vol. 4. Ber. cons. 1. nu. 20. vol. 2. & D. Menoch. cons. 48. nu. 6. vol. 1.

REMEDIVM LVIII.

Ex l. Fulcinius. §. vtrum. & l. ab hostibus. ff. quibus ex caus. maior. circa infãtem non habentem tutorem: quomodo citari valide possit, & conueniri, & de curatore bonorũ plurima. vid. apud Sim. de Præt. cons. 54. nu. 7. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Citatio solius infantis, vt legitimè compareat, est prorsus nulla.*

2 *Iudex de consilio coniunctorum infantis potest dare curatorem liti in subsidium si non reperiatur tutor, & bona peritura essent, vel graue æs alienum immineret.*

3 *Quibus detur curator ad instantiam creditorum.*

4 *Infans in quibus differat à minore propter consensus defectum.*

5 *Infans an legitimari possit validè per Comitem Palatinum non habentem facultatem specificatam quoad infantis legitimationem: remissiuè.*

6 *Filiosfamilias quandoq; in subsidium datur curator ad litem.*

7 *Curator vt detur hæreditati iacenti quinq; requiruntur.*

8 *Inter curatorem datum liti, vel bonis, vel hæreditati differentia est etiam vbi cadit suitatis prærogatiua.*

9 *Spolium dicitur factum hæreditati, dum admittitur fideicommissarius non dato curatore hæreditati iacenti.*

10 *Statutum Ticinense 47. in ciu. declaratur.*

11 *Curator datus bonis, vel hæreditati iacenti etiam inuitus, & qui nihil omninò attigit, aut administrauit tenetur in subsidium si concurator non est soluendo.*

12 *Tutore datiuo male administrante, & non soluendo, in subsidium conuenitur testamentarius, prius excusso iudice qui tutorẽ dedit contra l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutoris.*

13 *De curatoribus & subcuratoribus officialium remissiuè.*

Debitore defuncto, cuius heres est infans sine tutore, si creditor aspirat. ad iuris sui consecutionem, duplex habet remedium, nimirum, vel adire debet iudicem citatisque coniunctis, amicis, vel agnatis infantis, instareque quod sibi detur tutor cum quo peractis solem-
1 nibus experiatur, quoniam citatio † infãtis, vt legitimè compareat, est prorsus nulla l. ergo. ff. ex quibus caus. maio. Afflict. Decis. 262. postquam curator non datur, nisi petenti l. qui habet §. si pupillus. ff. de tutel. Aliud, & secundum est remedium, quod si bona infantis essent peritura, vel
2 immineret graue æs alienum: iudex † de consilio infantis coniunctorum, & in subsidium, quando non reperitur tutor,

potest

potest dare curatorem liti. l. fulcinius. §. vtrum. ff. ex quib. caus. in possess. eatur Bald. ad cap. 1. num. 20. de milit. vassallo qui contum. est Afflict. Decis. 256. & d. Decis. 261. & Gayll. lib. 2. obseruat. 107. nu. 8. Ossasc. Decis. 89. Nam si bonis ab-
3 sentis † datur curator ad instantiam creditorum: necnō curator datur ventri respectu eius, qui est in vtero l. ab hostibus. ff. ex quib. caus. maio. l. 1. §. generaliter. cū §. sequent. ff. de ventr. in possess. mittend. alijsque personis de quibus apud Mōtan. de iur. tutel & curat. capitul. 28. cur non eodem modo in infante? Hinc amplius inoleuit praxis ex l. 3. §. si quidem aliquis. ff. qui pet. tuto. & l. si filijs C. eodē. Alex. ad l. 1. §. sufficit. ff. de administ. tut. Marāt. sui specul. par. 4. distinct. 16. nu. 25. cum seq. & semper iudex supplet ex officio in
4 citatione infantis † quandoquidem etiam si actus qui geritur sit vtilis infanti, sit nullus, non si citari contingat pupillum, cùm primo casu deficiat fundamentum consēsus, quem nec præsumit lex neque fingere voluit; 2. casu secus Alex. ad l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Mynsinger. obseruat. 35. Cent. 2. Hinc est quòd processus contra minorē indefensum est nullus l. acta. §. vlt. ff. de re iudicat. Crauett. cons. 265. num. 1. Menoch. cons. 100. nu. 120. & 121. Gayll. obseruat. 107. num. 2. Laderch. cons. 175. num. 5. Pro minore verò sententia lata sine tutore, aut curatore valet, cùm reputetur in fauorabilibus legitimam habere personam. l. nō eo minus. vbi Bart. Bald. Alexand. & Iason. C. de procurator. Mynsing. obseruat. 36. cēt. 2. Crescēt. Rot. Rom. Decis. 8. de senten. Put. Decis. 157. par. 2. D. Menoch. cons. 655. & Vant. de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. mandat. nu. 32. cum seq. Surd. decis. 108. & tamen d. l. non eò minus. constitutio nō habet locum in infante, nec in furioso ob totalem consensus defectum. Gabriell. cons. 22. num. 3. vol. 1. & cons. 28. & 31. lib. 2. Neuizan. cons. 17. Pontan. de aliment. cap. 12. in fin. Caputaqu. Decis. 153. par. 2. Pinell. ad l. 1. par. 3. nu. 32. cum seq. C. de bon. mater. & Muscatell. suæ prax. par. 2. glos. in verb. intimati. nu. 54. & deinceps. Hinc est etiam quòd infans non potest quoquad propriam vtilitatem stipulari, nec potest feudum, aut emphyteusim acquirere, quia subiecti deficit habilitas. Surd. cons. 9. num. 48. & 49. vol. 1.

Hinc quoq; in disquisitionem vocari
5 nouimus an infans † possit legitimari validè per Comitem Palatinum non habentē facultatem specificatam quoad infantis legitimationem, cùm quoad principem fit extra omnem difficultatis aleam, valere infantis legitimationem de qua re. Gabriel. cumulatè suis commun. tit. de legitimatione. conclus. 5.

Prædicta extendi possent ad filium fa-
6 milias, † cui quandoque in subsidium datur curator ad litem. Bard. ad l. si seruus §. pupillus. num. 2. ff. de verb. obligat. Aret. ad §. 1. num. 3. & 4. Instit. de tutor. Alex. cons. 50. nu. 4. vol. 2. Beci. cons. 97. nu. 6. & Decis. Perusin. 13. nu. 6. par. 1. Planè
7 diuersum est in curatore † dando hereditati iacenti, quinque etenim requiruntur, vt tradit Capyc. decis. 87. Angel. cōs. 103. & 192. cum sequent. cōs. Bald. cons. 327. vol. 5. Alba cons. 208. & 217. nu. 7. Rot. Roman. Decis. 42. par. 1. in nouissim. D. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 150. Crauett. cons. 651. & copiosè Montan. d. cap. 28. n. 56. cum seq. ac Gayll. d. obseruat. 130. lib. 2. quo recurrendum; sic sanè dictante ratione instituti nostri, quippe, quæ minimè finit expungere discrimina inter cura-
8 torem datum † liti, vel bonis, vel hereditati iacenti, etiam vbi cadit suitatis prærogatiua. Natta cons. 488. num. 13. cum seq.
9 alioqui dicitur factum spolium † hæreditati, dum admittitur fideicōmissarius non dato curatore hereditati iacenti. Rot. Roman. Decis. 520. par. 1. in nouissim. atque excell. D. Rhaudens. cons. 14. n. 64. vol. 1.
10 †. Hinc statutum Ticinense 47. in ciuilib. præscribit modum dandi curatorem personis in defensis, & inhabilibus standi in iudicio atque bonis vacantibus, quoties ignorantur defuncti hæredes, & intelligā tur ignorari, si hoc iurauerit actor D. Menoch. d. casu. 150. nu. 3. vbi nuncupatim expendit d. statutum, simulque interpretatur bona vacantia, idest, iacentia.

Nec hinc discederem, (quin si placet) referrem solemne dictum glo. in l. 2. ad ff. de cur. bon. dand. vbi curator datus bo-

11 nis, † vel hęreditati iacenti etiam inuitus, & qui nihil omnino attigit, aut administrauit, tenetur in subsidium, si concurator non est soluendo. Quemadmodum si plures sint tutores, quorum vnus dati-
12 uus, alter testamentarius, fidatiuus † malè administrauit, nec sit soluēdo, tūc in subdium conuenitur testamentarius, idest prius excusso iudice, qui dedit tutorem non ex fide administrantem. l. Lucius. §. cum testamēto. ff. de administ. tut. Rom. singul. 300. cum tamen antequam perueniatur ad magistratum ex mala vnius administrationem, debeat conueniri imprimis tutor, mox magistratus, qui est casus. l. 1. §. nunc tractamus. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 1. C. de diuid. tut. & l. 1. cū gl. C. de trāsactio. de qua re apud Cuman. cons. 24. Fulgos. cōs. 134. apud nos de portion. Rata. quæst. 57. quæ sanè conferunt ad
13 materiam curatorum † & sub curatorū, quos habent publici officiales in subsidiū sui officij: iuxta Bart. in l. ex facto, in fronte. ff. de neg. gest.

REMED. LIX.

Ex l. cum non facile. ff. si cui plusquam per leg. falcid. circa vim cautionis iuratoriæ, & illius vsum.

SVMMARIVM.

1 *Cautio iuratoria prorsus subsidiaria est.*

2 *Cautionis iuratoriæ casus aliquot exponuntur, & nu. 6. 7. & 9.*

3 *Vsufructuarius aliquando liberatur præstita dumtaxat cautione iuratoria: & quando.*

4 *Vsufructus rerum mobilium quomodo reguletur respectu cautionis.*

5 *Vsufructuarius quomodo se habeat finito vsufructu circa rerum descriptarum restitutionem.*

7 *Statutum Papiense. 37. in ciuil. & Mediol. 44. par. 1. enucleantur.*

8 *Cautio præstanda ex dispositione statuti debet peti ante litem contestatam.*

10 *Hæres per fideicommissum vniuersale grauatus de restituendo tenetur satisdare de restituendo substitutis, & conficere inuētarium.*

11 *Cautionis iuratoriæ requisita sex profert Author. quæ pariter declarat.*

12 *Fideiussor nō dicitur idoneus, qui est de alieno territorio: fallit in subsidium.*

13 *Pretium collocandum in emptionem prædij, quando intelligatur de prædio eiusdem territorij.*

14 *Cautionem ad iuratorium loco fideiussionis recurritur numquam, quando aliter potest consuli vtriq; parti.*

15 *Cautio iuratoria non admittitur agendo.*

16 *Liquidatione non facta Vitatur executio per cautionem fideiussoriam, non etiam iuratoriam.*

17 *Cautio iuratoria non assolet recipi in causa criminali, vel ciuili magna, & vt accipiendum sit hoc pronuntiatum, explicat author.*

18 *Impedimenti probatio fit plerumque iuramento allegantis impedimentum: sed semel tantum, nisi graue immineat præiudicium.*

D cautionem quoq; iuratoriam sæpissimè deuenitur in † subsidium iuxtà ea, quæ plenè tradidit Rebuff. de sentent. executio. art. 1. glos. 16. Cornel. Benincas. tract. de paupert. special. 7. num. 15. & Federic. Schench. tractat. de satisd. nu. 20. & in primis eo in ca-
2 su, quando in prouisionali concertatione super pecuniola prouisus, vt infra dicemus, fideiussorē non inuenit de restituēdis habitis in casu succumbentiæ. Insuper procedit hæc cautio in argumento salui conductus super ciuilibus in forma (præstita cautione) quam non inueniat infœlix debitor, vt primum postulatur à creditoribus, nam tunc idem assequitur debitor præstita iuratoria cautione adiecta quinetiam generali bonorum obligatione, & pœna, aliàs infructuosa esset cautionis præstatio, Dec. Perus. 62. nu. 9. par. 2. Farinac. tract. Crimin. par. 1. quæst. 29. nu. 30. & ante eos Alex. cons. 57. vol. 3. quicquid in oppositum dixerit. Roma. cons. 439. Ad hæc videmus etiam vsufructuarium,

ctuarium, qui regulariter tenetur cum fideiussoribus cauere de vtēdo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo rem finito vsufructu tot.tit.ff. vsufruct. quemad. caue. Gabriell. su. commun. titulo de vsufruct. conclus. 1. & vberrimè Ioan. del Castillo tractat. de vsufr. cap. 17. & 18. & hoc quatenus agitur de rebus immobilib.

4 Quod si sumus in vsufructu rerum mobilium, siue consumptibilium ob breuis temporis vsum. vel in his, quæ longo tantum vsu minuuntur aut longissimo tempore inueterascunt distinguendi nobis sunt duo casus.

Primo, quando præcedit æstimatio cū descriptione non scrupulosa ad probabilem testatoris mērem facta, seu in inuentario, & tunc fieri debet restitutio æstimationis factæ iuxta tempus incohati vsusfructus, vt inferius comprobabitur.

Quod si nulla comperiatur facta æstimatio (& hic secūdus est casus) tunc sufficit restitui tantundem eiusdem qualitatis, & bonitatis quò ad ea quæ recipiunt functionem in genere suo.

Quò verò ad alia, placet eorum sentētia, qui asseuerant, vt sint † restituendæ

5 huiusmodi res in eo statu in quo reperiūtur finito vsufructu. Et in hunc modum declarantur Socin. sen. cōs. 9. vol. 4. Maluas. cōs. 110. Achill. Pedroch. cōs. 7. Frāc. March. Decis. 818. par. 1. vt prorsus rem hanc sic intelligendā probat idem Ioann. del Castillo d. tract. c. 17. Peregrin. cons. 70. nu. 19. cum seq. vol. 1. Thesaur. Decis. 80. Surd. Decis. 67. Proinde si contingat vsufructuarium non posse idoneę cauere, eidem subuenitur ex dicto iuratorię cautionis subsidio. Guid. Pap. cons. 250. & Decis. 189. cum adduct. per Gabriell. d. concl. 1. n. 37. & Ioann. del Castillo alleg. tract. c. 18. Addo Angel. cons. 91. Gemin. cons. 58. Alex. d. cons. 57. & Roma. prædicto cons. 439. vbi Mandosi. proponit, ita se habere quotidianam praxim. & latè Gayll. lib. 2. obseru. 47. Surd. Decis. 141. nu. 7. quia impossibilitas semper excusat, vt ibi subiungit, & præterea remouet obiectorum molem, & respondet ad doctrinam Roman. d. cons. 439.

Idem præterea remedium obseruari

6 etiam consueuit inter coniuges, quoties inter eos oborta rixa, vxor de mariti conqueritur sæuitia, (de hac autem materia iam egimus superius) nam modica intercedente offensione, & impotentia inueniendi fideiussores, ac concurrente mariti honesta vita iuratorię viri cautioni statur, si hoc edicat, statuatuè magistratui præfectus Bald. cons. 176. lib. 1. Ill. Card. Tusc. practicabil. iur. concl. vol. 1. concl. 175. n. 10. Viu. Decis. 435. nu. 29. Eiusdem impotentiæ ratione Ticinen. nostrum statu-

7 tum. 37. † & Mediolan. c. 44. par. 1. disponen. non suppositum iurisdictioni magistratus, coram quo litigatur non esse audiendum, nisi prius præstita fideiusioni destando iuri, & iudicatum soluendo per forensem, (actorem tamen) Roma. cōs. 62. & Rol. a Vall. cons. 71. vol. 1. non etiā conuentum, inter quæ multum discriminis extat. Alex. cons. 30. nu. 5. lib. 3. vt planè indicat statuti nostri clausula agendo, (vel agere volendo) si non potest forensis cauere cū fideiussoribus admittitur cum cautione de rato in subsidium. Ang. & Imol. ad l. cùm non facilè. ff. si cui plusquā per l. Facid. Alexan. d. cons. 57. nu. 8. Tuscus d. loc. nu. 13. Cotta Mediolanen. in memoral. verb. cautio. cum adductis per Carpan. d. c. 44. nu. 53. & deinceps. Licet in hoc dissentire videatur Socin. sen. cons. 120. nu. 3. vol. 1. Dummodo liqueat pe-

8 titam † esse cautionem, & ante litem contestatam Ias. in l. vniuers. col. 1. C. de precibus imp. offer. & Alexan. cōs. 37. vol. 2. Sic pariter cedens bonis tam informa pudenda, quàm non liberatur à carcere præstita cautione iuratoria de satisfaciendo creditoribus, cùm primum deuenerit ad pinguiorem fortunam Decis. Perus. 63. nu. 8. par. 2. vbi amplius subiungit idem

9 in hærede grauato † per fideicommissum vniuersale conditionale restituere omnia bona. planè tenetur is substitutis satisda-

10 re † de restituēdis bonis obnoxijs, & præterea inuentarium conficere quando sic requiratur à fideicommissarijs: alioquin locus fit iuramento in litem. l. 1. §. semper & l. hæc stipulatio. ff. vt legat. nomi. caue. l. certa form. & l. vlt. C. vt in possess. legat. Morot. cons. 31. nu. 16. cum seqq. Peregrin. de fideicommiss. art. 3. nu. 74. Guid. Pap. Decis. 351. Osasc. Decis. 147. nu. 22.

liberatur

liberatur tamē ab omnibus periculis præstita cautione iuratoria ex impossibilitate, vt supra quia impossibilium nulla obligatio. vulga.l. in possibilium. ff. de reg. iur. latè Crass. de exception. except. 32.n.119. cum seqq. Castr. cons. 301. vol.1.

Verùm, vt huic iuratoriæ cautioni adi-
11 tus † pateat, sex ex Socin. sen. cons. 120. num. 4. volumine primo, colligimus fore necessaria.

Primò, quòd persona obligata ad fideiubendum sit frugi. non autem suspecta de dissipatione quod tamen non habet locum in eo qui sponte se obligauit ad satisdandum. Ossasch. Decis. 70. nu. 14. alias vt tutius procedatur, sequestro erit locus. Appostilla ad Guid. Pap. Decis. 189. Mynsinger. inquiens quod per hanc iuratoriam cautionem ab honesto homine præstitam, tollitur sequestrum, singular. obseruationum. Cent. secūda obseruat. xli. vel quò ad vsufructuarium fiet consignatio possessionis bonorum apud proprietarium qui satisdet de soluendo vsufructuario omnes fructus ex bonis percipiendos, culturæ deductis expensis, necnon & recollectionis fructuum, in quo iudicantes debent magis confidere proprietario, qui mortuo vsusfructuario irreuocabilis futurus est dominus, quàm vsufructuario non satisdanti, & cuius ius morte finitur. glo. Alberi. & Salicet. ad l. vsufructu constituto. C. de vsufruct. & apertissime Vincent. de Franch. Decis. 497. nu. 4. vsque ad fi. par. 3. Surd. d. Decis. 141. nu. 13. & Gayll. d. obseruat. 47. vbi præclarè agitur. Sic dicitur de eo qui semel fraudauit, sicuti de suspecto, ne in futurum similiter defraudet. iuxta reg. semel malus, &c. & annuit lepidum carmen, præteriti ratio scire futura docet Abb. cons. 46. nu. 5. lib. 1.

Secundò requiritur vt impotentia non sit causata ob malos mores, seu ob dolum petentis se admitti ad iuratoriam cautionem, ne ex improbitate sua quis commodum sentiat, Bald. & Ias. ad Authen. cum locum C. de indict. viduit. tollen. obstāte prorsus reg. l. itaque fullo. ff. de furt.

Tertiò requiritur iuramentum, quòd facta exacta diligentia nō possit inuenire fideiussorem, à quo dando vt eximatur, non sufficit iurare de credulitate, sprædicta additio ad Guid. Pap. Decis. 189. Phanut. de iuram. in lit. c. 108. nu. 15.

Quartò requiritur, vt petens se obliget, & omnia bona sua, Alexan. d. cons. 57. per tot.

Quintò, quòd suo proprio nomine cōpareat, eamq; petat. Benincas. d. tract. speciali. 7. nu. 15. & 21.

Et in hoc argumēto res dicitur perempta, vel præscripta etiam quando est alienata in potentiorem. Ias. ad l. 2. nu. 24. ff. sol. matrimo. veluti est Comes. ciuitas ecclesia fiscus eques Hierosolymitanus dux militum, & huiusmodi. Vt apud Corbul. tracta. de iur. emphyteuti tit. de caus. priuatio. ob alienationem ampliat. 12.

9 Discederem tamen a prædictis, quãdo emptori scienti res vendita esset à non domino scienter, & nomine suo, quia tunc ob malam vtriusque fidem seruaretur dispositio. l. proculus vbi glo. vlt. ff. de iur. doti. Vel quando esset facta venditio fide habita de pretio, quia ab emptore pretiũ exigendum est, si dominus consentiat in venditionem, aliàs eo non consentiente potest à vero domino vendicari res vendita ab alio etiã sibi coniunctissimo l. cùm a matre. C. de rei vendicat. Proinde infert Sicard. ad d. l. mater. nu. 2. & 4. quòd mariti de iure non possunt vendere vxorum suarum paraphernalia siue mobilia sint, siue immobilia nisi consentiant vxores, aliàs semper habent vxores vendicationē rerum à maritis venditarum nullo pretio ementibus refuso, sicuti contingit, quoties verus dominus rem venditam à non domino euincit, & vendicat, quia non cogitur restituere pretium venditori datum l. in ciuile. C. de furt. Natt. cons. 436. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29. & Menoch. lib. 5. præsumpt. 29. Ludouio. Decis. Perusin. 42. par. 1. Nisi pretium in domini vtilitatem conuersum fuisse constaret l. emptor. ff. de rei vendicat.

Porrò hanc vtilem personaliũ persæpe adiuuat, fouetque æquitas ipsa, ob quam imploratur officium iudicis, fundata super iustitia commutatiua consistente in æqualitatis obseruantia inter ipsos contrahentes, vel in euitanda locupletatione vnius cum alterius iactura, & contra eum qui non habet causam retinendi rem alienam. seu quod prouenit ex re alterius, veluti bene probat Surd. cons. 101. n. 25. & 26. volumi. 1. vbi venditor, † qui integre non impleuit legem conuentionis veluti quia non dedit fideiussores iuxta conuenta nõ potest agere directa actione ex empto, & vendito, vt cõsequatur vsuras pretij non soluti quæ nõ datur, nisi contractu omnino perfecto ex parte illius, qui vult agere Soc. sen. cons. 88. lib. 4. Honded. cons. 30. volu. 1. Gabr. suis communibus tit. de empt. & vend. conclusione 4. nu. 9. & seq. insigniter Fach. in lib. 2. contro. iu. c. 31. & Alb. cons. 193. vol. 1. idcirco post traditionem ei succuritur in subsidiũ per officium iudicis, ex l. si me, & Tytium ff. si cert. pet. de quo remedio plura superius ad remed. 12. vel vtili actione prouidetur venditori, sic inter socios, † quorum vnus sit administrator alter non, vt primo conueniatur, qui administrauit mox alius in subsidium. Borg. Decis. 11. nu. 31. par. 2. & de hoc argumento alibi cumulatius, sicut opportunius.

REMEDIVM LXIII.

Ex l. in rebus. C. de iu. dot. & l. si æstimatis. ff. sol. matr. circa æstimationis effectum, ne faciat emptionem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si tempore traditionis dotis æstimata erat soluendo, rem dotalem alienatam vxor poterit solum in subsidium vindicare, cum sufficiat soluere æstimationem, secus vero si tempore prædicto non erat soluendo, quia vxor iure proprio poterit vindicare.*

2 *Aestimatio rei dotalis, in dubio intelligitur facta*

facta ad probandum deteriorationem rei in temporis progressu.

3 *Dotalis fundus non facta æstimatione soluto matrimonio, etiam si sit longè auctioris pretij restitui debet.*

4 *Æstimatio facta ad sciendum valorem rei, non efficit, vt per eam transferatur dominium in accipientem.*

5 *Clausula (ad habendum, & fructuandum, &c.) in instrumento dotis posita, æstimationem dotis potius ad constituendam quantitatem, quam emptionem importat.*

6 *Marito promittente restituere prædium sibi in dotem datum tunc demum æstimatio emptionem non facit, modo eodem contextu fiat æstimatio, quo traditio, & hoc habet locum, tam in immobilibus, quam in mobilibus.*

7 *Actione in rem subsidiaria vxor vti non potest, ad prædium dotale, nisi excussis mariti bonis.*

NVmquid æstimatio rei traditæ in dotem, vel sub alio titulo faciat emptionem, ita vt transferat dominium in recipientem cũ omni causa, adhibentur non paucæ distinctiones, scilicet an sit congrua ipsi rei, vel incongrua: rursus an præcedat vel superueniat, item an titulus sit translatiuus dominij, vel non; cum alijs collectis per Deci. Ias. & Cur. iun. ad l. ex conuẽtione. C. de pact. per Ias. ad l. 1. ff. de æstimat. action. Anchara. iun. lib. 2. quæst. 36. cum adductis per Mascard. de probatio. concl. 663. Viui. decis. 261. lib. 2. Marchisell. notabiliter quæst. 139. Huc tamen tendunt omnes tum legislatorum tum etiam iurisperitorum, & pragmaticorum conatus vt si maritus † ab initio, scilicet, tempore traditionis erat soluendo, deinde verò effectus sit non soluendo, adhuc competit mulieri petitio rei in subsidium, verumtamen sufficit eidem solui æstimationem taxatam; non ita si ab initio non fuerit soluendo, nam non sufficit tunc soluere vxori æstimationem, quia non fuit potens æstimatio ad producẽdam venditionem, consequenter fundus remansit dotalis, proinde eius dominium mortuo viro retransfertur in vxorem, quæ potest fundum vindicare iure proprio, non in subsidium, & iste est casus subsidiarius l. in rebus. vbi quoque glos. C. de iur. dot. & ad l. si æstimatis. ff. sol. matr. Alex. in l. si mora num. 2. & 3. ff. sol. mat. Vid. Cioff. cons. 32. nu. 9. par. 1. Purpur. cons. 395. nu. 5. vol. 1. Soc. iun. cons. 141. n. 13. vol. 1. Bald. Nouell. tract. de dot. par. 8. priuil. 7. Negusant. de pignor. par. 5. membr. 1. nu. 39. & 40. Cæphal. cõs. 551. n. 31. cum seqq. Paris. cons. 81. vol. 3. Rol. à Vall. cons. 92. num. 9. vol. 2. Honded. cons. 41. vol. 1. nu. 18. Morot. cons. 44. num. 5. & tract. eiusdem de possessor. offeren. n. 6. & Surd. cons. 491. num. 9. vol. 4. & Beci. cons. 42. Natt. cons. 650. Laderch. cons. 65. nu. 2. Couarruu. pract. q. c. 28. In du-
2 bio autem æstimatio intelligitur facta † ad detegendam & probandam deteriorationem rei in progressu temporis iuxta glos. ad l. si inter. vers. æstimatæ & l. quoties. C. de iur. dot. Surd. Decis. 305. num. 37. Idcircò contrarium asseueranti incumbit onus probandi. Alberi. ad d. l. 1. C. commod. alioqui fundus remanet dotalis, isq;
3 debet restitui † soluto matrimonio etiamsi longe auctioris pretij temporis beneficio fuisset effectus: non autem pecunia, quæ non dicitur esse in dote, nisi quando æstimatio facta probatur, hoc acto, quod faciat venditionem copiose Hondede. d. cons. 41. vnde Rot. Roma. Decis. 136. & 157. par. 2. in nouiss. concludit. sicuti per
4 æstimationem factam ad sciendum † valorem rei non transfertur dominium in accipientem, sed res remanet prioris domini: Ita quoq; non transit periculum rei in recipientem, intelligendo de periculo casus fortuiti, non ratione custodiæ, & diligentiæ quam adhibere tenetur rei æstimatæ suscipiens illam. Vt concordia habeatur duarum legum, aliàs inuicem diffidentium, scilicet l. si gratuitam. §. 1. ff. de præscript. verb. & l. 1. ff. de æstimat. actio. ad mentem Laderch. doctissimè distinguentis d. cons. 65. nu. 2. & 3.

Cæterùm si instrumento dotis adesset vna ex sequentibus clausulis, semper interpretari solemus æstimationem factam ad demonstrandam quantitatem dotis, non ad constituendam emptionem, nimirum

5 mirum † ad habendum & fruꝭuandum donec & quousque persolutæ fuerint pecuniæ in quantitate conuenta ob vim dictionum, donec & quousque suspensionem importantium & conditionem Decia.conf.9.nu.18.lib.3.Bursat.conf.246.nu.7.lib.3.cum adductis per Turret.cõs. 36.nu.1.3.4.& 5.vol.1.

Insuper, si reperitur in stipulatione dotis restituendæ scriptum, quòd euenie te casu dotis restituendę dictum prædium
6 † promisit vir restituere, quia tunc non statur in finibus æstimationis, desinit pariter æstimatio facere emptionem. Areti. conf.84.Socin.sen.conf.56.num.3.lib.1. Rol. à Vall.conf.64.nu.27.lib.4.& Turret.d.conf. 36. nu. 6. dummodo eodem contextu explicetur æstimatio quo traditio rei: secus præd. pactio non alteraret naturam contractus, nec fit commutatio dotis de quantitate ad speciem alijs non concurrentibus Hondede. pleno cõs. 14. n.40.vsque ad fi. & conf.41.vol.1.Et Laderchi.d.conf.65.

Neque hoc obtinet dumtaxat in immobilibus, verùm etiam in mobilibus, vt in æstimatione animalium, vel instrumétorum fũdi quæ regulariter facit emptionem Salicet.ad l.1.ff.locat.nihilominus si fiat conuentio de restituendo animalia in eadem æstimatione, tunc cõijcitur, quòd æstimatio fuit adhibita solummodo ad sciendum valorem animalium tempore contractus. Sic vbi esset addita clausula, vt fieri debeat restitutio animalium eiusdem qualitatis, & bonitatis cuius sũt animalia tradita quia intelligitur de animalibus substitutis in locum aliorum demortuorum Rot. Roma. allegat. Decis. 157. in fi.

Neque verò consuletur mulieri subsidiaria
7 † in rem actione, contra tertium possessorum per vtilem rei vendicationẽ, quoad prædium æstimatum, nisi excussis prius bonis mariti debitoris, sic Farinac. Decis. 258. ex collectis per eum à Rot. Rom. sed Purpur.d.conf.395.nu.5. nullam requirit excussionẽ in hac vtili actione in rem, & præterea non confunditur isthæc actio subsidiaria etiam aditione hereditatis sine inuentario, vt egregre edisserit Monticul.tracta.de iuuentario. cap. 9. num. 388. quod dictum non est pœnitendum.

REMEDIVM LXIV.

Ex l.auus.ff.de iu.dot.& l.pẽ.ff.de lib. agnos. circa subsidiariam dotationem neptis ab auo.

SVMMARIVM.

1 *Dotare neptem ex filio inope, vel præ defuncto, auus cogi potest, item & eandem proauus.*

2 *Collaterales, veluti, patruus, & auunculus, nec etiam in subsidium neptem ex fratre, vel sorore, dotare tenentur & in casibus, in quibus collaterales tenentur, præstant solum eatenus, quatenus facere possunt, quod secus in ascendentibus, nisi in casu omnimoda inopia.*

3 *Bonis aui vel patris publicatis propter delictum, fiscus tenetur dotare filias, vel neptes, etiam in casibus in quibus fit publicatio absque reseruatione legitima.*

4 *Dos ab auo tradita nepti eidem in legitimam imputatur, ita vt illam in bonis patris si peruenerit ad pinguiorem fortunam, prætendere non poterit.*

5 *Dos data ab auo nepti; an patris, vel neptis contemplatione, data præsumatur, auctor remissiue tradit.*

Vum teneri, imò adigi posse, in subsidium ad dotandam neptem ex filio,
1 † vel prædefuncto dũ in potestate foret, vel adhuc viuente sed inope, multifariam comprobatur, scilicet l.pen. ff. de lib.agnoscend.l.auus.ff.de iur.dot.l. dotem ff.de collat.bonorum Bald.ad authen. res quæ.C.communia delegat.Rip. ad l.primam.nu.74.ff.sol. matrimo. Mascard. de probatio.concl.156.n.11.Dec. conf.66.in fi. Laderch. conf.119.per tot. Rot.Roma.Decis.526.n.5. par.1. in nouissimis; quandoquidem obligatio patris sit principalis l.qui liberos ff.de rit. nupt. Aui autem obligatio sit secundaria teste Rip.

Rip.ibid.idque ipsum obtinet tam in materno quam paterno auo,iuxta tamen ordinem suum,vt primò pater dotet de suo, si habeat congruam substantiam,deinde trasferatur hoc onus in auum paternum, qui si non soluendo, in Matrem reijcitur vice subsidiaria huiusmodi onus,vt prædiximus, mox pro vltimo refugio in auum maternum,Rip.d.loc.num.81.& Laderch.d.cons.119. nu. 2. vbi neptis ex filia à suo patre directè debet aliatq; dotari, sed in subsidium seruatur æquitas prædicta. Sic in proauo respondit Alex. cons. 201. nu.23.vol.6.facit glos.ad l.si apud. ff.de minorib. vbi sæpe ex inopia alterius, in alium datur actio, in quo pariter detegitur differentia inter auuum, & patruum seu auunculum, posteaquam isti collaterales

2 rales † non tenentur etiam in subsidium ad dotandam neptem ex fratre, vel ex sorore,Alex.cons.66.nu.3.vol.4.Rip. ad d. l.primam,nu.86.vbi Angel. Imol. Alex. & Socin.iun.ff.sol.matrim. Roma. cons. 413.nu.6.& Neuizan.cons.33. num.12. quemadmodum, quando collaterales tenentur dotare in subsidium, id præstant eatenus, ne egeant: non ita in ascendentibus, quorum fortius est vinculum, nisi in casu omnimodæ inopiæ ob ordinatam charitatem, Castren.ad l. maritum num. 8.ff.sol. matrimo. Angel. ad l.à filia. ff.ad Trebell.& ad l.vlt. C. de dotis promissione. Idem Ang. & Salicet.ad d. Authen. res quæ C.Commun. delegat.Roman.& Alex.ad d.l.1.ff. solut. matrimo. Afflict. Decis.290. in fi. & ista procedunt tam in nepte nupta quàm nuptui collocanda, quemadmodum, & tenetur pater ac mater, glos.ad l.obligamur.§.lege ff.de obligat. & action. Alex.cons.7. nu.10.lib.2. & cõs.169.vol.2.vbi de commun.Ias. ad Authen.præterea. C.vnde vir. & vx.Angel.Aret.cons.81.Curt.sen. cons.27. nu. 35.& cons. 39. num.9. Natt. cons. 201. quicquid in oppositum censuerit Excell. Ludouic.à Peguer.in Decis. Catalon.cap. 117.nu.8.& 9. Dum tuetur,quod dispositio authenticę res quæ.C.com.de leg. nõ procedit, quando agitur de constituenda dote filiæ iam nuptæ, cum Remedium d. authen. res quæ, diximus supra Remed. 6. esse subsidiarium sic pro matrimonio spirituali, vt commodè viuere possit, & seruire Deo, Bald.ad l.vlt. C.de dot. promiss.& Bald.Nouell.de dot.par.6.priuil. 15. Similiter in nepte habente bona aduentitia, Castr.cons.478.nu.4. & 5. vol. 2. sicuti pater dotat filiam, quamuis diuitem, & bona propria habentem quorum vsusfructus non quæritur patri. Marchi-

3 sell.q.120.Item etiam si propter † delicta aui bona cõfiscata essent,sicuti dicitur de matre seu patre delinquentibus, & condemnatis cum publicat: bonorum, quia confiscatio semper trãsit cum onere suo, vnde fiscus tenetur ad dotationem filiarũ vel neptum & ad alimẽta; Plot.inter cõs. Crimin.Zilett.cons.130.num.24.tom.1. Socinus sen.cons.57.num.23.lib.4.Beci. cons. 8. Peregrin. tract. de iur. fisc. lib.5. tit.1.nu.76. Surd.tracta.de aliment.tit.1. quæst.14. & ante postrem.os Clar.§. vltimo,quæstione septuagesima octaua, nu. 23.& seqq.suę prax.crim.quia huiusmodi obligatio inhæret bonis, ideoq; transit adquemcunque possessorem,Castr.cons. 80. lib. 1. etiã in casibus in quibus omnia confiscantur bona absque reseruatione legitimę, Rip.ad l.ex facto §.ex facto, nu. 9.ff. ad Trebel. Thes. Decis. 198. Eadem quoque vigent in dotanda spuria, tametsi ageretur de bonis fideicommisso obnoxijs. Ias. ad d. Authen. res quæ col. 1.

Notandum verò est, quod dos ab auo

4 tradita † nepti, imputari debet in legitimam, quam fortè prætendere posset in bonis patris, si quando ad pinguiorẽ perueniret fortunam, quasi intuitu patris id factum sit,Bart.ad d.l.dotem dedit.nu.2. Castren. cons. 96. vol. 2. Menoch. cons. 183.nu.15. cum seq. Surd. qui alios plures allegat Decis.118.nu.8.& Decis.164. cui addo Alex.cõs.31.lib.4. & cons.154. lib.7.

Et huc pertinet quæstio illa reposita in

5 statu coniecturali,numquid dos data † nepti ab auo præsumatur data contemplatione filij, vel intuitu neptis, vel promiscuè,quam plena manu discussit Gabriell. in suis commun. tit. de iur. dot. concl. 5. Surd.cons.219.vol.2. D.Menoch. lib. 3. præsumpt.17.Turret.cons.6. vol.2. Sim. de Prǣt.cons.65.Honded.cons.90.vol.1. Mascard. de probatio.concl.573.& Magon.

gon. Rot. Florent. Decis. 13. quibus in locis enucleantur Bald. cons. 330. vol. 5. Alex. d. cons. 31. & Cæphal. cons. 105. quemadmodum obseruatur in dote per patruum cum nepote in communione viuentem data nepti. Num præsumatur data contemplatione nepotis, vel neptis, Barz. Decis. Bonon. 102.

Cæterùm, vt auus teneatur in subsidiū ad congruè dotandū neptem pauper debet esse pater scilicet quando non habet tantum in bonis quod sufficiat ad dotationis factum. Mascard. de probatio. concl. 1159. n. 8. Viuius. Decis. 523. lib. 4.

REMEDIVM LXV.

Ex l. neque mater C. de iur. dot. quando filia dotanda sit in subsidium de bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 *Mater filiam bonis paternis deficientibus dotare tenetur.*

2 *Argum. de dote ad alimenta validum, & quando.*

3 *Dos à matre data filiæ, in legitimam eidem imputatur modo ex sua liberalitate non dotet.*

4 *Stat. n. Papiæ in ciuilibus 95. enucleatur.*

5 *Obligatio mulieris, absque speciali renunciatione Velleiani ad hoc, vt valeat, tria copulatiuè requiruntur.*

6 *Mater filiam diuitem dotare non cogitur, etiamsi pater sit inops, secus verò in patre diuite, qui filiam etiam aliunde habentem dotare tenetur.*

7 *Filia a patre in minore summa, quam alia dotata, dotis æqualationem petere non potest, nisi magna sit inæqualitas, secus verò in dotata à matre in subsidium; quæ nihil penitus petere potest.*

8 *Auus maternus matre non existente, vel existente, sed paupere, dotare neptem tenetur.*

9 *Filius diues matrem pauperem ad secunda vota transeuntem dotare debet.*

10 *Mater diues tenetur prius filiam dotare, quam frater ipsius filiæ, etiam si sit diues, & quando & cur.*

Filiæ in bonis maternis dos non debetur, nisi in subsidium, id est, † quando ex paternis bonis dotari non potest l. neque mater. C. de iur. dot. Bart. Bald. & Fulgos. ad Authen. res quæ. C. commun. delegat. Ancharan. iun. q. 64. n. 16. lib. 3. cum multis adductis per Surd. tract. de aliment. tit. 1. q. 14. nu. 13. vbi attestatur de magis communi, non obstante contradict. Angel. Roma. & Ias. in locis ibi relatis Vid. Vasq. lib. 1. controu. iur. cap. 7. nu. 7. vbi preclarè infert sic obseruatur in alimentis, quando pater est inops, & mater diues, † vnde validum educitur argumentum de dote ad alimenta l. pen. ff. de lib. agnoscen. In terminis Alex. cons. 144. nu. 14. lib. 6. & Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 59. vbi parentes non tenetur coniunctiuè ad liberorum alimenta, sed successiuè ita vt pater per prius teneatur, deinde mater in subsidium.

2

Qua ratione consentiunt omnes, quòd dos † habita à matre imputetur filiæ in legitimam. Rip. ad l. in quartam nu. 198. ff. l. Falcid. Surd. Decis. 119. nu. 3. & Decis. 164. nu. 15. quoniam mater videtur quodammodo succedere in paternam obligationem & stimulo moueri naturali, & ex causa necessaria, icircò imputationi fit locus. Castr. ad l. quoniam nouella. nu. 3. C. de inofficio. testamen. Cæterùm si mater sua sponte filiam dotet, videtur donare instar extranei, cuius loco habetur mater quò adhunc effectum, cùm non sit ascendens per virilem textum nec habeat filiā in potestate l. vnicas §. accedit, vbi Bald. & Salicet. C. de rei vxor. actio Ascan. Clement. tracta. de patr. potesta. c. 4. nu. 5. & c. 5. nu. 12. præclare Honded. cons. 91. n. 78. cum seqq. vol. 1. operatur tamen isthæc matris dotatio, quod filia non potest facere partem cum masculis, ex censura statuti nostri Papiensis 95. in ciuilibus, in quo puncto corrigitur ius cōmune, Berret. cons. 135. Thesaur. Decis. 159. & Anguill. cons. 79. nu. 64. cum seqq. Hinc est, quòd vt valida sit mulieris obligatio † absque

3

4

que speciali renuntiatione Velleiani, tria
compulatiuè requiruntur, nimirū. Quod
sit maior. 25. annis. Quod sit suscepta ob-
ligatio pro alia muliere, & quod sit pro
dote l. vlt. C. ad Velleia. vnde illa exorta
est ambiguitas, vtrum adiuuetur Velleia-
no mater quæ filiā dotauit, quia non ade-
rat pater, vel nō soluendo erat, mater ve-
rò diues, & resolutio est negatiua, quia
lex probabili ex causa matrem grauat ad
dotandum filiam: propterea valida est
obligatio. Imò verò si pater soluendo es-
set, & nihilominus mater se pro dote prin
5 cipaliter obligasset † adhuc teneretur ef-
ficaciter: multò magis si se erga suum ge-
nerum obligasset d. l. si dotare. C. ad Velle-
ian. & optimè Mich. Nizol. allegat. 5. per
tot. Secus in nouerca versus priuignā ad
cuius dotationem nulla ratione ciuili aut
naturali tenetur nouerca Surd. deci. 164.
num. 17. Explorati iuris tamen est quod si
6 pater inops esset, & filia diues, † vel habe-
ret, vnde commodè, & congruè se dota-
re posset, tunc mater etiam prædiues non
potest compelli ad diuitem filiam dotan-
dam l. vlt. C. de dot. promiss. Alexa. cons.
149. vol. 7. Gabriell. cons. 135. lib. 2. Bur-
sat. cons. 215. vol. 2. D. Menoch. præsum-
pt. 15. lib. 3. Rip. ad l. 1. nu. 80. & 81. vbi
in specie attingit articulum. ff. sol. mat.
Afflict. decis. 178. cum seq. esto quod pa-
ter idoneam substātiam habens teneatur
de suo dotare filiam etiam diuitem, &
aliunde habentem pro dotatione. Alex.
cons. 7. nu. 10. vol. 2. Cæphal. cons. 642.
nu. 37. & deinceps, Corn. cons. 16. vol. 3.
Alciat. regul. 1. præsumpt. 26. Polyd. Ri-
pa obseru. 17. num. 10. & Gamma Decis.
376. In casu autem mixto, quando filia
haberet quidem aliqua bona, sed non tot,
& talia, ex quibus posset congruè dotari
tunc mater diues supplebit in subsidium
pro rata d. l. vlt. C. de dot. promiss. Viuius
Decis. 523. num. 22. & seq. lib. 4. Intelli-
gendo dotem congruam non absolutè ar
bitrio boni viri, vt per D. Menoc. de arbit.
iud. cas. 149. Brun. tract. de statut. exclus.
femin. art. 9. n. 34. cum seqq. Alex. d. cōs.
7. Decis. Perusi. 21. p. 1. Mascard. de pro-
batio. concl. 570. sed saltem vsque ad ali-
menta, Ripa d. loc. nu. 79 Anguillæ, cons.
7 79. num. 55. † Nec potest filia in minore
summa dotata quam alia prætendere suæ
dotis adæquationem cum pinguiore dote
iā data sorori, nisi magna valde esset inæ-
qualitas etiamsi esset à patre dotata, mul-
tò minus indotata à matre in subsidium
Bald. cons. 386. vol. 4. Deci. cons. 26. Ber-
ret. cons. 110. nu. 7. Marant. disput. 10. n.
27. Cæphal. cons. 56. nu. 39. & seq.
8 Et verò prædicta obtinent † etiam in
auo materno in subsidium, si mater non
adsit, vel sit pauper, ipse verò diues, Bald.
Nouell. tract. de dot. par. 6. priuileg. 16.
Rip. annot. loco nu. 81. Alex. cons. 201.
nu. 23. vol. 6. & Turret. cōs. 6. vol. 2. Imò
9 æquè filius diues in subsidium † tenetur
dotare matrem pauperem ad secunda vo-
ta transeuntem ne transeat ad impudici-
tiam Boer. Decis. 129. nu. 10. latè Meno-
ch. cons. 1078. nu. 9. cum seq. vol. 11. re-
legata vanitate illa tristitiæ animæ defun-
cti per secundas nuptias, & iniuriæ filio-
rum si mater sit iuuenis, & difficulter, seu
cum timore scandali potest se continere
intra castitatis claustra, cùm nemo sit cō-
tinens nisi deus, det. Sapientiæ 8. ibi. puer
autem eram ingeniosus & sortitus sum
animam bonam, & cum essem magis bo-
nus, veni ad corpus incoinquinatum, &
vt sciui, quoniam aliter non possem esse
continēs, nisi Deus det. & hoc ipsum erat
sapientia, scire cuius esset hoc donum,
adij dominum, & deprecatus sum illum,
& dixi ex totis præcordijs meis, & iuue-
niles calores temperare, difficillimum est;
aduersus quod periculū tenetur filius ma-
tri prouidere, æquè ac mater filio, pro-
pterea quod obligatus succurrere vitæ, te-
netur quoque famę subuenire, quę æqui-
paratur vitæ, iuxta illud; melius est mori,
quàm vilipendi; vulgat. l. isti quidem. ff.
quod met. caus. sic edisserit Rip. noster
prædicto loco. nu. 82. & Anguill. citato
cons. 79. nu. 56. vbi etiam adducit Bald.
Nouell. ita sentientem. Nec obstat illud
dicterium. Tria tantùm esse genera Hir-
corum. scilicet, cui filia, cui soror, & cui
vxor subagitatur. Quoniā præterea inu-
ritur infamiæ nota fœdissima saltem facti
10 ex vita matris meretricia Ripa ibidem. †
Quod si puella habeat matrem diuitem,
& fratrem pariter locupletem, adhuc ma-
ter subire debet hoc onus, tum quia illa
quoque

quoque præfertur omnibus agnatis, & cognatis in fuccessione filiæ, vt hãc ipsam rationem ponderat Alex. in l. alimenta. C.de neg. gest. Tum quia pro iniuria filij agit mater in subsidium. Viui. Decis. 521. nu.28.lib.4. Tum etiam, quia sic seruatur in quartæ denegatione ex auct. præterea. C.vnd. vir. & vxor. Barz. Decis. Bonon. 130. nu. 99. quamuis in hoc puncto Soc. iun.ad d.l.primam, nu. 200. ff.sol.mat.referat aliàs duas opiniones, scilicet quod detur optio Puellæ, vel quod vtriusque obligatio adsit, vt hinc, & hinc debeat dotari. Declarantur prædicta, ne procedat in filia iam nupta marte suo, & matre inconsulta: Gamma.Decis.376. num.3.

REMED. LXVI.

Ex l. cum plures §.cum tutor; ibique glo. ff. de admin. tut. circa sororem dotandam per fratrem in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Frater diues dotare sororem inopem in subsidium post patris mortem tenetur, & si soror bona habeat, sed in sufficientia frater supplere cogitur vsque ad dotem congruam etiam si fuerit à patre exheredata, & in quibus casibus excusetur frater vel alias cogatur in fi. nu.7. & 9.*

2 *Frater clericus de fructibus superabundantibus beneficij, sororem dotare tenetur, idẽ etiam in fratre feudum solum, antiquum habente, nam de eius fructibus sorori dotẽ tradere debet.*

3 *Dos sororis spuriæ subsidiaria regulatur, & quoad quantitatem, & quoad tempus secundum alimenta, quæ excedere, nõ debet.*

4 *Soror vterina nec in subsidium dotanda est, alimenta tamen à fratre debentur.*

5 *Argumentum de dote ad alimenta, valet affirmatiue, non autem negatiue.*

6 *Soror etiam diues sororem pauperem dotare cogitur.*

8 *Dote à fratre sorori constituta, consumpta frater iterum dotare non cogitur, secus in patre.*

10 *Dos tradita filiæ à patre ad eum reuertitur, ex cõsuetud. Mar. secus in tradita à fratre nisi sibi restitui stipulatus sit.*

Frater quoque diues post obitum patris† tenetur in subsidium sororẽ aliunde non habentem dotare cũ apparatu nuptiali, quoad iocalia, vestes, & alia fieri consueta per glo. ad l.cùm plures.§.cum tutor ff.de admin.tuto. & ad l. nõ omnino vbi Bald. & Salicet. C.eo.tit. Alex.ad l. 1. num. 23. ibique Ias.num. 29. & Rip.nu. 83. ff.solut matrimo. Abbas cons. 12.li.1. Afflict. Dec.39. Boeri. Dec. 129. Tessaur. Decis. 192. Vincent.de Franch. Decis. 23. 73.& 87.par.1.Surd.tract.de aliment.tit. 1. q. 25. Iacob. Marchisell. q. 149. Mascard.de probat.concl. 813.nu.5. Hõded. cons. 18.nu.32.vol.1.iuncto cons.79.nu. 11.vol.2.Rim.iun.cons.657.nu.60.vol. 6.Crauetta cons.77.Natt.cons.401.nu.4. cum adductis per Carroci.casu seu Decis. 16.num.5.vbi reddit duas rationes, nimirum, quia frater, & quia hæres, sicuti obseruatur in iure alendi, quod transit ad heredes in subsidium, scilicet excussione præmissa l.si quis à liber.§. itẽ rescriptum, vbi Ant.de Cordub.Hispan.num. 94. ff. de lib.agno. Gabriell.cons.25. nu.18.& 19. lib.1.& Surd.d.tit.1.q.23.24.& 105. Imò si soror habeat aliqua bona, sed insufficientia, adhuc frater tenetur de suo supplere ad congruam vsque dotem iuxta honestatem, & qualitatem personarum arg.l.nepos proculo.ff.de verb.signif. Tessaur.annot.loco nu.7.Caroc.d.loc nu.6.neq; pedem referre potest frater sub prætextu, quod soror sit à patre exheredata, quoniã adhuc iure sanguinis, quod tolli nõ potest l.iura sanguinis, de reg. iur. tenetur ad eã pro dignitate dotandam, Bald. Nouell. tract.de dot.par.2.priuileg. 16.Marchise. 2.q. 148. nu. 2. veluti exheredato deberi alimenta à fratre etiamsi pater id prohibuerit sub pœna scribit Bald. cons. 103. vol.5.& Surd.d.q.25. nu.2. Nec proficit

2 fratri † allegatio, quòd sit clericus, quia de fructibus beneficij superabundantibus tenetur ad huiusmodi subsidium. Abbas ad cap. peruenit de arbitr. Surd. d. q.25. Alb.cõs.122.vol.1. Boer. Decis.129.nu.

8.sic frater habens dumtaxat feudum antiquum, minimè hæreditariũ, de fructibus in primis dutare debet sororem, aliàs feudum ipsum dare potest in dotē dummodo non sit caput baroniæ, nec fiat perpetuò, & accedat domini consensus, Sol. ad antiqua decreta Sabaud.tit. de feud. glo. prima secundæ partis n.11.& 12.Clar.in §.feudũ.q.36. & Rosental.tract. de feud. c.7.concl.47. in littera F. & in primogenito loquitur Surd. de aliment. titu. 1. quæst.27.

3 Sic in sorore naturali, † aut spuria, sed dos nõ debet tunc esse maior alimentis cũ quibus mensuratur quo ad quantitatem & quò ad tempus. Gabriell.d. conf.25.n. 4.Surd.d.q.25.nu.32.

4 Cæterum soror † vterina neque in subsidiũ dotanda est à fratre consanguineo. d. l. cùm plures de admin. tut. Hondede. cons.1.nu.11. vol.2. Paul. de Montepic. in terminis statut.nostri Ticinen. 95. cõs. 85.num.74.quemadmodum frater vterinus non tenetur etiam in subsidium dotare sororem consanguineam. Vincen. de Franch.Decis.26.nu.6. par.1. Quò verò ad alimenta mitius agitur cum sorore vterina vt à fratre sit in subsidium alenda l. qui filium, vbi Bartol. ff. vbi pup. educari deb.Surd.d.tract. tit.1.q.25.nu.17. & q. 28.nu.10.Barz.Decis.Bon.130.num.87. Similiter dos non constituitur etiam in subsidium nepti ex fratre, cùm hoc non sit iure cautum, nec nostrum est extēdere dispositionem legis circa repræsentationē personæ, quia esset fingere quod est solius legis. Ang.Imo.& Alex.ad d.l.1.ff. solut. matrimo.Surd.d.quæst.vigesimooctauo, numero qninto, & sexto, vbi reijcit contrariam opinionem Afflict. Decis. 371. nu.3. propterea quod fũdata sit in authoritate Bald.ad l.1.nu.7.ff. solu. matr. qui verè loquitur in nepte ex filio, nõ in nepte ex fratre. Illi enim, & dos, & alimenta debentur pro varietate temporum; huic dos nequaquam debetur, sed tantùm alimenta in subsidium.

5 Vnde argumentũ de dote ad alimenta valet affirmatiuè, scilicet, dotanda est, ergo etiam alenda, atqui negatiuè inefficax & inane est argumentum, idest, non est dotanda, ergo nec alenda, sicuti ab alimētis ad dotem nõ valet argumentum affirmatiuè. Surd.d.q.28.nu.9.

6 Quid verò sit diffiniendum † quò ad sororem diuitem erga sororem inopem, non est magni laboris, aut summi ingenij speculatio, quandoquidem par sit iuris dispositio in sorore, quæ in fratre etiamsi dedisset in dotem omnia bona suo viro, quia reuocaretur vti factum in fraudem legis, Osasc. Decis.107.num.7. tum quia facilior sit transitus in habentibus Symbolum. Vulg l.humanitatis. C. de impuber. & ali. substitutio. Vndè Boer. relatus per Vasq.controuers.Ill.præfation.lib.1.c.7. in fi. in argumento illo. An subditi pro filia maritanda teneantur iuuare dominũ concludit aliquãdo sororem esse obligatam tum quia fratris appellatione continetur soror etiam in statutis Bald. consil. 47.volu.5.Paris.cons.22.nume.20.ro.3. Alex.cons.45.vol.7.Gerard. Mazol.cõs. 8.nu.50.& seq.& cons.9.nu.10. & quàuis in odiosis aliud esse scribat Deci.cons. 230. in fi. Nihilominus obtinet quando odium esset irrationabile, non etiam in odio minimè iniusto Alex.d.cõs.45.Cor.

7 cons.96. vol. 3. Excusatur † quoq; frater quãdo soror iam nupta ex se reperiretur etiam digno.Soc.cons.17.nu.10. vol.1.

8 Quod si semel dos † esset cõstituta per fratrem sorori inopi, mox consumpta vel culpabiliter vel sine culpa, non tenebitur frater iterũ dotare, cùm semel satisfecerit obligationi suæ Ias. ad §. fuerat. nu. 136. Instit. de actio. In quo dotandi onus in subsidium impositũ fratri à dotandi onere differt, quod tenet patrem erga filiam etiã diuitem, vel quæ dotem semel habitam dissipauit. Bart. Ang. & Imol. ad l.si cum dotem. §. si post solutam. ff. solut. matr. Campeg.de dot.q.15. par.1. nisi cõsumptio causata sit dolo filię vel culpa lata, seu leui Castr.cons.80.n.3.vol.1.Osasc.Deci.

9 124.n.5.& 6. Nec † reuertitur dos ad fratrem, nisi ex vi præambulæ stipulationis, secus in patre ex consuetudine Martini. l.dos à patre C. sol.mat. Vinc.de Franch. Decis.196.par.1.Non tamen dotatur soror de bonis fideicommissi transuersalis, Menoch.cons.882.n.89.lib.9. neque po

10 test † se retrahere, à dotanda sorore etiam non paupere, quãdo iam esset admissa ad succe

ſucceſſionem. Vinc. de Franch. Deciſ. 87. nu. 12. cum ſeq. par. 1.

REMEDIVM LXVI.

ILLATIO.

Ad rem bullæ Pij V. contra naturales etiam legitimatos editæ, & quando comprehẽdat filiam clerici ſpuriam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus filiam ſuam ſpuriam de redditibus eccleſiaſticis dotare an poſſit.*

2 *Bulla ſummi Pontificis Pij V. 1571. Cal. Februar. quid concernat.*

3 *Ius ciuile ſequitur ius canonicum circa alimenta, & dotes præſtan. ſpurijs & naturalibus.*

4 *Ius ciuile quare arceat filios naturales à ſucceſſione parentum.*

5 *Alimenta & dos an ſubminiſtrentur inceſtuoſæ filiæ, & quid ſi adſit ſtatutum lucrandæ dotis.*

6 *Marito ſpuria viuente an dos augeatur.*

7 *Dos exceſſiua an poſſit dari ſpuriæ clerici de patrimonialibus.*

8 *Regula Quod potui, nolui, quod volui, adimplere nequiui enunciatur & ibi ſimile.*

Lericum poſſe non tantùm de redditibus eccleſiaſticis † dotare ſpuriam filiã, 1 verùm quoque de patrimonialibus neutiquã ob ſtante Bulla à fel. mem. Pio quinto edita contra naturales etiam legitimatos, anno 1571. cal. febr. dummodo is, quando ad redditus eccleſiaſticos manum apponit, id faciat moderatè, & in ſubſidium, ſcilicet, quando alia bona patrimonialia non ſuppetunt; defendit multifariam Nauarr. tract. de ſpol. clerico. §. 19. nu. 9. Burſat. conſ. 255. nu. 16. vol. 3. Rot. Roma. Deciſ. 487. & 505. par. 1. in nouiſſim. & pleniſſime. Surd. conſ. 509. vol. 4. Contrarium ſuſtinet Menoch. cõſ. 2 511. Tum quia memorata bulla † corrigit dumtaxat licentias, diſpenſationes, & facultates diſponendi in illegitimos, & ſic quando quis diſponit vigore priuilegij, vel facultatis, tunc ſemper nullũ erit quicquid in talem conſequentiã fiet, vel prætextu paupertatis, vel piæ cauſæ, vel quouis alio intuitu faciat clericus. At per d. bullam nõ tollitur beneficium iuris communis; canonici, & ciuilis. Decia. conſ. 42. nu. 39. vol. 1. Eugen. conſ. 52. nu. 65. cum ſeq. D. Menoch. conſ. 459. 461. & ſeq. nu. 57. Burſ. conſ. 330. n. 62. vol. 4. Peregrin. conſ. 20. nu. 25. vol. 1. quo vndiq; permittitur, vt alantur, ac omnino dotetur filiæ, tametſi ſpuriæ per parentes etiam ſacerdotes, Paleot. de noth. & Spur. c. 4. Copioſe idem Surd. tractat. de aliment. tit. 1. q. 10. Huic ſententiæ adſtipulatur ceſſatio rationum cõtemplatarum in eadem bulla, quæ duæ ſunt, ſcilicet ad euitanda ſcandala, & ne patrimonium Chriſti ab indignis perſonis conſumatur, & prodigatur, nã conſumptio ceſſat. vbi dotata ſit de bonis patrimonialibus. Identidem ſilet ſcandalum, dum clericus ſecundum ius commune diſponit, illudque apertum, plenumq; pietatis, & charitatis. cap. cùm haberet, de eo qui dux. in vxo, quã polluit per adult. vſque adeò vt prouiſio dicti tex. ſeruetur 3 quoque in foro † Cæſaris ob ſummã æquitatem. Paleot. d. tract. c. 46. & 47. Imo generaretur ſcandalum, ſi filia clerici cogeretur meretricari aut turpiter viuere, vel mẽdicari, vel fame perire Bald. conſ. 262. vol. 1. Gabriel. conſ. 25. lib. 1. Boer. Deci. 127. num. 17. Accedit quoq; declaratio pontificia eiuſdem bullæ de anno 1572. die 5. Martij, In qua idem Pontifex exprimit ſe ſecutum Pij. 4. exemplum ea prohibentis veluti facta contra ius, & æquum, ergo nõ includit hunc caſum, cui conuenit ius, & æquum. Sic Surd. d. conſil. 509. nu. 11. Multo minus percutit filios legitimatos ex legitimo matrimonio progenitos. Peregr. d. conſ. 20. nu. 25.

Nec obſtat ratio cohibendæ libidinis 4 parentum dum arceantur † filij illegitimi ab eorum ſucceſſione, quia præualet fauor filiorum iam natorũ qui nihil admiſerunt mali can. naſci 56. diſtinct. quos non ſinit perdere lex Canonica, aut fame necari, eligendo minus malum ex duobus. can. hi qui 26. q. 2. can. denique diſt. 4. c. inter

opera charitatis; ibique glo. de sponsalib. Petr. Gregor. tract. de vsur. libro secundo, c.7.nu.13. Graff. conf. 12. de pœnit. lib. 5.

Amplificatur prædicta cóclusio, etiam
5 in filia † incœstuosa Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 56. cum seq.

Rursus obtinent prædicta etiamsi adijciatur pactum de lucro dotis Rimin. iun. consf. 380. num. 65. cum seqq. Abb. consf. 768. & eo prior Crauett. consf. 917. vol. 5. & Surd. consf. 509. alioqui cessante pacto vel statuto vel cósuetudine de lucro dotis, post obitum spuriæ absque prole dos rediret ad patrẽ, vel ad filios, seu ad hæredes dotantis patris, Peregrin. d. loc. nu. 81. Sed in vita mariti, qui habet ex causa onerosa
6 dotem; nequit dos † auocari arg. l. si quis delegauerit. ff. de nouat. Glos. in l. 5. ff. ad Velleian. Bart. in l. fi. §. si à socero. ff. quæ in fraud. credit, quemadmodum obseruatur in marito legante vxori cótra norma statuti Ticin. 90. in ciuilibus nam maritus secundus ignarus d. legati poterit in causam dotis validè habere illud incrementũ, nec obnoxius est alicui vexationi aut iacturæ, vel diminutioni dotis constitutæ in secundo matrimonio, donec pergant nuptiæ copiose Lancel. Gallia ad consuet. Alex. ver. viginti, q. 8. nu. 55. & seq. Rol. à Vall. consf. 85. num. 12. vol. 3. Rim. iun. præclare consf. 380. vol. 4.

Ampliatur quoq; si dos esset excessiua,
7 quoniam pro arbitrio suo pater † circa patrimonialia disponit, dummodo absit tertij præiudicium considerabile. Peregrin. eo. loco num. 83. cum seqq. & quamuis Abb. consf. 115. lib. 2. senserit. dotem spuriæ debere reduci ad mensuram alimentorum, quæ morte alimentarij finiuntur: Attamen Bero. consf. 165. nu. 34. & 135. vol. 2. interpretatur, Abbatem loqui stãte pacto in contrarium, vel quando filia esset spuria, & incæstuosa simul, quia plura vitia plus vitiant, & ad detestationem incœstus Rosental. de feud. c. 7. concl. 19. glos. in littera H. vbi spurietatis qualitas non est necessario exprimenda in legitimatione ad feuda, nisi quis esset ex duplici capite spurius.

Cæterùm (vt tandem ad rem nostram vnde eramus digressi postliminio velut reuersi) dixerim in terminis dictæ bullæ aliud esse, quando vigore priuilegij ille idem disposuerit, malè quidem consultus in illegitimos, qui potuit communi vti iure, vt in dubio præsumitur, nam eidem
8 obstabit regula, † quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, vulgar. leg. multum interest, & ibi glos. C. si quis alt. vel sib. veluti in coniuncto interueniente pro cóiuncto procuratorio nomine, nam si non habet mandatum, non sustinetur actus etiam cum cautione de rato fortè vti gestus à coniuncto; notab. Lanfranch. Balb. conclus. seu Decis. 415. Iaf. ad l. exigendi, col. 4. C. de procurat. Viui. Decis. 31. nu. 13. lib. 1. atque ita intelligẽda est alia decisio Rot. Roma. 214. part. 2. in nouiss. vbi conclusum fuisse dicitur, quod prædicta bulla tollit piam dispositionem, quia dotanda spuriam clericus renouat memoriam suarum fornicationum, & alios pellicere videtur ad similem notam capessendam, sic sanè Surd. d. consf. 509. nu. 12 Sed Bursat. d. consf. 255. nu. 15. scribit. d. Bullam extra dominium Ecclesiæ non seruari. Bardellon. consf. 64. ad fin.

REMEDIVM LXVII.

Ex l. fi. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. & l. filiæ. ff. de leg. 3. circa hypotheca ius in bonis patris pro dote filiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pro dote filiæ num bona patris saltem in subsidium sint obligata, & in quibus casibus. nu. 2.*

3 *Condictio ex lege statuto, vel moribus personalis quidem, sed in rem scripta, & quãdo afficiat tertios possessores, & quid in legitima nu. 4.*

5 *Pro legitima an competat hypotheca.*
Et an in alimentis necessarijs ibid.

6 *Non minor est fauor alimentorum, quàm dotis.*

7 *Filia vel soror quæ in ampla forma, & cum iuramento renuntiauit bonis in manibus patris aut fratris an ad illa redeat si allegetur læsio enormissima.*

8 In

8 *In læsionis consideratione, quæ sint dispicienda.*

9 *Si filia vel soror præmoriatur ei de cuius hæreditate agitur filij ipsius filia vel sororis an subintrent in locum matris, & an admittantur contra tertios possessores.*

10 *Filia vel soror renuntians cum iuramento an excludatur à successione inopinata delata & incogitata.*

PRæstantissima nõ parũ exercuit ingenia quæsitũ illud;
1 nũ pro dote filię patris † bona saltem in subsidiũ essent hypothecata necne ex l. filiæ. ff. de leg. 3. & l. vlt. C. de dot. promissione postquam regulariter non potest intelligi cõtracta hypotheca in bonis patris pro dote filiæ, cùm nullo iure ita cautum inueniatur, vnde ementes bona à patre, dum filiæ sunt in capillis videntur tuti. Gramma. Decis. 90. Affl. d. decis. 162. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. num. 148. cum seq. Fab. de Anna cons. 75. nisi sit dos legata, vel promissa etiam genero, qui icciro prætendere potest hypothecã in bonis soceri. Bald. nouell. de dote part. 12. nu. 8. Monticul. ad §. fuerat. nu. 103. instit. de actionib. & Peregrin. d. loc. Nos autem diu hæc nobiscum discutientes in eam venimus (filiæ fauendo) sententiam,
2 vt ea in quatuor tantùm † casibus patris bona habeat hypothecata; illorum est.

Vnus, quando filia est nupta cum dotis promissione, nam etiam viuente patre rectè agitur contra tertios possessores in subsidium. Peregrin. & Bald. Nouell. prę allega. locis:

Secundus est casus, quando pater aliena sset titulo lucratiuo, vel aliter malignãdo in extraneos, vel aliter exhausisset, patrimonium suum, quia tunc in subsidium filiæ consulitur, quemadmodum in reuocatorijs actionibus obseruatur, & vbi inofficiositatis consideratio cadit, vt nos aliquando, diuino munere elargiente disseremus.

Tertius est casus, cũ dos est legata, quia tunc ratione legati acquirit ius hypothecæ, cuius præsidio tertios possessores in subsidium pulsare potest. Affli&. d. Decis. 161.

Vltimus est casus, quando statuto aut consuetudine cautum esset, aut vigeret constitutio, quòd super bonis patris filia haberet paragium. aut de bonis patris filia dotaretur, vt cauetur statut. nostr. 95. int. ciuil. & post obitum patris fratres cõsumpsissent omnia bona, tunc in subsidiũ contra tertios possessores iudicium dabitur sorori. Affli&. di&. Decis. 162. Viui. Decis. 285. num. 7. lib. 2. & Vincent. de Franch. Decis. 374. nu. 5. par. 2. quoniam
3 conditio ex lege, † vel ex statuto, vel ex moribus, est quidem actio personalis, sed in rẽ scripta. Vt non semel diximus, ideoque afficit tertios possessores, sed in subsidium, Crauet. cons. 109. num. 5. & Rol. à Vall. cons. 65. vol 1. sicquoq; in legiti-
4 ma † constitutum esse probat Laderch. cons. 163. num. 5. Pereg. d. loco nu. 153. & Vincent. de Franch. ac Affli&. superius relati, quamuis pro ea non competat hypotheca ex frequentiore scribentium voto Peregrin. d. loc. nu. 150. Gabriell. suis commun. tit. de legitima cõcl. 5. vbi multifariam limitat. & Rot. Auenion. Decis. 52. pariformiter obtinent prædicta pro
5 alimentis † necessarijs, Castren. cons. 80. vol. 1. & Laderch. d. cons. 163. per rationem redditam à Surd. cons. 434. num. 13. cum seq. vol. 4. vbi non minor debet esse
6 fauor † alimentorũ, quam dotis, & vtobi semper agitur de causa pia, quamuis aliquando plus fauoris insit doti vtpote, quæ habet adiunctam causam alimentorum, quã alimentis, Soc. senior cons. 291. nu. 9. & seqq. vol. 2.

Amplificantur prædicta etiam in ea filia, vel sorore, cui maritus eidem addictus per patrem, aut fratrem dotem de suo cõstituisset, Vincent. de Franch. Decis. 119. par. 1.

Excipere solent nostrates frequentiore
7 calculo sororem, quæ † iam fecisset amplã renuntiationẽ in manibus patris, vel fratris cum iuramento, dummodo certa sit de dote sibi assignata, & absit læsio enormissima. c. quamuis de pactis, in vi. Cæphal. cons. 378. & 467. iuncto cons. 592. Ossch. cons. 77. Eugen. cons. 12. & 29. Cæuall. tract. com. contra com. qu. 115. 116. & 511. Rot. Rom. Decis. 102. par. 2. in nouissim. & copiosè Gab. suis communibus

nibus † t. de iur. dot. concl. 1. in cuius læ-
8 sionis † consideratione detrahuntur bona feudalia, & fideicommisso agnatitio, seu in familia conseruando obnoxia, Eulgos. cons. 228. & Riminald. iun. cons. 44. cum
9 seq. Quòd si soror renuntians † moriatur ante eum, de cuius hæreditate agitur, nec aliter sit de dote satisfactum; statim filij locum matris subintrant, quoad petitionem dotis etiam contra tertios possessores, sicuti aliquando ex propria persona admittuntur. Gamma. Decis. 307. & 385. latè Viuius. Decis. 211. lib. 2. Immo
10 verò eadem soror † renuntians etiam cũ iuramento non ideò excluditur, a successione delata ex causa omnino incogitata: Idem Viuius, Decis. 316. nu. 18. lib. 2. nisi dicatur expresse ex noua causa etiam incogitata, Surd. cons. 15. num. 28. & cons. 113. nu. 32. cum seq. vol. 1. Paris. cõs. 20. vol. 1. & Natta cons. 113. 410. & 546.

REMED. LXVIII.

Ex c. quoniam frequenter, el 1. vt lit. non contest. & l. in lege Acquilia si deletum. ff. ad l. Aquil. circa testes ad perpetuam rei memoriam inductos.

SVMMARIVM.

1 *Testes in subsidium ad perpetuam rei memoriam recipi possunt, modo de morbi periculo, vel ætatis constet.*

2 *Const. Nouar. Mediolani tit. de probation. S. sed quoniam, locus refertur, & expenditur.*

3 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati ante litem contestatam; si tempore litis contestatæ viuant, iterum sunt examinandi.*

4 *Testes ad hoc vt ad perpetuam rei memoriã examinari possint, septem copulatiue requiruntur.*

5 *Debitor in diem non potest ante diem conueniri vt soluat, sed bene vt caueat de soluendo die conuenta, modo tamen iusta subsit causa.*

6 *Proximior vocatus, post mortem alicuius, non potest durante vita admissi agere, vt declaretur successor in fideicommisso poterit tamen petere se ex vocatis declarari.*

7 *Testes an sint recipiendi ante captum iudicium, nec ne, iudicis arbitrio relinquitur, nisi fortè actor ita agere differat, vt testes edocti morerentur, tunc enim indistinctè recipiuntur.*

8 *Testes indistinctè examinantur ante litem contestatam in iudicijs, in quibus quis, & actoris, & rei officio fungi potest.*

9 *Instrumentum originale producitur in defectum probationum, ad probandum spolium; licet ad id non recurratur, nisi in casu, in quo, exemplum ab exemplari discrepet.*

Testes ad perpetuam rei memoriam examinari, posse,
1 reuera in † subsidiũ introductum dignoscitur ex c. quoniam frequenter, el j. vt lit. non contest. c. Alber. & c. significauit, de testib. l. in leg. Aquilia. si deletum, vbi Bart. ff. ad l. Aquil. l. publicati, vbi communiter scribentes. C. de testam. Pract. noster Pap. in form. capitul. quando test. produc. ad ætern. rei memor. Alb. cons. 412. vol. 3. Gayll. obseruat. 92. & 93. lib. 1. cũ adductis per D. Menoch. de arb. iud. casu 62. in nouis scholijs, postquam de priculo infirmitatis, vel ætatis aut de longo itinere subeundo per testes debet ante omnia constare, quibus valde timetur, ne veritas periclitetur, vnde etiã lite non contestata, vel quasi (iudici enim concluditur, non parti) recipiuntur testes seruata forma d. cap. quoniam freqüẽter. Bald. cons. 384. vol. 3. & in dominio Me-
2 diolani ad præscriptũ Nouar. † Constitut. tit. de probation. S. sed quoniam materia
3 sed si viuunt † tempore litis contestatæ, sunt iterũ examinandi, Rip. de substitut. Resp. 5. nu. 7. par. 2. Cui tamen remedio,
4 vt locus sit, septem requiruntur copulatiue.

Primò enim exigitur, quòd ciuiliter agatur.

Secũdo quod causa vrgeat rationabilis, scilicet verisimilis timor testiũ mortis ob infirmitatem vel ætatem sexagenariam illorum, vel longa ipsorum absentia, & de hac qualitate constet per summariã quãdam

dam cognitionem, Menoch. præſumpt. 54.lib.2.nu.4.

Tertio debet adhiberi citatio aduerſarij, ſi citari poteſt.

Quarto ſi non poteſt citari de iure communi debet conueniri intra annum à tempore,quo poterat conueniri, vel ſaltem denuntiatur eidem receptio teſtium facta, alioqui nulla eſt receptio dũmodo ſit in facultate actoris agere, alioqui non currit tempus anni, ita docuit Affliſt. ad Regni conſtitutio.lib.2.tit.34.num.2.D. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt. 54.De iure autem conſtitutionum d.loc. abſens citandus eſt ad domum eius habitationis,cũ vno ex proximioribus agnatis & in ſubſidium vnius ex cognatis per iudicem eligendi.

Quintò requiritur, quod non agatur de præſenti, quia actor in exercitio, vel qui actoris vices ſuſtinet, non poteſt petere examinationem teſtium ad futuram rei memoriam Corn. conſ. 119. & 172. vol.2.Pariſ.conſ.24.nu.2.& 3.vol.3.Secus ſi negotium poſſet deduci per viam actionis & exceptionis Alex. conſil. 203. nu.7.vol.2.

Sextò, quod innitens hoc remedio, nõ poſſit aliter probare ſuam intentionem, dict.cap. quoniam frequenter. Vbi Abb. & alij.

5 Septimò, & vltimo, quod creditum ſit purum, quoniam debitor in diem nõ poteſt ante diem conueniri, vt ſoluat, ſed benè, vt caueat, ſi rationabilis ſit cauſa, quod adueniente die ſoluet.l.in omnibus. ff. de iudici. l. inter omnes. ff. qui ſatiſd. cogant.latè Oſaſc.Deciſ.130. Aſini.præclarè tracta.de executio.§.7.c.126. Surd. de aliment.tit.8.priuileg.77.Vel requiritur quod poſſideat: alias non poſſidens debet ordinariè procedere, cum habeat poteſtatem petẽdi. Ang.in l. ſi quis libertatem.§.nam cum quidam.num. 1. ff. de pet. hæred.

Multo minus ſi res ſit cum debitore conditionali, vt in feudo vel fideicõmiſſo agnatitio,& familiari,ad quod ſint vocati

6 poſt mortẽ † vnius ſine filijs proximiores, non poteſt vnus ex proximioribus in vita primi iã admiſſi præuenire, vt declaretur ſucceſſor poſt obitum poſſeſſoris,tametſi valeat cauſam iam ab alio inchoatam pro ſequi licentius, & procurare declaratoriam,ſe eſſe ex vocatis, ſeu ex cõ præhenſis.Marzar.in epithom.fideicommiſſ.par. 3.q.6.Molin.de Hiſpano.primogen.li.3. c.14.& in terminis Gama.Deciſ.202.nu. 3.per regulam l.non quemadmodum. ff. de iudici.

7 Sed, & illud meminerimus id totum relinqui iudicis arbitrio qui ex negocij,& perſonarũ qualitate æſtimabit, num tali caſu recipiendi ſint teſtes ante acceptũ iudicium, an prius. Mynſinger.cent.4 obſeruat.72.num.5. vbi quoque ſubiungit, hoc remedium reo prodeſſe ad fundandã ſuam defenſionem, vel exceptionẽ ſi fortè actor nimis differat agere, vt interim teſtes de veritate edocti moriantur, vnde indifferenter admittitur, vt in publicam inſtrumenti formam redigantur teſtium depoſitiones, vltra remedium alias conceſſum l.diffamari.C.de ingen.& manumiſſ.& l.ſi cõtẽdat.ff.de fideiuſſ. de quib. ſup.

8 Excipiuntur ab his duplicia iudicia, in quibus quis poteſt fungi officio tam actoris quàm rei, in his enim ante litem conteſtatam poſſunt indiſtinctè examinari teſtes.Abb.ad d.c. ſignificauit.

At etiam illud non præteriero ſilentio quod Rot. Roma. Deciſ.720. par. 3. in nouiſſim. teſtatum reliquit, originale inſtrumentum eſſe producendum in defectum probationum ad probandum primum extremum in cauſa ſpolij, & tamẽ ſcriptura præfato non ſubiacet diſcrimini, imò ſemper loquitur, neque ad originale recurritur, ſeu ad matricem ſcripturam niſi in caſu diſſonantiæ aut diſcordiæ inter exemplum, & exemplar, vel niſi inſtrumentum editum in formam authenticam de falſo redarguatur, vt diuerſum ab ipſo originali,Deci.cõſ.447.Bero.cõſ. 1.nu.6.cum ſeqq.vol.2.Marcabrun.cõſ. 89.Rol.a Vall.conſ.44.vol.1.& Purpur. conſ.581.vol.2. & copioſe Maſcard. de probation. concl. 1243. dummodo protocollum habeat ſua ſolenniã ac requiſita, de quibus Deci.d. conſ.437.& paſſim apud alios.

REME-

REMEDIVM LXIX.

Ex l. 1. C. vnde vir. & vxor. & ex titulo in ff. & C. de succeſs. ed. circa succeſſorium edi tum.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſorium edictum quomodo dignoſcatur eſſe ſubſidiarium.*
2 *Separatio thori fit aliquando bona cum gratia inter coniuges, interdum mala cum gratia, id quod expendit author.*
3 *Vxor, quæ iam ſucceſſiſſet in quartam, vti habens qualitates requiſitas, adhuc excluderet fiſcum per ſucceſſorium edictum.*
4 *Accreſcendi ius tranſmittitur ad heredes.*
5 *Eccleſia quando præferatur cuicumque in ſucceſſione clerici inteſtati, ſeu in hæreditate ſacerdotis ſæcularis.*
6 *Sponſa quando comprehendatur ſub nomine vxoris præſertim in argumento ſucceſſorij edicti, & nu. 10.*
7 *Vxor putatiua non conſideratur in ſucceſſorio edicto.*
8 *Concubina non ſuccedit Amaſio etiam in ſubſidium.*
9 *Meretrix quæ dicatur, & quæ concubina.*
11 *Probationis appellatio quando non contineat præſumptiuam, ſeu coniecturalem.*
12 *Concubinam in his, quæ ſunt affectionis, non diſtare à vera vxore refert author, & num. 14.*
13 *Vaſſallus mulctatur feudo, ſi concierit cum concubina domini, vel cum vxore.*
15 *Concubinarius non poteſt conqueri pro concubinæ adductione.*
16 *Mors ciuilis quando adæquetur naturali.*
17 *Maritus quãdo excludat fiſcum ob delictum vxoris.*
18 *C. plerumque de bon. int. vi. & vx. corrigit multa iura ad fauorem mariti.*

1 Placeat cãdido lectori referre ad claſſem † noſtrorum ſubſidiariorum remediorũ ſucceſſorium edictum, teſte Mant. ſingul. apophteg. 166. num. 3. & per tot. tit. ff. & cod. de ſucceſs. edict. propterea, quòd ob arctiſsimum vinculum coniunctionis, quę placido perſæpe nexu alligat coniuges, vxor deficientibus omnibus liberis, parentibus, agnatis, & cognatis ſuccedit marito inteſtato in bonis proprijs, e contra vxori maritus excluſo fiſco, ex tit.
2 C. vnde vir. & vxor. Imò † idem deciditur, ſi facta eſſet ſeparatio thori inter virum, & vxorem mala gratia, ſcilicet ob iurgia, & diſcordiam inter coniuges, vel facta eſſet iudicio eccleſiæ (vt oportet) quoad cohabitationem ad certum, vel incertum tempus, iuxta ſanctionem Sacri Conc. Tri. ſeſsione 24. canone 8. vel de communi in hoc capite concordia, ad tradita ſuperius per nos remed. 8. non ita ſi cum bona gratia facta foret ſeparatio thori in caſu licito, veluti, quando vterq; vouiſſet continentiam ſtatu non mutato, Abb. in c. 1. col. 1. de cleric. coniugat. & præclariſsimè apud Dec. omnino videndum in l. 1. nu. 10. C. vnde vir. & vx. Am-
3 pliatur idem etiam in vxore † quæ iã ſucceſſiſſet in quartam ex cõſtitutione, auth. præterea C. vnde vir. & vx. cuius non parcè meminimus nos ſupra, Rem. 2. vt mox recuſantibus, vel aliter excluſis tranſuerſalibus ſuccedat in reſiduo hæreditatis ad-
4 huc † fiſco excluſo, quinimò tranſmittat ad hæredes ſuos per ius accreſcendi, ad mẽtem Doctorum, quos citat Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 3. nu. 4. Vnde & ipſa eccleſia inter quã, & clericum ex quadam pia fictione dicitur contrahi matrimoniũ,
5 ſuccedit in bonis clerici † inteſtati defuncti, nullis relictis conſanguineis, excluſo aliquando fiſco tẽporali iuxtà diſtinctionem Peregr. annotato loco nu. 10. Am-
6 pliatur rurſus in ſponſa, † per verba de præſenti nondum cognita, nec traducta ad domum mariti. Dec. d. loco num. 6. & de magis cõmuni fidem facit, Rol. à Vall. tract. de dote. q. 106. nu. 6. Hodie tamen ex ſanctione Sacri Concilij Tridẽtini ſeſſione 24. c. 1. quo diſertè cautum eſt non dari matrimonium, niſi formiter obſeruentur, quæ ibidem exprimuntur, crederem aliud eſſe dicendum in ſponſa, etiam per verba de præſenti, quia in ſucceſſione iſta requiritur iuſtum matrimonium l. 1. ff. eo. quæ qualitas non conuenit ſponſæ,
7 quare nec vxor putatiua, † nec vxor illicita

cita succedit, multoque minus concubina
8 † admittitur ad succedēdū in bonis Amasij, etiam in subsidium; In puncto glos.& Ang.& in Auth. de triente, & semisse. §. nec illo nu.9. Dec.in d.l.1. nu.8. Lancel. Gallia ad consuetud. Alex. ver. maritus. q. 1. quamuis soli amanti copiam faciat
9 ex vehementi æstu † amoris, alioqui prostituens se, etiam vni tantum, ob quæstū, vel recepta mercede dicitur meretrix, nedum quæ patet libidini multorum. l. mariti. §. qui quæstum. ff. de adult. c. vidua. 34. distinct. Ludouic. à Peguer. Decis. Cataloin. 12. nu.7. Caroc. Decis. 124. & Petr. Caball. resol. criminal. 223. ratio est efficax, quia quando dispositio non simpli-
10 citer loquitur de viro, & vxore, sed cum tali adiectione, vt præter sponsalia aliud concurrere oporteat, veluti, quia loqueretur de vxore ducta, vel copulata, vel quid æquipollens exprimeretur, tūc spōsalia non sufficerent, vt in simili probatio-
11 nis † appellatione quāuis veniat præsumptiua, & quæ fit per coniecturas, numquam tamen venit, quando lex loquitur per verba qualificatiua, scilicet veris, legitimis, apertissimis, plenis. & huiusmodi, Serafin. de iuram. priuil. 33. nu. 173. nec de iure hodierno transeunt in matrimonium per copulam sponsalia, non seruata ad vngulam forma conciliari, Doctrina est Bald. in l. non sine. nu. 1. C. de bon. quę lib. Alex. cons. 129. num. 2. lib. 7. Rol. de lucro dotis. q. 108. & 109. Gallia prædicto loco. ver. maritus. q. 1. nu. 44. Decian. cōs. 66. lib. 5. Couarruuias, de sponsal. par. 1. c. 4. & alibi in hoc nostro tractat. probasse meminimus. Et quamuis aliqui inter effœminatos (absit vitium asseuerare,
12 ausi fuerint veram concubinam † parum distare, à legitima vxore immo eidē ęquiparari l. item legato §. parui autem refert. ff. de leg. 3. Bald. & Dec. in l. cum quædā, n. 16. ff. de iurisd. omn. iud. Scrad. de feud. par. 9. c. 2. nu. 14. & 15. vbi Vasallus pri-
13 uatur feudo, si habuerit rem † cum concubina domini, non aliter, ac si cum vxore domini cucurbitauerit attamen obtinent prædicta in his, quæ concernunt do-
14 mini † affectionem interdum intemperatiorem in concubina, ardentioremque quam in vxore, nō in alijs casibus Rosental. de feud. c. 10. concl. 27. num. 18. cum
15 seqq. vbi pro concubina † abducta non potest conqueri concubinarius, nec agere ad pœnam aliud tamen in vxore. Cæterum mortuo ciuiliter marito potior est conditio fisci, quam vxoris, quoniam mors ciuilis nō habet eosdem effectus ad istū casum pertinentes, quos habet mors
16 † naturalis, & tunc hæc non æquiparatur illi, Rip. in l. ex facto. ff. ad Trebell. Frid. sol. tract. de lucro dotis q. 17. Soc. sen. cōs. 92. vol. 1. Honded. cons. 35. vol. 1. & cōs. 62. vol. 2. Io. del Castillo tract. de vsuf. c.
17 66. nu. 18. veluti è contra mortua † vxore ciuiliter sine liberis fiscus excludit maritum, quando ob delictum bona confiscarentur, excepto lucro dotis, quod est præcipuum mariti, non aliter, ac si naturaliter decessisset coniux. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 83. & nos supra remed. 44. in fi. præcipuè ob detestandum crimē
18 adulterij, ex c. † plerūque de donat. int. vir. & vxo. qui text. corrigit omnia contraria iura, & eius decisio passim seruatur etiam in foro cæteris, & in prato (quod aiunt) Iustiniani, Farinac. cons. 72. num. 8. At respectu legitimæ filiorum, dic vt per Thesaur. Decis. 198.

REMED. LXX.

Ex c. veniens, el ij. de testib. & l. inuiti cum glos. ff. eod. circa inhabilium personarum admissionem in subsidium ad testificandum.

SVMMARIVM.

1 *Testes inhabiles admittuntur in subsidium quando veritas aliter haberi nō potest. Declarando tripliciter, vt nu. 21. 29. & 32.*

2 *Infames vilissimi, & minores ad dignitates promouentur in subsidium, & numero 9.*

3 *Proxeneta testimonium perhibet in subsidium.*

4 *Testes de capitulo, & de vniuersitate admittuntur ad testificandum, sed in subsidium.*

5 *Aduocatus, & procurator quando possint testimonium*

stimonium pro clientulo suo dicere.

6 *Familiares, & domestici dicunt testimoniũ in subsidium, sic etiam agnata. nu. 8.*

7 *Minor viginti annis ex officio quoque recipitur in testem alijs omnibus deficientibus.*

10 *Laici contra clericos, mulieresq; in subsidium quando perhibeant testimonium.*

11 *Monitoriales littera quando arctent filium, & vxorem.*

12 *Denuntiator quando possit perfungi munere testis.*

13 *Denuntiatio non probatur per vnicum testem.*

14 *Denuntiare quando teneatur conductor casum locatori, vt ad damnorum emendam illum compellat.*

15 *Vxori contra maritum interdum testificari permittitur in subsidium.*

16 *Mulier in subsidium admittitur ad accusandum, & testificandum in criminalibus quoque quid in testamento tempore pestis, num. 18.*

17 *Testi vnito in sua arte creditur in subsidium.*

19 *Mulier quando possit esse procuratrix in iudicio.*

20 *Animarum de salute vbi agitur, ibi non attenduntur apices iuris.*

22 *Prohibitio hominis, & legis si concurrant, ne quidem in permissis fieri potest alienatio.*

23 *Impedimento vno sublato adhuc superest aliud.*

24 *Insinuationis defectum quando suppleat iuramentum.*

25 *Absoluto à iuramento subreptitia quando censeatur.*

26 *Absolutio à iuramento non requiritur, quando læsio est detecta, secus in detegenda.*

27 *Socius criminis quando repellatur à testimonio etiam in subsidium.*

28 *Delicta excepta in argumento socij criminis quænam dicantur.*

30 *Veritatem aliter non posse haberi numquid præsumatur, vel sit seorsum probandum hoc capitum.*

31 *Collator beneficij an possit pro eo, cui collatio beneficij facta est, testimonium exhibere.*

33 *Infames dicuntur etiam pœnitentia peracta.*

Voties de veritate facti edoctæ dumtaxat sunt inhabiles personæ, vel minus idonei homines, nobis ad perhibendum testimoniũ his vtẽdi sit potestas, quã-
1 do veritas † aliter haberi non potest. c. ve-
niens. el ij. de testib. glo. ad c. vltimum de
testib. cogend. & ad c. tertio loco, de pro-
batio. glos. ad l. inuiti. ver. non licet, ff. de
testib. ad l. consensu C. de repud. cum ad-
ductis per Gabriel. suis communibus. tit.
de testib. concl. 7. Feder. de Sen. cõs. 119.
Mathesillan. sing. 168. & 189. Boer. De-
2 cis. 59. sicuti infames, † vt fustibus cæsi ob
vexatam annonam deficiente copia ho-
nestorum virorum in subsidium eligun-
tur in decuriones, seu consiliarios villarũ.
l. eos qui vtensilia. ff. de decurionib. inser-
uit quoq; glos. in l 2. C. de his, qui ven.
ætat. impet. vbi in subsidium ad senatoriæ
dignitatis apicem promouetur minor, sic
3 in proxenetta, † vt in subsidium admitta-
tur cõcludit ex Butr. Corn. Marsil. ac alijs
d. Gabriell. suis communibus. tit. de te-
stib. concl. 20. nu. 7. imò cogitur inuitus
testificari. Prosper Farinac. tract. crimin.
part. 2. q. 60. nu. 417.
4 In testibus de capitulo † Bart. ad l. non
tantum. ff. de rer. diuis. Specul. tit. de teste.
§. 2. num. 22. Abb. & Fel. ad cap. insuper
de testib. Dec. cons. 342. nu. 4. seu de vni-
uersitate tam ecclesiastica, quam propha-
na. Alex. cons. 152. lib. 5. & Dec. ad cap.
3. loco. num. 48. Farinac. d. loco. num.
5 474. cum seqq. Aduocatus † pariter, &
procurator pro suo clientulo admittun-
tur in subsidium ad informationem iudi-
cis, & faciunt tantum præsumptionem.
Mascard. de probat. concl. 66. Crau. cons.
56. num. 13. Vinc. de Franch. Decis. 222.
par. 1. alias non admittitur etiam finita
lit. Surd. Decis. 219. In testibus familiari-
6 bus, vel † domesticis. Gabriel. d. tit. de te-
stibus. cõcl. 10. n. 47. Mascard. de probat.
concl. 273. nu. 15. qui loquitur de proba-
tione casus fortuiti, etiã per domesticos te-
stes, atq; familiares facienda in subsidium,
prosequiturq; materiam admittendi exa-
minis testium in loco non apto, vbicum-
cumque imminet necessitas ob periculũ
mortis, vel absentiæ in loco loginquo.

In

7 In minore † xx. annis. Alex. conf. 119. nu. 8. vol. 7. vbi ex officio recipitur in defectum minor.

9 Agnatus † quoque contra agnatum admittitur in subsidiũ. Mascard. de prob. concl. 74.

9 Vilissimos † quoque in subsidiũ admitti scribit Bart. in auct. testes. num. 2. C. de testib. parentes, & coniunctos quoq; admitti in subsidiũ probat Plot. ad l. si quando. nu. 149. C. vnde vi.

10 Laicos † similiter contra clericos, & fœminas in subsidium maritum admitti notat. Rip. de Priuileg. vlt. vol. caus. pest. num. 19.

11 Ad hæc si literæ † monitoriales publicentur, filius quoque reuelare tenetur cõtra patrem pro cõscientiæ exoneratione, quando veritas aliter haberi non potest, nec datur notabilis exceptio cõtra filium respectu patris, quàmuis aliàs nec volentes istæ coniunctissimæ personæ inuicem admittantur. l. parentes. C. de testib. Hostien. ad c. 1. de testib. Roman. sing. 398. cum adductis per Caroc. Decis. seu casu 90. num. 11.

12 Denuntiator † quoq; potest esse testis in subsidium, si desunt alij, quando iudex procedit per inquisitionẽ propter denuntiationem. Mascard. de probat. conclusio-

13 ne 506. nu. 9. aliàs denuntiatio † non probatur per vnicum testem. Cra. conf. 6. nu. 76. Veluti in conductore prętendente remissionem ob casum, quem asserit oppor-

14 tunè denuntiatum locatori, † sicut teneri denuntiare, & probare denuntiationẽ habetur in l. item quæritur. §. exercitu, ff. locat. Ruyn. conf. 147. n. 17. volu. 1. Rim. iun. conf. 392. n. 44. vol. 4. Thesaur. Deci. 208. Quicquid in oppositũ tenuerit Gallia conf. 22. n. 15. cum seqq. qui fundat se super Soc. iun. conf. 120. nu. 9. & multis seqq. vol. 3. quem confutat Sim. de Pratis conf. 23. nu. 27.

15 Pariter vxor, † quæ alioqui contra maritum non testificatur etiam eo volente, potest imò cogitur testificari contra virũ in subsidium, quando tacendo occultat veritatẽ, quæ aliundè non potest haberi, quam si reticeat vxor peccat. Alex. conf. 102. nu. 7. vol. 7. Gabr. suis communibus tit. de testib. concl. 16. Rip. Respons. 17. nu. 1. & 4. de proba. par. 2. Alberic. tract. de testib. c. 6. nume. 31. si tamen versetur controuersia in ciuilibus, & maritus iam prædecessit: alioqui eo viuente nõ potest vxor deponere contra virum etiam in ciuilibus, nedum in criminalibus, vt tollantur scandala, & iurgia inter eos, qui sunt, & esset debent socij diuinæ, & humanæ domus. l. 1. ff. de rit. nupt. Caroc. casu, seu Decis. 20. nu. 3. & 11. vbi refert Neuiz. in Sylua nuptial. & summ. Angel. Eoq; minus tenetur vxor manifestare bona abscõdita ad dotis debitum, vel aliud compensandum, si modo interponatur cautio, ne iterũ peti possit id, ad quod sunt abscondita res in monasterio, vel secretiore alio loco. Doctus Nauarus in Manuali suo cap. 17. num. 134.

16 Additur etiã, quod mulier † admittitur in subsidium ad accusandum l. de crimine, & l. Senatusconsulto. C. qui accus. non poss. Vinc. de Franch. Decis. 382. par. 2. mulieresq; & minores xx. ann. in criminalibus admittuntur in subsidium. Ruin. conf. 120. nu. 9. vol. 5. Montan. de iur. tut. & curat. c. 30. nu. 151. Farinac. d. loco nu.

17 188. & 191. Immo vni testi † in sua arte creditur, quãdo nõ possunt plures haberi Gislausen. Arbor. Iud. c. 6. par. 8. nu. 9. & in subsidium recurritur ad id, quod est verisimile per indicia, & coniecturas, iuxtà arbitrium iudicis. Petr. Pecchius in c. inspicimus. de reg. iur. in 6. Doctissimus Gallinius noster tract. de ver. sign. lib. 10. c. 27. n. 12. & Rub. conf. 165. in fi. promo

18 uet dubium, an mulier † possit esse testis in testamento tempore pestis.

Extenderem ego argumẽtum præsens

19 de testibus ad officium † procuratoris, quoniam mulier aliàs prohibita in iudicialibus fungi munere procuratoris, vel arbitri, nihilominus in subsidium pro parentibus decrepitis, vel infirmis admitti debet. l. fœminis. ff. de procurator. sicuti

20 mulier admittetur in causis, in quibus † agitur de salute animarum, vtputa in repetitione vsurarum, vel in causa decimarum. Roman. sing. 591. vbi reddit rationẽ quod vbicunq; agitur de salute animarũ, ibi nũquam disceptari debet de apicibus iuris. Bald. in l. 1. C. de confess. & in l. 2. C. de fideicommiss. Viui. Decis. 160. nu. 10.

lib. 1. Sic Abbatiſſa pro monaſterio poteſt
eſſe procuratrix, atq; in extraiudicialib.
paſſim admittitur mulier. notabiliter Mat
theſy. ſing. 98.

At tripliciter declarantur prædicta, ne
fortè impingat lector.

Primo ne procedant, quando teſtes pa-
21 terentur plures defectus, † quia tunc, nec
in ſubſidium admittuntur. Eugen. conſ.
63. nu. 74. Grammatic. conſ. 45. nu. 42. &
43. Maſcard. de probat. concl. 1359. in fi.
& in ſocio criminis reſpondit Rimin.
iun. conſ. 571. nu. 30. vol. 5. Farinac. latè
conſ. 20. & tract. crimin. par. 2. q. 43. Hō-
ded. conſ. 100. n. 16. cum ſeqq. volu. 1. &
conſ. 92. nu. 37. cum ſeqq. vol. 2. Fuſiſſimè
Maſcard. de probat. concl. 1311. nu. 33.
Vulpell. conſ. 99. nu. 10. & deinceps, vt in
crimine teſtis corrupti, in mandatario, &
huiuſmodi Boer. Deciſ. 319. num. 5. &
Menoch. de arb. iud. caſu 474. nu. 18. cum
ſeqq. quoniā longè difficilius diſpenſatur,
cum duplici defectu, quàm cum vno. cap.
vni. de treug. & pac. l. 1. C. de rapt. virg.
22 vnde concurrētibus prohibitionis † legis,
& hominis, ne quidem in caſu aliàs per-
miſſo poteſt fieri alienatio. §. ſanctiſſimas.
Auth. de alien. & emphyt. Aret. conſ. 22.
col. 1. Alex. conſ. 33. ad fin. vol. 7. Magon.
Rot. Luc. Deciſ. 33. nu. 18. & Morot. cōſ.
8. nu. 23. & ſublata vna obligatione, vna
23 ſeruitute, vno impedimento, † & vno
vitio, adhuc ſupereſt aliud l. Celſus. ff. de
arbitr. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præd. §.
affinitatis. Inſtit. de nupt. cum adductis
per Seraph. de iuram. priuileg. 83. nu. 45.
cum ſeqq. & nouè Farinac. conſ. 42. nu.
27. vbi quando ſtatutum in donationibus
24 requirit iuramentum, & inſinuationē, †
tunc iuramentum non ſupplet defectum
inſinuationis. Idipſum probatur exemplo
25 abſolutionis † à iuramento, quæ ſubor-
dinatè fieri debet, vt tot ſint remedia, quot
vulnera, ſi ad ſint plura vincula iuramen-
torum, alioqui non exonerat impetrantē
a periurij reatu, tamquam ſubreptitia, &
obreptitia, ita, quod non ſufficit relatio
ad inſtrumentum, niſi in forma probanti
eſſet, & conſtet, exhibitum realiter, & per
ocularem inſpectionem iudici eccleſiaſti
co concedenti abſolutionem Soci. ſenior
conſ. 59. nu. 8. vol. 3. Afflict. Deciſ. 220.
nu. decimo, cum ſeqq. Grammat. Deciſ.
66. nu. 12. & deinceps Mancin. tracta. de
iuram. par. 6. quæſt. 3. Vincent. de Franc.
Deciſ. 71. par. 1. Crauet. conſ. 68. num. 5.
& conſ. 79. num. 2. Botta pleno conſ. 51.
Carol. Iallong. Racemat. 105. etiam ſub
26 leſionis † enormiſſimę prætextu, niſi foret
iam detecta, quo caſu, neque neceſſariam
eſſe abſolutionē à iuramento probat Ga-
briel. conſ. 9. vol. 2. & Rot. Rom. Deciſ.
102. num. 9. par. 1. in nouiſſimis. Verum-
tamen, quia ius naturę infringit, qui ſociū
27 † criminis prodit, niſi cum iuridicè ſocij
interrogantur à iudice, nimirum, quando
infamia, vel indicia contra aliquem præ-
cedunt, vel ſumus in criminibus exceptis,
ideſt, quæ regulariter ſinè ſocijs committi
non ſolent, ſcribit idcircò. Ludouic. à
Peguerr. in Deciſi. Reg. Catalon. cap. 5.
ſocios, non eſſe de ſocijs interrogandos
præter d. caſus, etiā quando vix, vel aliter
delictum probari non poſſet, ibiq; inter
28 delicta † excepta refertur, latrocinium,
conſpiratio, lęſa maieſtas falſa moneta, &
huiuſmodi. Fallit quando alij teſtes inter-
uenerunt. Vulpell. conſ. 95. nu. 7.
29 Secundo declaratur, vt aſſerens † alios
non repetiri teſtes idoneus, neque aliter
poſſe veritatem cognoſci, teneatur de hoc
formare vnum capitulum, & probare
aliunde quidem quam per aſſertionem
teſtium inhabilium examinatorum quod
ex natura delicti, vel facti contentioſi, vel
negotij veriſimiliter habita, alij non po-
tuerint interuenire. glo. ad. d. cap. vlt. de
teſtib. cogen. Alex. conſ. 64. lib. 1. & conſ.
152. nu. 11. vol. 5. Gabriel. dicta concluſ.
7. in fi. Plot. in l. ſi quando n. 149. C. vnde
vi. Maſcard. de probat. concl. 1403. vide
omnino. Decian. conſ. 82. nu. 23. & 24.
volu. 5. poſtquam non præſumitur veri-
tatem aliter haberi non potuiſſe. Farinac.
tract. crim. par. 2. quæſt. 62. nu. 57. 61. &
69. vbi etiam ſubijcit, quod hæc concluſio
articulandi. d. qualitatem non ſeruatur in
praxi: quando notorium eſt pro arbitrio
iudicis ſic ſe informantis ex officio, quod
30 talis probatio non eſt neceſſaria. Nam †
licet ex accidenti aliquo non habeantur
teſtes, quia non affuerunt, attamen ſi po-
tentia plures adhiberi potuiſſent in tali
ſpecie dixerimus deficere probationem,
non

non ius.vulg.l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut.c.in præsentia de probat. consequenter estemus extra casum admittendi testimonium inhabilis sub dicto prætextu, quod aliundè veritas haberi non possit Butr.d.c.3.loco,& insigniter Mynsinger. obseruat.16.Centur.3. Maluas. cons.20. nu.27. non attenta difficultate probationis casuali. Laderch. cons. 181.num.9. Surd.cons.129.ad fin. Decian.cons.25.n. 2. vol.2.Gig.cons.29.nu. 33. & seq. Id-
31 circò beneficij † collator nõ est idoneus testis pro eo, cui collatio facta est, etiam si aliunde nequeat probari collatio, cũ potuerit fieri instrumentum de collatione. Mascard.de probat.concl.315.

Tertio declara, quoties dicitur testes inhabiles puta infames,& criminosos, saltem in subsidium admitti, ne aliàs veritas
32 † opprimatur, illis nequaquam simpliciter credi, neque eorum dictum recipi in criminalibus absque eorum tortura. arg. §.si verò ignoti, & expresse gl. supplicijs, ad §.& licet.in auth.de testib.Decia.tom. 3.cons.88. nu.24. Paris.cons.55. nu. 45. vol.3.Rimin.iun. cons.273.nu.89. Maluas.d.cons.20.num.29. Alb.cons.666.n. 10. Rimin. iun.d.cons.571.nu.35. Plot. ad d.l. si quando. nu.143. sed in ciuilibus faciunt adhuc aliqualem probationem. Farinac.d.loco.num.68. Dicunturq; in-
33 fames† etiam peracta pœnitentia,quæ solum quoad Deum attenditur.per glos.ad l.imperialis.§. pari sanctione C. de nupt. sic in cedente bonis ex statut. Pap. 64. vt sit infamis.satis hactenus.præsertim,vt relinquatur locus illationibus nõ infructuosis,quas mox adfero.

REMED. LXX. PRIMA ILLATIO.

Ex l.testium facilitatem. C. de testibus. circà quinarium numerum testiũ loco instrumentariç probationis alioqui deficientis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor cum de scriptura sibi prouidere non potuit, & de hoc constat, vel vbi nõ consueuit confici scriptura, probatio per testes loco instrumenti succedit, ad solutionem probandam etiam ex statuto Ticinensi 151.in ciuilibus.*

2 *Productio quinque testium idoneorum indistinctè conceditur loco scripturæ, & cur, sed lim.nu.5.*

3 *Infra quinarium numerum testes ad probandam solutionem producens de iur. can. sed auditur; secus de ciuili.*

4 *Testium probationi si renuntiatum fuerit in instrumento, an habeat locum l. testium C.de testibus. in subsidium.*

Textus in l. testium facilitatẽ .C.de testib.nequaquam admittit probationẽ solutionis debiti, de quo cõstet per instrumẽtum, nisi per aliud instrumentum. fortè ob regulam l.nihil tam naturale.ff.de reg. iuris
1 Illi autem texui † conuenit maximè statutũ Papi.151.inter ciuil. sub rubr. quod solutio, vel extenuatio &c.At in subsidiũ, cùm debitor de scriptura sibi prouidere non potuit,& de hoc constat, vel vbi non consueuit confici scriptura, succedit probatio per testes.Asini. prax. iudicia.§. 19. c.5. limitat.26. Amplius non excluditur præsumptio iuris. Parlador.rerum quotidia lib.2.cap.vlt.par.5.§.11.num.32.& 33. apud nos extat notabile exemplum tractat.de fiction.c.8.cas.14.num.7.& 8. Additur Lud. Rodolfi. quæst.27. nu.15. Et stante dicto statuto dubitari contingit
2 ad rem nostram, an productio † quinque testium idoneorum alioqui sufficiens pro scriptura,& instrumenti vicem obtinens, d. l.testium,concedatur dumtaxat in subsidium,vel indistinctè. Et verius est,quod sit in electione illius, qui probare vult,an probet per quinque testes, vel potius per scripturam. Et sic ille tex.l. testiũ. probationem quinque testium admittit æquè principaliter: non autem in subsidium, vt tradit Asini. in specie, sua praxi iudiciali d.§.19. c.5. limit.2. num.4. & ante eum Bart.ad d. l. testium.nu.1. Odd.cons.23. nu.19. Afflict.Decis.13.num.25. Vlta quod nimis arctaretur excipiens,quia cogeretur probare negatiuam indeterminatam,id est,non habere in promptu instru-

mentum. contra quã tradat Ripa ad cap. cum ecclesia Sutrina. de cauſ. poſſeſs. & proprietat.

3 Quod ſi pauciores † dicto numero teſtes quis habeat ad probandam ſolutionẽ, minimè audiendus eſt excipiens contra inſtrumentum, ſed ei obſtat regula l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel. ſcilicet, deficit probatio, non ius. Niſi cauſa eſſet decidenda ſecundum canonicam æquitatẽ, iuxta quam ſufficiunt duo teſtes, vbi aliàs quinque, vel ſeptem requiruntur. Aſini. d. c. 5. limita. 21. nu. 2. Eoq; ſubſidij par-
4 cius ſi renuntiatum fuerit † teſtium probationibus in inſtrumẽto, vt requirit memoratum ſtatutum. teſte Rip. reſponſ. 1. de iure gen. par. 1. ſolutionem alleganti tribuitur. Tametſi in praxi ſeruari non ſemel viderim, adhuc admitti probationem per quinque teſtes contra inſtrumẽtum non obſtantibus quibuſcunque renuntiationibus ſub clauſula circumciſa, quam cæteratam appellant, comprehenſis, etiam non obtenta abſolutione à iuramento, quam nihilominus præmitti expediret ad euitandum periurium, quoties ſub dictis clauſulis includitur renuntiatio probationis per teſtes; Dixerim tamen
5 ſubſidiariam † eſſe diſpoſitionem d. l. teſtium, quando probata eſſet iactura ſcripturæ deſuper cõfectæ, quia hoc caſu agitur de probanda affirmatiua, Bald. ad d. l. teſtium. latè Maſcard. tract. de probat. concl. 32.

REMEDIVM LXX.

SECVNDA ILLATIO.

Ex c. dilecto de teſtibus. quando iudex informatus de veritate remoueri poſſit ab officio, vt teſtimonium perhibeat, deficientibus alijs probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tam in ciuilibus, quàm in criminalibus edoctus de veritate quando in ſubſidium poſſit teſtificari; etiam præcedente remotione ab officio ex ſuperioris decreto.*

2 *Iudici quomodo conſulatur tum in foro conſcientiæ, tum nè in ſyndicatu patiatur quippiam detrimenti, ſi ſolus de veritate cauſæ eſt informatus cõtra actorum lectionem, & nu. 5.*

3 *Conſcientiam non lædit, qui ſolùm agit contra ſpeculatiuam ſcientiã: ſecus in agente contra practicam.*

4 *Inſontem, & iuſtum non occides, quomodo accipiatur in ſacris literis Exod. 23.*

5 *Perſonæ priuilegiatæ compelluntur in ſubſidium teſtificari.*

6 *Laicus aſpirans ad clericatum in cauſa ſanguinis non perhibet teſtimonium inſtar clerici, niſi in ſubſidium; quomodo hoc accipiendum.*

Bi veritas aliter haberi non poteſt; & ſolus iudex cauſæ, aliiuè magiſtratus de ea plenè ſunt edocti, tunc cõſtitutum eſt, quòd propter neceſsitatem officij teſtificãdi, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, vt iudex ab officio iudicandi remoueatur in ea cauſa, præcedente ſummaria cognitione apud ſuperiorem, & veriſimili coniectura, per quam dignoſcatur, quod iudex ſit teſtis neceſſarius, & qui ſciat veritatem eius rei, ſuper qua eſt interrogandus. c. dilecto. de teſtibus c. 1. de iudi. in 6. c. 1. de offi. ordin. c. paſtoralis. §. quia verò, & vtrobique Abb. ac Butr. de off. delegat. latè Iaſ. ad §. ſi minus. n. 15. Inſtit. de actionib. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 1. Vid. Vaſq. lib. 1. controu. Illuſtr. cap. 14. vbi defẽdit, quod Iudex obtineat quod debet intelligi, ſi talis iudicis remotio apertè petatur ante litis conteſtationẽ, quia poſtea illa non conceditur, maximè poſt dudicita teſtificata, poſt quæ cauſæ iudex in teſtem produci non poteſt. Aufreri. ad Cape. Tholoſa. qu. 142. Ità ſanè Stepha. Ranchin. in ſuis commun. concluſ. 35. part. 1. commun. opin. tom. 4. Cæterum ſi partis petitio non vrgeat, inter ſaniores Doctores tam iuris, quam Theologiæ magna controuertitur ambiguitate, vtrum liceat iudici, qui aliàs nihil ex ſuo arbitrio facit, ſed ſecundum allegata, & probata pronuntiat, tam in ciuilib. quam in criminalibus contra veritatem,

tem, quam certo nouit iudicare propter contraria testimonia, vel quomodo con-
1 sulatur iudici, † ne teneatur in foro conscientiæ, aut ne mulctetur in syndicatu. Etenim Sot. de iust. & iu. lib. 5. q. 4. art. 2. ex Diuo Thom. Alex. de Hales, Richard. Pet. de Tarat. Caietan. & alijs grauissimis, simulq; venerādis patrib. acutissime, atq;
2 cumulatissime edisserit isthunc † articulū concludens, iudicem teneri stare publicis testimonijs etiam contra veritatem, & teneri occidere innocentem, quando non potuit officiū suum deserere, neq; remittere innocentē superiori, propterea quod
3 non agit contra conscientiam, † qui duntaxat agit contra speculatiuam scientiam, sed qui agit cōtra practicam; nil obstante
4 exodi cap. 23. Insontem, † & iustum non occides, quia simpliciter iustum est priuatis personis: atqui publicis potestatibus ille non debet reputari insons, quem publica testimonia ad hoc idonea faciunt sontem. Vid. Mascard. de probat. concl. 948. nu. 11. & 17. Clar. §. fin. q. 8. num. 5. Ante tamen omnia iudex iste deberet, quando cerneret profuturum, in tempus exuere personam iudicis, & coram superiore agere personam testis etiam non accersitus, sic impellente ratione naturali fautrice innocentiæ, quin amplius si citra scandalum, optimaque dissimulatione id fieri posset, liceret eidem iudici, carceres apertos secretò dimmittere, vt innocens se in pedes cōferret, sic enim miseri innocentia protegitur atque tamen proditione occulti nocentis, ad tradita per Calder. & Panormit. ad d. c. pastoralis, & per Nicol. de Lyra annotato loco Exo. 23.

5 Ad hæc dicimus, quod omnes † personæ priuilegiatæ possunt compelli ad testificandum in subsidium, idest, alijs probationibus deficientibus, vt apud Capell. Tholosan. q. 413. nu. 3. proinde clericis, qui aliàs in causa sanguinis non admittūtur ad perhibēdum testimonium, permittitur in subsidium testificari, quod pro-
6 tenditur quoque † ad laicum, qui aspiret ad clericatum, & inde ad promotionem sacerdotij, dummodo appareant signa destinatæ voluntatis, vt in gestante habitum, Capell. Tholos. annot. loco. num. 4. addit. ac Guid. Pap. Decis. 65. atq; Foller. in praxi crim. canon. vers. testibusque diligenter examinatis. nu. 12.

REMED. LXX.

ILLATIO TERTIA.

Ex c. licet ex quadam. de testibus. circa præsumptiones, vt in antiquis sint subsidiariæ probationes, & in alijs, quæ sunt difficilis probationis.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones, & coniectura in antiquis sunt probationes extraordinariæ, atque subsidiariæ; sic in his quæ difficilis sunt probationis, præcipuè fama plenè probat, si sit legitimè probatā, nu. 8.*
2 *Arbitraria non sunt, quæ sunt in iure determinata.*
3 *Testis vnus sufficit in antiquis.*
4 *Simulatio quibus coniecturis probetur, an legis, vel hominis:*
5 *In testimonio de auditu alieno quæ requirantur, vt prosit in facto antiquo, & nu. 10.*
6 *Antiquum tempus hodie, quod dicatur.*
7 *Antiquitatis prærogatiua multa, sed remissiuè.*
8 *Præsumptio quod quis censeatur viuere vsque ad 100. annos, vulgò desumpta ex l. vlt. C. de sacros. eccl. hodie reijcitur.*
9 *Cap. ex quadam de testib. dispositio in duodecim requisitis consistit, & de eius candido intellectu nu. 11.*
12 *Negligentia partis imputatur retardatæ probatio, quo tempore non habet testes oculatos, seu de visu.*
13 *Nepos ex fratre malitiosè differens petere sibi reddi rationem administrationis per patruum, non auditur post obitum patrui contra eius hæredes minimè informatos.*
14 *Literæ incisæ in saxo, vel columna quam faciunt probationem.*
15 *Tesseræ ligneæ, vulgo, Taiole quando probent.*

1 Robationis subsidiariç locum sibi vindicant præsumptionis, † & coniecturę his præsertim, quæ testibus, vel instrumetis, vel aliàs directo probari nequeunt, veluti simulatio, dolus, falsitas, collusio, furtum, adulterium, filiatio, heresis, partus suppositus, simonia, factum nocturnum, vel clandestinũ, & huiusmodi, Menoch. præsumpt. 58. li. 1. Mascard. de probat. concl. 57. 438. 530. 531. 739. 787. & 1304. Borell. de falsitate loquens pleno cons. 23. Farinac. cõs. 50. 58. & 61. ac tract. crimin. par. 2. q. 62. limit. prima, Peregrin. de fideicomm. artic. 43. Viuius Decis. 241. nu. 21. cum seqq. lib. 2. & sufficit, quod sint præsũptiones hominis, postquam has coniecturas reliquit lex in arbitrio iudicis, cum tamen censeri nequeant
2 arbitraria, † quæ a lege sunt terminata. Menoch. annotato loco n. 20. vsq; ad fin. Dec. in c. de causis. nu. 25. de offic. deleg. addo ego, quod debent allegari, probari,
3 & à iudice admitti, † ita vt non sint elisæ
4 exciperem † tamen simulationẽ, quę non admittit coniecturas hominis: imò testes reprobatorij debent esse maiores omni exceptione: probationes debent esse apertissimæ, & manifestissimę. Cra. cons. 145. nu. 2. Rim. iun. cons. 836. nu. 39. cũ seqq. Caputaq; sub Rot. Rom. Dec. 421. par. 2. etiã Decis. 163. par. 3. ac Mascard. de probat. concl. 447. qua ratione in antiquis admittitur depositio vnius testis, cui soli creditur, cũ difficile sit vel impossibile plures habere, Gab. suis cõmunib. titu. de testib. concl. 1. nu. 27. & Pedroc. cons. 39. num.
5 149. Recipiturque probatio † de auditu alieno, quoad effectum succedendi, & de fama, tam respectu Genesis, quàm quoad explicãdam identitatem bonorum, scilicet bona fuisse in bonis testatoris fideicõmittentis, ne lex videatur quempiã obligare ad impossibile. Castr. cons. 56. vol. 1. Dec. cons. 321. nu. 6. Alb. cons. 83. vol. 1. Morot. cõs. 14. Anguill. cons. 59. Purpur. cons. 54. n. 3. Peregr. d. artic. 43. sufficiunt etiam iudicia, & coniecturę, & verba enũtiatiua extra quoq; cõtrahentes, eorum vel successores probant. Natta cons. 235. Syluan. cons. 57. Burs. cons. 151. nu. 93. vol. 2. Mascard. de probat. concl. 874. nu. 10.
6 intelligendos † antiquum tempus nõ pro eo, quod annos centũ excedit, aut attingit, ex Olasch. cons. 8. num. 12. & Caualla tract. comm. cõtra comm. q. 302. n. 9. & 10. quoniam tẽpus 80. 70. & 60. annorũ hodie ob lõgè breuiorem cursum humanæ vitæ reputatur antiquum, iuxta iudicis arbitrium, veluti ex Alex. cons. 90. lib. 6. Crau. de antiq. temp. par. 1. nu. 315. ex plurimis alijs Mascard. de probat. concl. 103. & seq. Menoch. de arb. iud. casu 3. Bursat. d. loco nu. 33. Cæphal. cons. 443. num. 11. cum seqq. Pedroc. cons. 39. nu. 145. Honded. cons. 17. num. 59. & consi. 66. num. 12. vol. 1. Rot. Rom. Decis. 357. num. 9. par. 1. & Decis. 155. nu. 13. par. 2. in nouissimis, cũ non paucis aggestis per Illustr. Card. Tuscum suis practicabilibus conclusionibus in littera A. concl. 339. & 341. vbi etiam de prærogatiuis antiquita-
7 tis † multa corrolaria. Barz. Deci. Bononi 2. nu. 32. cum seqq. vbi etiam de ann. 40. & 50. loquitur, vt antiquũ censeatur aliquando. Proinde Couar. var. resolut. li. 2. c. 7. n. 61. admonet præsumptionẽ, de qua
8 DD. † ad l. vlt. C. de SS. eccl. vt quilibet præsumatur viuere vsque ad cẽtũ annos, in quo post alios latè vagatur Gabr. suis communibus titu. de pręsumpt. conclu. vlt. hisce temporibus non esse receptam, nec posse allegari. Iam vero fama probat res antiquas citra vllum adminiculũ postquam in antiquis nullũ aliud genus probationis inuenitur, præter probationẽ famæ, & cõmunem opinionem, vt scite, & ample defendit Vasq. lib. 2. controuers. Ill. c. 84. num. 15. cum seqq. sicuti longa & tenax populi, seu reipublicæ memoria pro veritate habetur, Bald. cons. 84. nu. 2. vol. 1. Neque fatescit scrupulum, quod etiã debeant in probatione hac extraordinaria de auditu auditus ratione antiquitatis copulatiuè concurrere duodecim illa
9 requisita. † capit. licet ex quadam, de testib. quia procedit duntaxat, vbi agitur de impediendo matrimonio prætextu cõsanguinitatis, quemadmodum aduertit Castrens. d. cons. 56. nu. 4. Aret. cons. 37. Soc. iun. cons. 67. vol. 4. Bott. Cremon. consi. 36. ad fin. Alb. d. cons. 83. Surd. Dec. 145. & Peregr. d. artic. 43. num. 80. cum seqq. nisi

nisi contingat agi de probando dominio,
vel possessione, quo casu scribit Berret.
cons. 80. concluditq; Grau. Corn. & alij re-
lati per Cephal. cons. 250. nu. 19. & seqq.
& Farinac. tract. crim. par. 2. q. 47. n. 228.
10 cum seqq. multis, quod testes † de auditu
debent exprimere eos, à quibus audiue-
runt: debent audiuisse ante litem motam,
& à pluribus, saltem duobus, qui sint anti-
qui, & tales, quibus crederetur, si testifi-
carentur, & quos nominari oportet. & re-
quiritur, quod formiter dicant, se credere,
ita esse prout audiuerunt: & saltē duo
debent conuenire, quod audiuerint ab
eiusdem, nō à diuersis, ad euitandam sin-
gularitatem diuersificatiuam, quæ obes-
se solet, sicuti obstatiua, non etiam admi-
niculatiua. Grau. cons. 267. num. 3. Decis.
Perus. q. par. 1. vt Gabr. suis communibus
tit. de testib. concl. 2. Ideòque non esse ne-
cessariū opinor, quod articuletur, & pro-
betur qualitas testium deponentiū de fa-
ma, vel de auditu, nec nōn eorum, à qui-
bus audiuerint, quod sint graues perso-
næ, & bonæ famæ, licet ad bene esse con-
ferret ist hæc probatio, vt obseruauit Ce-
phal. d. cons. 250. num. 26. & 27. postquā
se fundat in cons. Dec. 321. & in d. c. licet
11 ex † quadam nihilominus tamē hic text.
habet certam formam, quando, scilicet
ageretur de impediendo matrimonio: nō
de cōtrouersia fideicommissaria. Dec. au-
tem in alleg. cons. 321. quatenus ad fidei-
commissum, confutatur communiter. te-
ste Alb. cons. 61. 83. & 355. atq; Rub. cōs.
12 16. Quòd si liqueret de negligentia † par-
tis, aut suorum auctorum, quarè prius nō
egerint, expertiquè non fuerint, dum ha-
beri poterant probationes verè, & dire-
ctæ, quoad effectum succedendi, respectu
Genealogicæ arboris, & identitatis bono-
rum; tunc perperam ad huiusmodi subsi-
dia recurri, protulit Cephal. d. cons. 250.
13 nu. 27. sicuti † præsumi contra nepotem
ex fratre iam grandæuum, qui non petijt
redditionem rationis à patruo olim admi-
nistratore bonorum cōmunium dū erat
in humanis rebus, modò vexat filios pa-
trui omnino ignaros defendit idem Ce-
phal. pleno cons. 8. vol. 1.
14 Hinc scripturæ † in marmore, vel saxo
vel columna probant factum antiquum:
præcipuè verò ius patronatus nominati in
literis incisis in lapide. Teste Glo. ordina-
ria. ad c. cum causam. de probation. cum
adductis per Mascard. de probatio. concl.
956. nu. 21. & 22. Imò inter probationes
extraordinarias placuit referri tesseras li-
15 gneras, vulgò taioles taglie, apud aliquos
idiotas nescientes literas, dummodo li-
queat de identitate, sint integræ, atq; si-
mul conueniant. iuxta Angel. ad l. non so-
lum. §. sciendum. ff. de no. op. nunt. Paris
de Put. tract. de syndicatu. in ver. lis sua.
cap. Iudex qui admisit instrumentum.

REMEDIVM LXX.

QVARTO ILLATIO.

Ex c. cum olim. de consuetudin. c. vlt. 20. distinct. & l. in tantum. §. vlt. ff. de rer. diuis. circa consuetudinem, stylum, famā obseruantiam; & statutum loco vicini, ad quæ recurritur in subsidium, quid prætereà circa autoritatem Poetarum, Hystoricorum, atque astronicarum.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, obseruantia, fama, stylus, & statutum loci vicini attenditur in subsidium, & quomodo. sic ratio naturalis deficiente lege.*

2 *Stylus talis præsumitur, qualis est in loco vicino tam quoad acta, quàm quoad sententiam.*

Ius canonicum quando seruetur in indecisis à iure ciuili, & econtra ibid.

3 *Statutum ciuitatis ambiguum, vel Castri quomodo declaretur.*

4 *Poetarum autoritati minime deferendum. & cur.*

5 *Poesis triplex, scilicet quatenus respicit fabulas, historias, & argumentum.*

7 *Historicis tā prophana, quàm ecclesiastica quādo probent, per 7. requisita explicatur.*

8 *Peritis in arte standum.*

9 *Prophetarum dicta, sanctorum patrum, & sacra Biblia an possint allegari ad decisionē causarum.*

Huc

Vc quoque recta tēdit decisio text. in c. cum olim. vbi Abb. num. 7. de consuetud nimirum, si ius cōmune deficit, nec non, &
1 consuetudo † generalis vel specialis loci, seu ecclesiæ recurritur in subsidium ad rationem naturalem, mox ad consuetudinem vicinioris loci, seu ecclesiæ, quę si difformis reperiatur, minus nocitia attenditur, & omnibus deficientibus seruatur adamussim dispositio. c. fi. 20 distinct. vbi congregantur sapientes, & seniores, quorum consilio statur: imò etiam in onerosis statur vicinorum consuetudini, verba quoque impropriando ad Decisionem causarum, fortius quoad ordinatoria iudicij. Abb. ad cap. in genesi. num. 3. de elect. per Glo. singul. ad cap. consuetudo. ver. cum lex deficit. dist. 1. Oldrad. conf. 267. Afflict. Decis. 248. Crau. conf. 118. num. 3. & cons. 206. nū. 14. cum seq. vbi etiam in solutione decimarum attenditur cōsuetudo vicinorum: sicuti ad consuetudinem in vrbe existentem recurri in subsidium, notat Bart. ad l. de quibus. n. 2. ff. de legib. Idem in obseruantia, aut fama loci vicini, quando dubitatur de eo, quod fit in loco contentioso. Glos. ad l. vlt. C. de mag. conuen. Oldrad. cons. 168. col. 1. Albert. Brun. tract. de Monetis par. 1. nu. 6. quem refert. Ill. I.C. idemq; Doctissimus D. Meus Rhaudensis cons. 33. num. 6. vol. 11. stylusq;
2 † præsumitur talis, qualis est in loco vicino, vt valeat sententia, & acta. Idē Rhaudens. cons. 21. nu. 195. eo. vol. Simile sta-
3 tutum castri, † vel ciuitatis ambiguum declaratur per statutum loci vicinioris de materia loquens distinctè, & clare, quoad ea, quæ sunt intacta, & indeterminata à iure communi, vel consuetudine, Rom. cons. 218. num. 1. Albert. Brun. tract. de statut. art. 6. n. 70. Georg. Natta. eo. tract. q. 2. num. 73. Rol. à Vall. tract. de lucr. dotis q. 85. Eodem modo seruatur ius ciuile etiam in foro ecclesiastico in subsidium, scilicet, quando casus non est decisus de iure canonico, nec agitur de fide, aut de re spirituali, aut de materia peccati nutritiua, veluti è contra in non decisis à iure ciuili seruatur ius canonicum c. si in adiutorium. distinctione decima, quasi ius canonicum, & ciuile quandam simul coniuerint societatem. c. 1. vbi Abb. de nō. op. nunc. Idem Abb. & Fely. ad c. in causis. de testib. Idem Fely. ad ecclesia sanctæ Marię de constit. Cra. cons. 315. num. 3. Decian. cons. 43. vol. 1. & Vasq. lib. 2. cōtro. illust. c. 87. nu. 28.
4 Nouit insuper Poetarum † authoritati standum esse in subsidium, etiam ad causarum decisionem, quando versamur in his, qui assolent narrare veritatem, vt de Lucano est glos. ad l. vlt. ff. de rer. diuis. nisi à lege sit reprobata, vt de Homero, ac Virgilio habetur in l. 1. §. sed an fine. ff. de cōtrah. empt. & l. in tātum. §. vlt. cum l. seq. ff. de rer. diuis. Mascard. de probat. concl. 287. num. 7. & 8. cum Poesis quantum ad fabulam sit ars mētiendi, vnde Poetæ nulla perfruantur immunitatis prærogatiua l. poetæ C. de profes. lib. 10. iuxta illud Catonis, nam miranda canunt, sed non credenda Poetæ. Sicuti dicitur de Rhetoribus, quia vbi desinit Rhetoricus, ibi incipit. l. C. atque vbi desinit Physicus, ibi incipit medicus, Fab. ad §. item pretium. Instit. de empt. dictiq; sunt vates à vaticinando, pictoribus adæquati, quoad libertatē mentiendi, veluti egregie comprobat Rebuff. tract. de priuil. Scholar. priuil. 95. n. 6. & seqq. Quatenus verò Poesis refertur
5 † ad historiam, vel ad argumentum, dicimus, quòd auctoritas tam prophanorum, quam ecclesiasticorum, vt in martyrolo-
6 gio † annalium, chronicorum, & hystoricorū subsidiaria etiam in iudicijs reputari deberet in materia probatoria quoad facta antiqua c. cum causam. vbi Fely. de probat. & c. inter dilectos, de fid. instr. vbi Bal. Butr. & Fely. ita Caputaquens. sub Rot. Rom. Decis. 160. p. 2. Euerard. iun. cons. 41. num. 8. vol. 1. Iacob. Nig. ad l. 1. nu. 56. ff. si cert. pet. post Bart. Alex. Purpur. & Rip. ibidem. Testis est præ cęteris Vasq. controuer. Ill. tam in præfationibus quam in tribus, lib. in quibus primo quoque verbo recurrit ad historias, sic sanè Bertrand. Decian. Borell. Soc. iun. & alij complures eminentissimi Iuriscon. dum-
7 modo concurrant † septem copulatiuæ, scilicet loquantur per verba non enunciatiua, nec assertiua, nec dubitatiua, exceptis

ptis antiquis factis quo pacto intelligitur traditio. Fely. in c. ex parte, il j. nu. 49. de rescript. Insuper exigitur approbatio per tempus longissimum, videlicet quod pro veridicis sint habitæ, & fuerit creditum illis sinè hæsitatione, & de hac qualitate liqueat, nec à lege sint explosæ, aut confutatæ, vel reiectæ, Mascard. d. loco. Natta. cons. 636. nu. 91. Decian. cons. 21. num. 29. vol. 1. & cons. 19. nu. 80. vol. 3. Bero. cons. 164. num. 58. vol. 3. quoniam historiæ dicuntur esse scripturæ priuatæ, quæ ex antiquitate, & fama fidem assumere intelligun tur. Vasq. lib. 2. controuers. Ill. c. 84. nu. 16. & præterea requiritur, quod non discrepent, ab Ill. & seniorib. scriptoribus, & maioris auctoritatis quoad substantiam, seu quoad factum principale, aliàs statur grauioribus historicis, & sanioribus: Veluti notat Mascard. ibid. nu. 4. quodque sint personæ graues, vel doctæ, & fideles, careantq; omni suspicione. Soc. iun. cons. 76. nu. 64. lib. 1. D. Menoch. cons. 1. nu. 274. vol. 1. & cons. 2. n. 125. eod. vol. quod Historiographi referant visa à se, alioqui referrentibus audita ab alijs non creditur, nisi relati ab his, & ipsi scripserint annales, quibus communiter fides adhibeatur, & inueniantur relata ad præscriptam veritatem, cum ipsi quos referunt, floruerint tempore rerum gestarum, veluti de Salustio circumfertur, quoad bellum Iugurthinum, & conspirationem Catilinæ, & de Guicciardino, quoad gesta rerum Italicarum, seu nationis longobardicæ, vt scitè distinguit Felyn. in d. c. cum causam, sub nu. 1. vers. nisi antiquę scripturæ: de probation. Quod denique scriptores tales sint pro eorum honestissima conditione, qui probabiliter norint esse vera, quæ pro hystorijs attexere studuerunt sincera fide, quales sunt legati apud supremos Principes, aut eorum secretarij, aut, qui non acquiescunt solis relationibus per literas missiuas amicorum, aut personarum vni prouinciæ destinatarum quæstus gratia sed occulatè perceperint, quæ monumentis consecrarunt, iuxta illud pertritum, plus valet vnus testis oculatus quam decem auriti. hoc pacto historicis alioqui non suspectis forte ex eo, quod proprio cerebro factum comminisci studuerint cre ditur saltem donec probetur contrarium. Soc. iun. loco indicato, vti peritis in arte, quemadmodum admonet, Bon. de Burtil. tract. de nobilit. par. 3. num. 57. dicens, quid agendum, si
8 quæstio sit de aluione de ædificio, † de ludo, de vulnere, de intelligentia sermonis, de virginitate Puellæ, de prægnantia mulieris, de bonitate auri, de morbo, aut de sanitate animalis: Ample Mascard. de probat. concl. 1169. Quod deinde fit diffi-
9 niendum circà dicta † Prophetarum, & sanctorum Patrum fundata in autoritate veteris, & noui testamenti, nec non circa auctoritatem Sacræ Bibliæ an proficiat ad causarum decisionem in subsidium, scilicet quando in lege, vel in canone, vel in constitutione emissa nil reperitur determinatum in specie, nec in genere neque per similitudinem vltra tex. in c. de libellis. 20. dist. & plenissimâ Abb. distinctionem in c. 1. num. 14. de constit. recurrito quæso ad suppellectilem munitissimam Mascard. de probat. concl. 191. Vid. omnino. c. 1. vbi Archid. & Card. Turecrem. distinct. 20. Virgin. Boccat. super Bulla de censibus. par. 1. nu. 18. vbi in puncto.

REMEDIVM LXXI.

Ex c. 1. vbi Abb. de capell. Monach. circa admissionem sacerdotis regularis ad sæculare beneficium, sed in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotem regularem in subsidium ad beneficium sæculare curatum admitti probatur.*
2 *Concily sacrosancti sess. 14. cap. 10. cum seq. & sessione vlt. c. 21. locus recensetur. ac sessione 24. c. 12. sub nu. 8. atque sessione 22. c. quanta cura. nu. 11.*
3 *Religiosus potest pro subsidio terra sanctæ vouere inconsulto superiore.*
4 *Beneficium curatum quodnam sit, & quod simplex. & nu. 6.*
5 *Beneficia curata cōsiderātur largè, & strictè.*
7 *Beneficiorum incompatibilita: damnata, & quando nu. 9.*

10 *Missa-*

10 *Missarum pluralitas in quibus casibus non illicita, & cur: distinguendo etiam.n.17.*

12 *Neophitus quando possit fieri clericus ob penuriam aliorum ministrorum, & ordinari, atque obtinere beneficium.*

13 *Sacerdos pauper quando pro vna missa possit accipere plures eleemosinas, seu pitantias, aut multiplicata stipendia, & num.16.*

14 *Missæ celebratio non est ordinata principaliter ad sustentationem vitæ, sed ad gloriam altissimi.*

15 *Paupertas (extrema necessitate excepta) non sinit accipi licitè rem alienam inuito domino,*

Acerdotem regularẽ in sub-
sidium deficiente, scilicet,
presbytero idoneo, seu sa-
1 cerdote † seculari admitti
ad seculare beneficium cu-
ratum, probat Abb. ad c.1.
de capell.monacho.quem refert & sequi-
tur.Cepha. cons. 358.nu.25. siue sit libe-
rum, siue iuris patronatus laicorum: post-
quam regularia beneficia iure suo debent
2 conferri regularibus, sicuti secularia † se-
cularibus, etiam ex sacrosancto Concilio
Trident.sess.14.c.10.cum seq.& sess.vlt.
cap.21. ob rationes quas adducit Abbas.
ad c. quod Dei timorẽ de stat. Monacho.
Rebuff.prax. beneficiar. tit.de dispẽsatio.
cum regular. Franc.March.Decis. 1203.
cum seq.par.1. Cæuallos tract. commun.
contr.commun. q.281. Rot.Romã. De-
cis. 772.p.1. in nouiss. & apud nos tract.
de portio rata q.53. Sicuti religiosus sine
3 cõsensu sui † superioris potest vouere pro
subsidio terræ sanctæ. Abb.in c.ex multa.
num.8.de voto. Porrò beneficium cura-
4 tum † illud est, in quo fori pœnitentialis
potestas concurrit, ligandi videlicet, &
absoluendi, dato quod actu non exerceat
curam, vel quod habet certam parochiã,
seu habuerit aliquando cum potestate fo-
ri pęnitentialis, glo. ad Clem.dudũ. verb.
impedat. de sepultur.& Staphile.de grat.
& expectat.vers.vt sciri possit.nu.22. Di-
5 cunturq; beneficia † curata largè, & stri-
ctè. Inno.ad cap.cùm satis.de off. archid.
latè Henriquez cõs.9.nu.1. sicut simplex
6 beneficium † dicitur id, quod non habet
curam nec populum, etiamsi sit sacerdo-
tale, vel continuam requirat residentiam,
vnde iura loquentia de curatis non habet
locum in istis, potissimum si sint pęnalia,
vel correctoria. Anchara. cons.17.& 59.
Lapus Allegat.117.
7 Qua ratione † incompatibilitas benefi-
ciorum alioqui execrabilis, & ambitionis
nutritiua, toleratur in subsidium, idest in
duabus ecclesijs, quatenus potest conscri-
bi, si beneficium primo loco impetratum
sit insufficiens ad victum, & honestam su-
stentationem prouisi, potest aliud efficaci-
ter obtinere dummodo vtrumque non sit
curatum, vel non requirat personalem
residentiam. cap.de multa de præbend. &
cap.quia nonnulli, de cleri. non residen.
8 Abb.cons.92.lib.2. † Ita sanè cautum cõ-
peritur sacros.Concil.Trid.c.17. sess. 24.
nec possunt duæ ecclesiæ parochiales vni
commendari. c. nemo deinceps. de elect.
in 6. Alphons.Hoied.tract.de incompati-
bilitate benefic.par.1.c.14.nu.13. Item si
sit vnum curatum, aliud verò requirat cõ-
tinuam residentiam, quia adhuc perdurat
9 obstaculum † incompatibilitatis. aliud
quippe est in nõ continua residentia. Ho-
ied.d.tract. par.1.c.18. num.1. & 2. lap.
d.allegat.117. & 118. & Cardin. cons. 3.
cum adductis per Illust. Cardinalem Tu-
scum lib.1.practicab.iur.conclusio. litera
B.concl.61. Inde mihi liceat perlustrare
aliquantisper iucundissimum, & vtilissi-
mum Theologorum pomeriũ circa pau-
perem sacerdotem, an in subsidium possit
accipere plura stipendia à diuersis perso-
nis pro vna missa celebranda, atque circa
10 pluralitatem missarum † vno die feriali,
& extra sacratissimum diem Natalis do-
minici ea nocte sancta de consecrat. disti.
1. per rationes quas sapienter reddit Diu.
Thom. par.2. q.83. art.2. in solutione ad
secundum scilicet secundum aliquos, in
subsidium, vt in casu incapacitatis loci,
idest, si esset ecclesia parua, & populus fre-
quens, vel in magna sacerdotum penuria,
vel quando quis præest duabus ecclesijs
vnitis, & his indigẽtibus duabus missis, in
quibus consistit cibus spiritualis ministrã-
dus parochianis. Et de hoc Vid. casum
apud Card.Turrecrem.in c.sufficit. nu.4.
de consecr.dist.1. Sicut econtra illi in sub-
dium parocho tenetur ad cibum tempo-
ralem,

talem, nec est in eo loco alius qui celebret tūc enim duas missas etiam extra sanctissimā Natalium domini nostri Iesu Christi maximā festiuitatem impune celebrari permissum esse affirmant venerabiles patres, sicuti necessitate vrgente potest quis dicere missam in loco nō sacro: ca. consuluisti. vbi glo. de celebrat. miss. ca. sufficit. de cōsecrat. dist. 1. Nauarr. Manual. c. 25. nu. 87. iuncto consi. 4. num. 5. & consi. 9. de celebrat. miss. lib. 3. summa Syluest. tit. de missa quantum ad celebrat. par. 2. vbi vndecim casus referuntur, quibus præter diem Natalis Domini possunt duæ tātùm missæ celebrari: ita tamen, vt is sacerdos secundā missam celebrans in priori purificationem non susceperit, & sit omninò ieiunus, dum secundam aggreditur. Nauarr. d. c. 25. nu. 88. Summ. Syluestr. loco annot. vers. tertium quando Thesaur. for. ecclesiast. par. 3. c. 35. num. 65. cum seqq. Hodie tamen cautius agendum esse monētur sacrificuli ob scandalum, nec ita facilè admittuntur in prædictis casibus ad celebrationē missarum presbyteri, potissimùm suspecti, quia sint parum docti, vel pauperculi, vt tradit Sot. 4. sentent. distin. 13. q. 2. art. 2. col. 5. Diaz. pract. crim. c. 30 Ideo abstinendū esse à celebratione duarum missarū laudat Franc. Leo thesaur. loco prædicto n. 64. in fi. Diaz. pract. canon. crim. cap. 30. & Menoch. de arb. iud. casu. 407. vbi declaratur. d. c. sufficit. exceptis duobus casibus, scilicet, in aduentu Principis, vel Episcopi, & quando necessariò quis esset communicandus ob infirmitatem. Turrecrem. ad d. c. sufficit. Durād. in rational. diuin. lib. 4. c. 1. Nobis tamen satisfaceret hæc consideratio ad mentē absolutissimorum patrum, sub quorum cēsura, & prudentia sint (sicut omnia) hæc scripta. Aut constat de sacerdotis directa, & præconcepta intentione, quando scilicet, dum vnam celebrat missam, animū habet alteram celebrandi, & tunc nō videtur aliqua causa rationabilis, cur differe non possit primam missam, ne sacrificium iteretur, & tamē sacerdos sumit calicis purificationē, & sic non remanet ieiunus. Aut constat de voluntate tātùm subsequente ob repente natam occasionē, & tunc si superiori de facili adiri potest, is adeūdus est: alioqui seruanda, & præoculis esset habenda populi, & ecclesiæ consuetudo. Suarez par. 3. q. 83. artic. 2. disputat 86. sess. 3.

11 Amplius sublata est ex sacratiss. Trid. Synod. sess. 22. ca. † quāta cura. vers. neuè patiantur. potestas celebrandi missam in domibus priuatis, & in alijs locis extra ecclesiam, vel oratoria ab ordinarijs designata, & visitata. Inde quoque Neophitus
12 potest fieri clericus † in subsidium aliorū clericorum, vel vbi sanctitas vitæ illius suadeat contrarium per lapsum biennij. Rom. sing. 421. vel si expediat ob necessitatem alicuius ecclesiæ, & penuriam ministrorū insolitam aliquem adhuc Neophitum, id est, qui recenter legem Christi omnium verissimam, certissimam, & perfectissimā professus est, & per se, atque absolutè nondum satis habilis ad ordines credit Suarez tract. de censur. inspectione 93. section. 3. non posse promoueri ad ordines maiores arbitrio solius Episcopi, sed necessariam esse dispensationem summi Pōtificis: postquam Neophitus nō potest ordinari, immo neque idem potest resignari beneficium ecclesiasticum, cum indignus eo reputetur, veluti ex Diuo Paulo, Diuo Gregor. Didac. & Hoied. cōcludit Flamin. Paris. tracta. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 4. num. 20. cum trib. sequentibus.

13 Cæterum pauper † sacerdos licite capit à pluribus pro vna missa celebrāda plures eleemosinas, seu pitantias quantum tamē est sufficientes ad vnius diei sustentationē. Sot. lib. 7. de iust. & iur. quæst. 3. artic. primo dummodò petens missam nō expressè postulet sibi soli applicari missam, & sacerdos annuat petitioni. quo casu perfringeretur fides pacti, si deinde applicaretur pro multis.

Atqui isthæc doctrina Soti confutatur à Nauarr. in suo Manual. cap. 25. nu. 92. Suarez de sacram. disputation. 86. section. 4. Tolet. in sum. lib. 2. c. 9. qui negāt sacerdotē etiam pauperem posse occupare plures pitantias, quorum fundamentum est,
14 quia missæ celebratio † non est ordinata ad vitæ sustentationem, sed ad altissimi immortalisq; Dei gloriam, & populi christiani vtilitatem vnde non admittuntur clerici

clerici ad ordines sacros, nisi ad titulum patrimonij, vel beneficij, veluti aliàs dictum fuit, & propterea non perdit ius, qui dat eleemosinam ob sacerdotis inopiam.

Neque paupertas (seclusa extrema necessitate, de qua nunc non agitur) præstat
15 † facultatem accipiendi rem alienam domino inuito, conceditur tamen casum subsidiarium Suarez, quãdo videlicet, qui dant eleemosinam pro missa celebranda, dant minorem, quam lege, aut consuetudine taxatę sint, potest enim tunc sacerdos
16 multiplicare † stipendium, donec habeat æquale stipendium, & iustum: nam cum eo casu fiat iniuria sacerdoti ei offerendo stipendium nõ integrum potest se indemnem seruare. hic etiam Corduba, lib. 1. 4. q. 4. dub. 2. qui tamẽ limitat, nisi sacerdos expressè promitteret se dicturum missam tãtum pro vno, etiam si inæquale dederit stipendium. Verùm hæc limitatio, non placet Suarez, eo quod stante rigore iustitiæ non videtur necessaria, quia tali sacerdoti fit iniuria, cogitur enim ob paupertatem inæquale stipendium acceptare, quare poterit non obstante tali pacto se indemnem seruare: sicut famulus, aut operarius, cui condigna merces non tribuitur, potest dãnum suum (vt poterit) resarcire, etiamsi in principio ob necessitatem coactus sit patisci pro iniusto, & inæquali stipendio, & qui ob necessitatem cogitur emere triticum iniusto pretio, potest sine iustitia alia via se indemnem seruare. Si tamẽ sacerdos omnino voluntariè contentus sit illo stipendio non integro, & promittat se integrè sacrum oblaturum pro tali persona; tunc, subiungit Suarez, tenebitur ad implendum magis ratione promissionis simplicis, quam stipendij.
17 Suarez præcitato loco. At circà † pluralitatem missarum distinguitur, supponẽdo prius nullum sacerdotem posse vllam missam dicere, nisi sit ieiunus, idque adeo verum esse, vt is qui vinum, vel aquam quæ ad purificandũ calicem infundi solet, acceperit non possit aliam missam dicere, cap. ex parte de celebr. missar. Quo supposito, ait, dupliciter contingere posse, sacerdotem his sacrificare. primò ex directa, & præconcepta intentione, nimirum quia dum dicit vnam missam, habet animũ dicendi aliam: secundò ex subsequẽte tantum voluntate ob repente natam occasionem, nouam rationem cõsideratam post dictam primam missam, hoc posteriore secundo moraliter loquendo, non potest casus accidere, in quo post vnam missam liceat aliam dicere, quia quandocumque sacerdos celebrat absque animo iterum celebrandi, sumit calicis purificationem: Idcircò non potest iterum celebrare, & hoc modo excluduntur multi casus numerati auctoribus, qui tot enumerati sunt, & quoad fortasse ob penuriã sacerdotum non existimabant prohibitionem hanc bis in die sacrificandi non tam rigorose obligare; vnde admittit tres casus, primum, quando in die Paschatis, vel alterius festiuitatis adest necessitas dicendi vnam missam pro defunctis, si enim tunc sit vnus tantum sacerdos, erit sufficiens, vt post missam diei dicatur alia de defunctis, secũdum de pluribus parochijs in quo affirmat non tantum duas posse dici missas, sed etiam tres, si fit eadem proportionalis necessitas, hocq; procedere etiam in alijs casibus, quibus licet dicere duas, quando adest grauis necessitas: & præterea hoc procedere, nõ solum in diebus festis, quibus tantum videtur posse occurrere vera necessitas præcepti audiendi missam, sed etiam in quocũque die, quia videtur satis grauis causa, quod populus non priuetur suo sacrificio, & opportunitate audiendi missam optimum, tamen ait esse consiliam seruare consuetudinem, quæ in his rebus magnã habet vim Tertium probabilem casum, quãdo ob solemnem festiuitatem tam numerosus est populi conuentus, vt vna eccl. eum simul capere non possit.

REMED. LXXII.

Ex l. generaliter. cum auct. seq. C. de episcop. & cler. circa munus tutelare reijciendum aut capescendum in subsidium per clericum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clerici etiam minores an cogantur ad suscipiendum onus tutelæ datiuæ vel testamentariæ, & qua de causa, & an subsidium nu 2.*

3 *Clericus effectus an dimittat tutelam antea susceptam.*

4 *Ad clericatum nemo promouetur, nisi onere tutelæ deposito, & administrationis ratione reddita.*

5 *Clericatus assumptus in fraudẽ obligationis iam susceptæ non prodest.*

6 *Clerico ad tutelam admissus in subsidium, ad tutelam an eius bona subijciantur hypotheca.*

7 *Monacus etiã volens non fit tutor legitimus neque testamentarius.*

8 *Canonicus regularis venit appellatione monachi.*

9 *Scholasticorum rector si vult habere iurisdictionem in omnes seculares, & ecclesiasticos debet esse clericus.*

10 *Clericus recusans sine causa tutelam acceptare cogitur in subsidium ad illam assumendam non secus ac obseruatur in solutione collectarum.*

11 *Consentienti clerico iudex laicus tutelam decernere, & conferre potest de licentia sui superioris, & nu. 12.*

13 *Si pupillus sit clericus, quis iudex de tutore prouideat.*

14 *Miles armata militia, & clericus nõ assumẽs tutelam an perdat legatum.*

15 *Tutor an, & quando perdat legatum recusando onus tutelæ.*

16 *Conditio impossibilis de iure vitiatur, & non vitiat.*

Lerici etiam in minoribus constituti, qui aliàs inuiti non co-
1 guntur capescere munus † tutelare l. generaliter. cũ authẽ. seq. C. de episco. & cleri. ca. Caprianus 21. quæst. 3. etiam respectu testamentariæ, vel datiuæ vt ibi, ne aliàs in spiritualibus detrimentum patiatur ecclesia, si ministri prophanis occupentur negocijs, tot. tit. ne clerici vel mon. secul. nego. se immisce. Bart. cons. 143. lib. 1. & præcipuè nè demittentes se ad hæc negotia secularia fiant negligentiores in diuinis, etiam arrepta occasione odij, simultatum. & ambitionis veluti in simili expendit probatissimus, & ingeniosissimus Alumnus meus D. Io. Petr. Ala. Cremonens. tract. sanè luculentiss. de aduoc. Christian. q. 8. In subsidium
2 † tenentur pro miserabilibus personis tutelam suscipere, præcipuè consanguineorum, & propinquorum suorum si alius tutor non inueniatur idoneus, cùm tale opus sit pium, neque retrahat à vita contemplatiua ca. peruit. 86. distin. ca. 1. & 2. 87. distinct. l. orphanotrophos. C. de Episcop. & cleric. Montan. de iur. tutel. & curat. c. 35. n. 196. cum seqq. latissimè Viu. Decis. 151. lib. 1. idq; commendatur quã maximè in sacra constitutione. Concil. apud Trident. sess. 23. c. 2. vbi episcopi paternam debent curam gerere pauperum, & miserabilium personarum. Planè di-
3 uersum esset, si tutela suscepta † foret ante clericalis ordinis assumptionem Specul. tit. de tutor. §. generaliter. vers. sed quid si per regulam l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. quam declarat appositè Paris. cons. 28. nu. 11. vol. 1. inquiẽs d. regulam nõ vendicare sibi locũ, quãdo causæ efficientis impedimentum, vel aliàs materialis fuit omni tẽpore: secus si principium non fuit vitiosum. Quin amplius
4 non promouetur ad sacros † ordines, nisi prius onere deposito, & reddita administrationis ratione. vbi alius inueniatur administrator, qui eandem ex fide gerat tutelam. cap. vnic. de obligat. ad ratiocin. Montan. d. loco nu. 199. Intelligendo rationes redditas, vt optimè expendit Borrell. cons. 31. num. 8. 26. & 28. quoniam
5 clericatus assumptus † clandestine in fraudem obligationis iam contractæ non prodest, sed perinde est, ac si non esset clericus l. officiales. vbi Bald. in princip. C. de episco. & cler. saltem quòad bona, non quòad personam constito de bullis ordinum, & præterea si concurrant requisita ex sacro Concilio Tridentino cap. 6. sess. 23. Couarruu. pract. quæst. cap. 32. Iul. Clar. §. fi. quæst. 36. Viui. Decis. 512. lib. 4. Farinac. tract. crimin. par. 1. quæst. 8. num. 104. cum seqq. Vincent. de Franch. Dec. 209. par. 1. Mascard. de probat. conclus. 302. & Bertazol. cõs. crimin. 78. volum. 1. Idem Farinac. cõs. 77. Caball. Var.

Crimin. resolut. cas. 88. Borell. cons. 15. nu. 17. Et in casu administrationis tutelæ per clericum vel nolentem se excusare,
6 vel admissum in subsidium † contrahitur hypotheca in bonis clerici tutoris etiam non facto inuentario, Bald. cons. 45. vol. 3. Monacus autem non potest esse tutor
7 † etiam volens siue legitimus, siue testamentarius, siue datiuus, cùm pro mortuo habeatur, & aliàs non sit cautum pupillo in tutorem habere monachum cùm nil habeat secundū statum regularem. Bald. ad d. l. generaliter. nu. 13. vbi monachus existens in medio non obstat sequenti legitimo, nec propterea deuenitur ad datiuum tutorem. sic in canonico regulari,
8 qui venit † appellatione monachi. Caputaq. Decis. 85. par. 1. Rot. Rom. Decis. 772. par. 1. in nouiss. Aufrer. ad Clem. vt clericorū. de offic. ordina. Et verò rector scholarium in aliqua vniuersitate potest
9 esse clericus, imò debet esse † clericus, si vult habere iurisdictionē in omnes scholasticos tam laicos, quam ecclesiasticos saltem tacitè prorogatam. Alb. cons. 642. volum. 4.

Quòd si clericus nolit tutelā suscipere etiam in subsidium, scribit Surd. cōs. 490. nu. 10. vol. 4. & Stephan. Ranchin. tom. 4. cōmun. cōclusionū sub conclusione 33.
10 compelli † posse per suum iudicem ad eā capescēdā: sicuti obseruatur in casibus in quibus de iure potest collectari. Borrell. cōs. 74. nu. 48. de quibus hic etiā non agimus, at clerico annuente potest decerni
11 tutela etiam coram iudice † laico, quemadmodum fit in iurisdictione voluntaria: non etiam si de contentiosa, etiam per modum prorogationis. Bald. ad d. l. generaliter nu. 14. C. de episco. & cleri. & Surd. Decis. 26. num. 2. In quam tamen
12 rem præcedere debet licentia † superioris sui. Bart. d. cōs. 143. Bald. cons. 45. volum. 2. cum alijs adductis per Carroci.
13 Decis. 17. nu. 20. Quòd si pupillus † esset clericus, concludit Bart. ad l. 1. nu. 5. ff. de tuto. & curat. dat. ab his, quod tutor debet eidem dari auctoritate iudicis sui non secularis cùm tuto personæ detur principaliter, secundario rebus ipsis §. 1. instit. de tutel. & §. datus autem. Insti. de excusat. tuto.

Quæ præterea deducta sunt circa clericum simplicem vel etiam sacerdotem tā beneficiariū quàm non, nō incōgruè possent protendi ad militē secularem armatę militiæ l. militiæ C. qui tuto. dar. poss.
14 Vsqu adeò vt nec perdatur † legatum tutori relictū qui sit miles vel clericus Angel. cons. 166. Bald. cons. 356. lib. 4. in his namque casibus, qui à legis prouidentia dependent, quis recusando tutelam non perdit legatum, aliàs secus. l. Nesennius. §. vlt. ff. de excusat. tuto. l. qui tutelam. ff. de admin. tuto. l. ab administratione. C. de legat. Tiraquell. tract. cessāte causa in prin. nu. 121. & cumulatissimè Caroc. d. Decis.
15 17. nulla quoque hodie † facta distinctione, an contemplatione compensandi cum onere tutelę sit relictum, necne, etiā contra tutorem, seu curatorem coniunctum testatori. Roma. cons. 235. num. 1. Decis. cons. 192. n. 4. & Plot. ad l. si quando. nu.
16 369. C. vnde vi. quia cōditio † impossibilis de iure vitiatur, & non vitiat. d. l. ab administratione l. impossibilis. ff. de verbo, obligatio. & l. impossibilium vbi Dec. Cagnol. & Maynerius. de reg. iur.

REMEDIVM LXXIII.

Ex c. peruenit 86. distin. circa clericos incūbentes conductionibus prædiorum rusticorum, & circa milites in idem conspirante. Quis porrò dicatur negotiari declarat Abb. cons. 3. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus prohibita est negotiatio.*
2 *Clericus an permittantur conductiones prædiorum vel huiusmodi, & quando num. 3.*
4 *Necessitas licitum reddit aliàs illicitum.*
5 *Negotiatio in dubio cupiditatis causa fieri præsumitur.*
6 *Consuetudo apud clericos negotiandi an subsistat.*
7 *Clericus an possit assumi in socium conductiones.*
8 *Clericus si heres existat conductori, an possit perseuerare ad finem vsque.*

Baldi.

9 *Baldi & Carroci. distinctio simplicis clerici, & sacerdotis circa admissionem, & exclusionem ab ineunda conductione, refellitur.*

10 *Clericorum appellatione in hoc argumento qui contineantur.*

11 *Nouitius quoad fauores connumeratur religiosis: secus in odiosis.*

Lerici, quibus omni iure
1 prohibita est † negociatio, quæ, scilicet, lucri causa, & cupiditate fiat. capit. 2. dist. 88. & cap. 1. cum seq. ne cleri. vel mona. quia cupiditas est mater vsurarum. ca. virum. 47. distin. Rip. de succes. ab int. resp. 6. n.
2 5. par. 2. possunt prædiorum † conductionibus incumbere in subsidium, videlicet, ad eorum inopiam subleuandam, quo casu etiam sua potiuntur immunitate. ca. peruenit. vbi glos. 86. distinct. Abb. ad d. c. 1. nu. 8. ne cler. vel mona. pleniore calamo edisserit Iacob. Philipp. Portius Imolen. cõs. 16. Caro. de locat. par. 1. tit. quib. non est permiss. conductor. ess. n. 3. paru. editio. Parlador. rerum quotidian. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 8. & 10. & Franc. Leo. in Thesaur. for. eccles. p. 3. c. 34. nu. 35. sicuti cle-
3 ricis artificium † licitum est, quando non suppetunt propriæ facultates. Feder. de Sen. cons. 207. nu. 3. Borell cons. 74. nam
4 necessitatis causa licitam † reddit negociationem, alioquin illicitam ca. eijciens. ca. episcopus. & ca. negotiatorem. 88. distin. copiosè Seb. Med. tracta. de cas. fort. q. 6. circa illam reg. quod necessitas non habet legem. dummodo liqueat de hac necessitate summatim iudici ecclesiastico, cum
5 fieri in dubio præsumitur † quæstus & cupiditatis causa. glos. ad cap. decreuit. verb. conducere. 88. dist. Mari. Antonin. lib. 1. resolut. 111. nu. 10. & 11.

Huc præterea quadrat. quid habetur in c. pen. de homicid. cũ adductis per Maluas. cons. 26. n. 10. vbi clerici tempore inuasionis imminentis, & incursus hostium aduersus ciuitatem tenẽtur sumere arma, & pugnare absque pœna incursus irregularitatis. Neque (vt opinor) sustinebitur extra casum necessitatis hæc cõductio superiore inuito sub prætextu, quòd vigeat
6 consuetudo † in contrarium, quemadmodum dicitur de milite armatæ militiæ, de quo dicitur, quod l. milites, & l. curiales. C. locat. non sunt in vsu. Caroc. d. loc. nu. 8. quoniam esset abusus, & corruptela peccati nutritiua, & scãdali. vulg. cap. vlt. de consuetud. Crauett. cons. 116. num. 4.
7 Nec poterit assumi in sociũ alicuius † conductionis, quoniam si est admissus ad cõductionem cum assensu locantis, idem iudicandum videtur, quod de ipsa locatione: Osasc. Decis. 76. nu. 3. vbi appellat hũc ita introductum confictabilem Petr. de ~~Vbald. tract.~~ de duob. fratribus par. 10. per tot. Surd. cons. 10. vol. 1. & Caroc. de locat. par. 2. tit. de hæred. instit. n. 9. paru. edition. vocat sociũ, ideoq; morte assumpti in socium ius finit illius. Si verò absit consensus domini, propterea quod is nõ est necessarius, imò assumi potest socius etiamsi pactum intercesserit ab initio priuatiuũ facultatis sublocandi. Surd. d. cons. 20. tunc etenim dicitur negotiatio, & quidem illicita. ideò obstat regula. cap. cùm quid vna via, de reg. iur. in 6.

Et verò si clericus succedat conductori
8 iure † hæreditario, minimè gentium prohibetur pergere in conductione ad exitũ vsq; quasi cessante cupiditate, & initio inspecto. Caroci. d. loc. num. 6. & 7. Addo Gulielmum Redoan. de Spoli. ecclesiast. q. 2. nu. 12.

9 Similiter si ageretur de terrulis † conductis animi gratia, vel si prædiolum alterius prædijs clerici vndiq; esset circumdatum, adeoq; damni vel rixæ euitãdæ causa, vel res esset cum simplici clerico, aliud statuitur. teste Bald. ad d. l. milites. & Caroc. d. tit. quib. non est permiss. condu. nu. 3. vbi apertè excludit ab hac prohibitione simplicem clericum: includit autem dumtaxat in sacerdotio constitutum. Cui ego nõ accedo quia sicuti scholaris vagus, nũquam fieri potest bonus magister: sic clericus malè affectus, & his negocijs innutritus rarò fiet bonus sacerdos argumento c. ex studijs. de præsumpt. vltra quod cleri-
10 corum appellatione † in hac materia, quã dicimus esse fauorabilem religioni, & cultui Diuino veniunt omnes cuiuscumque ordinis, & dignitatis, Imò etiam Episcopi, atque canonici ecclesiarum cathedraliũ: non etiam in materia odiosa. Panormita.

T 2 ad

ad cap. 3. notab. 1. de postul. prælat. & ad Rubric. de vit. & honest. cleric. n. 8. & 10. c. in fidei fauorem. de hæretic. in 6. plenè Gregor. Sayr. Thesaur. casuum conscient.
11 lib. 6. c. 11. nu. 17. Sicuti nouitius † quantum ad fauores computatur inter religiosos, quantum verò ad odia minimè collocatur in ista classe. Frater Eman. Roderic. tract. quæstion. Regular. tom. 1. q. 21. art. 11. col. 2. apud nos tract. de fictionib. c. 9. casu. 3. nu. 24.

REMED. LXXIV.

Ex c. sicut vnire. de excessib. prælator. circa vnionem ecclesiarum, & beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Vnio ecclesiarum, vel beneficiorum, fit ex ordine episcopi, vbi ecclesiarum dignitati redditus non sufficiant, & fit tribus modis nu. 2.*

3 *Vnionis, adhoc vt valeat, requisita vsque ad num. 7.*

8 *Vnio in monasterijs religiosorum fieri non potest, nisi illorum consensus adsit. idem in vnione iuris per diminutionem, nam tunc requiritur pariter rectoris viuentis consensus.*

9 *Vnio efficit, vt beneficium vnitum alteri, nomen beneficij perdat, idem in territorio vnito, & ecclesia vnita, nisi tamen agatur de proprijs priuilegijs, quæ accessoriè competunt de iure communi, nam non perduntur.*

10 *Vnio probanda est concomitata, cum non præsumatur, sicuti nec gratia, & quomodo probetur, & quæ requirantur, tradit num. 11.*

11 *Vnio ecclesiarum & consensus episcopi in vnione præsumitur ex longo tempore, ibiq; infertur ad consensum coniugis præsumendum pro solutione thori, & ad diuisionem præsumendam ex taciturnitate longi temporis, etiam si agatur de graui præiuditio.*

AEquè subsidiarium est remedium vnio ecclesiarum, vel beneficiorum ex ordine Episcopi, † vel Abbatis iurisdictionē habentis Episcopalem, tam cathedralium, quam collegiatarum insignium, quādo sunt angustæ, & tenuis redditus, vt ecclesiarum dignitati non sufficiant, ac dignitati minus respondeant episcopali, super quo diligēs causæ cognitio circa necessitatem ecclesiæ debet præmitti. c. sicut vnire. de excessib. prælat. glos. ad c. 1. ne sed. vacant. in 6. cap. vnio. 10. q. 1. glo. ad ca. & temporis, vers. vnire 16. q. 1. Cardinalis cons. 47. Maluas. pleno cons. 1. præcipuè nu. 52. 53. & 54. Franc. Leo. in suo Thesau. for. ecclesi. par. 2. tit. 31. Quibus appositissimè conuenit constitutio conciliaris sacratissima sessione 24. c. 13. & 15. Gabriell. cons. 188. vol. 2. & Rebuff. prax. beneficial. tit. de vnion. Mari. Antonin. lib. 2. resolut. 90. num. 4.
2 Quæ † quidem vnio fit tribus modis, veluti declarat glos. ad ca. temporis. prædictum. Put. sub Rot. Roma. Decis. 442. n. 2. lib. 1. Verall. sub eadem Rot. Rom. Decis. 344. cum sex seqq. par. 3. Olasch. Decis. 116. Gayll. lib. 2. obseruat. 61. nu. 11. Paris. cons. 36. & 37. vol. 4. Maluas. d. cōs. 1. nu. 2. & deinceps: Fulu. Pacian. de probatio. tit. 1. c. 26. nu. 8. copiosè apud Mascard. de probat. conclus. 1411. & seq. scilicet, aliquando duæ ecclesiç simul vniuntur, interdum vna earum alteri aggregatur, nonnunquam fit vnio prębendarum.
3 Porrò † ad validitatē vnionis multa oportet concurrere. In primis † causa veluti
4 beneficiorum tenuitas, vel onerum insopportabilium ecclesiæ annexio, aliàs facta ex falsa causa est annullanda. Rot. Roma. inter practicabil. tit. de vnione. nu. 2. p. 2. in nouissim. Deinde quod beneficia non sint regularia, vt etiam excipit sacrū Cōcilium Trident. d. c. 13. cùm regularia beneficia regularibus conferantur, sicuti secularia secularibus ex eiusdem Concilij sanctione c. 10 & 11. sessione 14. & c. 21. sessione vlt. Rot. Roma. Decis 772. nu. 5. par. 1. in nouissim. Cęuall. tract. commun. contr. cōmunes q. 281. quos retuli tract. de portio. rata q. 53. nu. 7.
5 Tertio requiritur † quoque consensus

capi-

capituli cui nō poteſt fieri vnio principaliter & directè: ſed quidem indirectè, & in conſequentiam. Clem. ſi vna. de reb. eccleſ. non alienand. Gabriell. d. conſ. 188: nu. 3. Rot. Roma. Deciſ. 133. n. 7. par. 2. in nouiſsim.

6 Quartò exigitur, † quòd non ſit ambitioſa nec ſimoniaca. Oldrad. cōſ. 262. col. vlt. & Rot. Rom. inter practicabiles d. tit. de vnion. nu. 3.

7 Quintò † quod is vocetur ac citetur cuius intereſt, alioqui nō valere ſcribit Rot. Roma. Deciſ. 133. nu. 4. vbi refert ſic ſenſiſſe Petr. de Vbald. eius nominis tract. c. 5. & ſacroſan. concilium ſeſſione 7. cap. 6. Imò ſub n. 13. Rot. Roma. occurrit obiectioni quæ formata fuerat in illa ſpecie facti de vnione validè facta, non vocato rectore, inquiens, ideò tenere dictam vnionem, quia non ſortitur effectum, niſi poſt obitum rectoris, atq; ita ceſſat illius præiu-

8 dicium. Alia † tamen res eſt in monaſterijs religioſorum in quibus vnio debet fieri de eorum conſenſu. Calderin. de reb. eccleſ. non alienand. conſ. 4. vel quando tractaretur de vnione alicuius iuris per viam diminutionis, quam diſmembrationem appellant, nam tunc requiritur omnino cōſenſus rectoris viuentis. Card. cōſ. 65. col. vlt. Rot. Roma. d. tit de vnio. nu. 16.

Cæterùm vnionis vulgares non ſunt effectus præcipuè verò quod per vnionem extinguitur & ſupprimitur nomen beneficij cū effectu. Rot. Roma. d. Deciſ. 133.

9 num. 16. Ideoq; beneficium † vnitum alteri perdit nomen benefici., ſicuti territorium alteri incorporatum perdit propria iura. Felyn. ad cap. in noſtra. nu. 30. de reſcript. Roma. conſ. 275. nu. 5. Sic eccleſia vnita amittit iura propria ac velut pediſſequa reputatur. Sic in capellis vnitis alicui eccleſiæ: Prouincijs vnitis regno: villa vnita comitatui: Caſtro vnito Ciuitati: Gymnaſio alteri vnito: deniq; in omnibus, quæ alteri acceſſoriè vniuntur, ſemper attenditur id quod eſt principalius: Vel quando ex duobus vnitis fit in omnibus, & per omnia vnum corpus tantùm cap. recolentes, de ſtat. monacho non ita in his quæ de ſe conſiſtunt: vel niſi agatur de proprijs priuilegijs, quæ competūt ac-

ceſſoriè de iure communi, nam hæc non perduntur, cuius rei exempla cōſarcinare non eſt viſum, quod ea clariſſimè, & fuſiſſimè cumulauerit Fului. Pacian. de probatio. vol. 1. c. 27. per totum. Hoc vnum notandum eſt, quod ea eſt vnionis natura, vt vnita reducantur ad vnam ſubſtantiam l. in rem §. item quoque. ff. de rei vēdicat. Mari. Antonin. lib. 2. reſolut. 35. ſē-

10 perq; † probanda eſt vnio concomitata, vt ſupra. Verall. Deciſ. 350. p. 3. cùm ea non præſumatur. Fab. de Anna conſ. 44. nu. 18. ſicuti nec gratia quam plerumq; ſapit vnio tametſi iuſtitiam aliquando cōcernat. Rot. Rom. d. tit. de vnio. & Mari.

11 Antonin. d. reſolut. 90. num. 6. 8. niſi † pro allegante fama in antiquis ſine titulo probaretur, vel literis, vel immemorabilis, vel diuturna poſſeſſio, ſcilicet 40. annorum cum allegatione tituli, vel proferri cōtinget inſtrumenta antiqua ſaltem duo, quādo verba ſunt enūtiatiua vnionis. Rebuff. tract. de vnione num. 34. Alex. conſ. 219. vol. 6. Fely. conſ. 2. Gemin. conſ. 87. Boer. Deciſ. 345. Cæſar. Craſs. ſub. Rot. Roma. de præbend. Deciſ. 127. nu. 5. & ſeqq. Verall. Deciſ. 344. & 347. p. 3. Gabriell. ſuis commun. tit. de præſumpt. concl. 1. n. 14. Additur Vaſq. lib. 2. controuerſ. Ill. c. 61. nu. 24. vſque ad fi. Vbi ex longo tempore præſumitur vnio eccleſiarum, conſenſus epiſcopi in vnione: ſicuti ex longo tempore præſumitur conſenſus coniugis ad ſolutionem thori: præſumiturq; diuiſio etiamſi agatur de graui præiudicio.

Intelligendo tamen tripliciter, primo. quādo cum temporis antiquitate cōcurrat factum hominis, videlicet poſſeſſio eccleſiarum vti vnitarum, Maſcard. de probat. concluſ. 586. nu. 7. Secundò, quando is qui immemorabili dumtaxat nititur. probat ſaltem ius ſuum per tempus annorum xv. de viſu Pute. Deciſ. 209. nu. 3. lib. 2. Tertio ex eod. Maſcard. cōcl. 1323. nu. 9. & 10. Vbi quando ageretur ad titulum beneficij, nō ſufficeret diuturna poſſeſſio. Ex quibus fit perſpicuum quid obſeruandum in materia vnionum beneficiorum, eccleſiarum præbendarum, vel canonicatuum. ad tradita per Maſcard. de probat. concl. 1411. & quando intelligatur eſſe remedium ſubſidiarium, dum

ad illam deuenitur ob paupertatem vnius ecclesiæ, & quando aliter non potest consuli de cori, & necessitati ministerij Dei. Quæ protendi possunt ad erectiones, segregationes vnionesq; dignitatum, ciuitatum, & prouinciarum pro libito Cæsaris. l. 1. vbi Bar. C. de metropol. Bytin. lib. 11. & §. illud in auth. vt iudi. sin. quoquo suffrag. Late Fab. de Anna d. cons. 44. 56. & 66.

REMED. LXXV.

Ex c. ad audientiam. el 1. de eccl. ædif. & sacro Concilio Trid. 4. sess. 21. circa separationem ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Separatio parochialium ecclesiarum datur ob earum distantiam, vel itineris difficultatem ad maiorem parochianorum commoditatem.*

2 *Separatio parochiarum, vt fiat quatuor concurrere debere requisita, & quæ, & num. 3. 4. & 6.*

5 *Appellatio à decreto, vel ordinatione facta per ordinarium, vti Apostolicæ sedis legatum ad Summum Pontificem solum permissa est, nisi in visitatione facta fuerit: ab ea enim quoad effectum saltim suspensiuum non appellatur.*

7 *Alimenta nouo sacerdoti in casu separationis Parochiæ deputando, à quibus in casu necessitatis, & in subsidiam subministranda.*

8 *Separationem ecclesiarum tribus in casibus non permitti declaratur, & nu. 9. & 10.*

11 *Solutio affictus loco fructuum, cessat deficientibus fructibus.*

12 *Separatio loci à loco quibus concurrentibus admittenda.*

1 Vando ecclesia † parochialis ob nimiam distantiam, vel itineris difficultatē vniuerso anni tempore parochianis fit incommoda, & ob id in diuinis patiuntur mulieres prægnantes, senes, debiles, & infantes, tum ob sacri baptismatis fōtem, tum ratione aliorum sacramentorum; piè introductum est remedium subsidiarium, parochiarum separationis. cap. ad audientiam. el j. de eccles. ædifica. & habetur in sacratissimo Concil. Triden. sess. 21. c. 4. Quatuor tamen concurrere debere pro tali separatione obtinēda scripserunt D. Menoch. cōs. 477. Excell. Bimius cons. 184. vol. 2. & Henriquez cons. 80. videlicet. Allegatio.

2 † iustæ causæ, & eius prob. Inno. ad ca. pastoralis, de priuil. Lap. allegat. 68. Oldrad. cons. 261. & Paris. cons. 36. lib. 4.

3 Secundo, quod † parochus siue curatus prædictæ ecclesiæ consentiat secundæ ecclesiæ ex ædificationi, alioqui fit eo inuito si ei præiudicetur quò ad ea, quæ concernunt debitam, & sufficientem illius sustētationem. Abb. ad d. c. ad audientiam. col. 3. quem refert Rebuff. prax. benefic. tit. de erect. in cura, & paroch. nu. 4.

4 Tertio requiritur † episcopi authoritas & eius decretum, in cuius arbitrio residet causæ iustitia, scilicet difficultas vel loci distantia in eundo ad curatam ecclesiam Rebuff. prax. beneficial. tit. de translat. eccles. num. 4. à quo † decreto vti facto per Apostolicæ sedis delegatum licet quidem appellare, sed solùm sanctissimum Pontificem, nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione præcipuè sine figura iudicij, quoniā, ab ordinibus factis in visitatione per ordinarium non appellatur, saltem quo ad effectum suspensiuū, vtpotè ab executione constitutionis conciliaris cap. 7. sessione 21. de reformat. & cap. 10. session. 24. Henriquez d. cons. 80. num. 16. D. Meus Mari. Antonin. lib. 1. resolut. 85. n. 10. & Resolut. 110. nu. 14. eo. lib.

6 Quarto requiritur † consensus maioris partis parochianorum instantium circa separationem, & si sunt plures plebes, vel terræ sub vno rectore aut curato matricis ecclesiæ, quæ tamen sint tamquam corpora separata, debent consentire saltem duę partes ex tribus singulorum corporum Fely. ad c. cum omnes, num. 20. de constitutio. Ias. ad l. iurisgentium §. hodie num. 9. ff. de pact. Bertrand. cons. 145. num. 1. vol. 2. p. 2. Franc. March. Decis. 924. p. 1. Henriquez d. cons. 80. num. 15. & 16. & Bimi. d. cons. 184. num. 23. & seqq. Nam

sanctio.

sanctio Tridentina paulò ante relata sensit æquissimè (vt semper & omnia) requirendos esse parochianos & parochum, quia hac in re vertitur vtriusque interesse
7 † propterea quod vult alimenta à populis subministrari sacerdoti de nouo præficiẽdo in casu necessitatis, & in subsidium matricis, & sic non à populo quem separari contingit qui habebat partem redituum matrici oblatorum, sed ab vniuerso populo tam propinquiore matrici cui magis expedit curam propius administrari, quã longinquiore, cui multa imminent pericula ob repentinos casus quibus prouideri non finunt aruptæ, & inuiæ mõtis viæ, & hybernorum temporum sæuitia, inclementia cęli cum animarum detrimento. Bimi. prædicto loc. nu. 14. ad fi.
8 Declarantur modò † prædicta omnia tripliciter, & in primis non vendicant sibi locum in translatione Cathedralium, quę non potest fieri sine auctoritate apostolica. glo. ad clem. 2. §. vlt. de relig. dom. ob ecclesiæ qualitatem præstantiorem. Henriquez. d. conf. 80. nu. 26.
9 Rursus si adessent pacta † capitula, cõuentiones antiquæ, vel sentẽtia transacta in iudicatum contra separationem postulantes, & ab eo tempore citra nil de nouo superuenerit vrgens ad separandum, quia tunc standum est in finibus pacti, capitulorum, & conuentionum, vt separationi non sit locus, cùm graue sit fidem fallere, & res iudicata creet ius incommutabile inter partes. sic Menoch. d. conf. 477. nu. 2. 3. & 4. Natt. conf. 524.
10 Tertio considerandum est † quod si extra templum parochiale in loco minime difficili nec incommodo oratorium adesset, vel ecclesia cum fonte baptismali, & cæteris ad parochiam necessarijs, ibique præponeret in sui adiutorium plebanus sacerdotem qui ibidem resideret, & sacramenta posset administrare non posset parocho inuito fieri separatio parochiarum à cessante causa. Menoch. d. conf. 477. n. 9. vt in simili apud Anchar. iun. q. 30. nu. 2. lib. 3. Dum inquit, quod ex vi. d. regulæ
11 cessantis causæ † solutio affictus loco fructuum, deficientibus fructibus, qui sunt causa solutionis, debet cessare solutio.

Neque verò incongruit talem in hac separatione adhiberi causæ cognitionem,
12 cum nec prophani † loci à loco separatio fiat, nisi tribus concurrentibus, videlicet, quod causa secundum æquitatem sit licita, quod conueniens sit secundum honestatem, & quod expediens sit secundum vtilitatem. Vt ex Bald. respond. Menoch. conf. 75. nu. 35. lib. 1. & conf. 264. nu. 44. vol. 3. Pro coronide admonendi sumus, quæ sit censenda ecclesia parochialis, & ex traditione Rot. Roma. Decis. 52. num. 1. cum seqq. par. 2. in nouissim. requiritur potestas fori pœnitentialis, certa parochia, idest locus certis finibus cõstitutus, in quo populus alicui deputatis ecclesiæ degit. Quod obtinens ecclesiam, curam nomine exerceat suo singulariter, & non alieno, aut cum alijs: quemadmodum sponsa vna duos, vel plures spõsos & viros simul habere non potest c. 1. de sponf. duo ita sanè in cap. sicut vna. 21. quæst. 2. Oldrad. conf. 67. & Rot. Roma. d. Decis. 52. nu. 18. & 19.

REMEDIVM LXXVI.

Ex l. nec emere. C. de iu. delib. circa compulsionis ius ad contrahendum.

SVMMARIVM.

1 *Vendere rem suam regulariter nemo inuitus cogitur pro minima etiam parte, & iusto pretio, quod extende, & declara, vt nu. 2.*

3 *Granum vendere in subsidium carioris annonæ tẽpore coguntur nobiles, & alij, etiam si sint clerici.*

4 *Granum vendentes vltra taxam Principis, quæ pœna puniantur.*

5 *Mutuam pecuniam ab inuitis in subsidium extorquet superior publici boni causa tuendi, quod amplia etiam in iudice ordinario, qui ciues cogit ad mutuandum Reipub. ad alendum exercitum, vel alia ad bellum necessaria, vt nu. 6.*

7 *Locare domum coactus in certis casibus, intelligitur in subsidium.*

8 *Vendere propriam rem potest quilibet cogi, contra regulam d. l. nec emere. fauore religionis*

gionis pro ecclesia construenda, amplianda, & etiam readificanda, & pro monasterio, & claustro.

9 *Idem pro scholis fabricandis, & pro monasterij viridario, & alijs connexis.*

1 Constans est regula, quòd nemo inuitus cogitur vendere rem suam in totum, nec in parte etiam iusto precio l. nec emere. C. de iur. delib. l. inuitum C. de contrahen. emptio. Fab. de Ann. consil. 4. n. 41. Couarru. var. resolut. lib. 3. c. 14. nu. 7. Boer. Decis. 321.
2 nu. 2. etiam quòd † sit consanguineus. cōsors, vel vicinus, nisi retractus statutarius, vel conuentionalis, vel consuetudinarius ita exposcat, Anchara. cons. 370. Castr. cons. 1. vol. 2. Paris. cons. 83. vol. 3. Ruin. cons. 70. vol. 1. Surd. cons. 43. n. 12. vol. 1. Fabia. de Monte tracta. de empt. & vendit. 3. quæst. prin. quæst. 20. nu. 41. Tiraquell. de retract. in præfatio. n. 15. Igneus ad l. dudū. C. de contrah. emptio. Carpan. ad statut. Mediol. p. 1. c. 417. Hōded. cōs. 3. n. 14. & cons. 7. vol. 1. Sic præterea mutuum, locatio, & omnes denique contractus sunt ab initio voluntarij. vulgat. l. si-
3 cut C. de actio. & obligatio. † Verumtamen carioris annonæ tempore coguntur nobiles, & alij cuiuscunque ordinis vendere granum in subsidium Bart. ad l. annonam. ff. de extraord. crimin. Ias. ad d. l. nec emere. nu. 3. Surd. Decis. 275. nu. 4. Viuius Decis. 28. lib. 1. qui etiam in clericis frumentum habentibus loquitur. Bor-
4 gnin. Decis. 37. nu. 78. par. 2. † & de vendentibus granum vltra taxam principis. Vinc. de Franch. decis. 9. nu. 6. par. 1. latè Petr. Caball. resol. criminal. casu 9. cū adductis per D. Menoch. cons. 1000. lib. 10.
5 Adiungitur † Vasq. lib. 1. controuers. Ill. in præfatione. cap. 6. nu. 7. vbi etiam iudex ordinarius pro alendis exercitibus aut asseruandis præsidiorum militibus, & pro reliquis ad bellū necessarijs potest compellere ciues ad mutuādas pecunias Rei-
6 pub. Qua ratione † mutua etiam pecunia ab inuito extorquetur, quando superior non habet de suo, vnde publicum bonū tueatur. Cyn. ad l. neminem. C. de sacros. eccles. Natt. cons. 554. nu. 2. Vinc. de Frāch. Decis. 211. nu. 9. & 10. par. 2. vbi quo-
7 que ait, † quòd coactus locare domos in certis casibus, intelligitur in subsidium, & pro hoc limitari d. reg. l. nec emere sic in eo; qui potest compelli, tametsi nō fuerit actualiter coactus. Vinc. de Franch. Decis. 54. num. 6. par. 1. Id quod egregiè probant Cuman. Imol. Alex. Ias. & Ripa ad l. 1. ff. solut. matrimo. cū relatis per Rebuff. de scholar. priuileg. 7. & Horat. Luci. eius nominis tracta. priuileg. 39. & 41. in argumēto locationis ędiū in gratiā scholariū faciendæ per illarum dominos etiam nolentes præcedente tamen iustæ pensionis taxatione quod est æquissimum temperamētum, postquam (teste Phylosopho) pecunia est rerum mensura. Natta d. cōs. 554. nu. 3. & 4. sic Caroci. tract. de locat. par. 1. tit. de iur. personarum nu. 4. vbi etiā subiungit, hoc priuilegium cum alijs euanuisse, nec amplius esse in vsu. cùm scholares immorigerati reputentur esse mali vicini, à quibus cauendum est, tamquam ab igne, probat Gallia cons. 1. nu. 90. & 91. Bimi. cons. 175. nu. 30. vol. 2. D. Odd. de restitu. in integr. par. 1. q. 4. art. 10. nu. 86. D. Menoch. cons. 709. nu. 9. Ad hæc
8 † fauore religionis cessat prædicta regula l. nec emere. Ias. Boer. & alij superius relati, vt primum verè dignoscitur, necessariam esse extructionem vel ampliationē ecclesiæ, vel monasterij ob frequētem religiosorum claustralium numerum, quicquid sit in capella vel oratorio. Titaq. de priuileg. piæ causæ priuileg. 67. Vincent. de Franc. Decis. 223. nu. 5. cum seq. par. 1. vbi quoque declarantur dicta Couar. d. cap. 14. Francis. March. Decis. 636. nu. 5. par. 1. vbi extendit ad ecclesiam ædificatā,
9 & reædificatam. † Sic pro claustro, & pro scholis fabricandis Franc. Marc. Decis. 535. eadem. par. 1. Imò idem pro viridario vel ampliatione viridarij monasterij, atque pro omni quod esset connexum monasterio. Mar. Anton. resolut. 112. casu 29. lib. 1.

REME-

REMED. LXXVI.

ILLATIO.

Ex l. cotem ferro. §. qui maximos ff. de publican. circa firmarium salis cogendum reconducere in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Gabellarij Principis, puta firmarius salis, & simil. prima conductione finita in subsidium reconducere tenentur, cum ijsdem pactis, & conditionibus, nisi bella, & pestis superuenerint, tribus tamen requisitis concurrentibus, vt nu. 2.*

3 *Gabellarij Principis, siue conductores fiscales nouis côductoribus præferũtur, vbi augmẽta ab alijs oblata suscipere velint Declaratur tamen id hodie Mediolani nõ seruari vt inuito magistratu primus præferatur, neque Venetijs neque vt (sequuta saltem adiudicatione secundo licitatori facta) teneatur primus conductor vlterius reconducere, nisi in subsidium, vt nu. 4. 5. vbi rationes assignantur, & nisi facta fuerit nouatio, exemplum est sub nu. 10.*

6 *Reg. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. habet locum in subsidium.*

7 *Vltimum dicitur, quod nihil validum sub sequitur.*

8 *Vltima, quando attendantur, etiam in materia præcedentia, & quando derogent prioribus.*

9 *Offerre plus quis non dicitur, nisi tribus concurrentibus, & quibus.*

1 Hinc nouimus. † contra firmarium (vt vocant) salis de quo nonnihil diximus cons. 61. vol. 1. & alios huiusmodi Rerũ public. Principum, & potẽtatuũ vulgo dictos accẽsatores, & appaltatores, frequentius adiuitti, quòd si tempore primæ conductionis, lucrum sit assecutus non exiguum tenetur inde in subsidium, vbi alius non inueniatur, vel si tanti non possit alteri eadem firmeria locari sub eisdem pactis, & conditionibus côducere. l. cotem ferro §. qui maximos. vbi Bart. Alberi. & Alex. ff. de publica. cum relatis per Boer. Decis. 249. nu. 2. nisi finita prima côductione, ex qua quæstus obuenit insignis, bellicæ superuenissent calamitates, aut pestilentiæ sæuitia, quo casu recôductionis necessitas ablegatur, quia noua causa nouũ ius exposcit. sic ex Rip. tract. de peste concludit Boer. annotat. loc. & Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 6.
2 Vbi tria refert † requisita, videlicet quod proximo tempore præterito conduxerit: quòd maximè superlucratus fuerit, & quod pro futuro tempore alij nõ reperiantur conductores. Eaq; ratio satis concludens potest assignari ab opposito, quia
3 conductores † fiscales præferuntur nouis conductoribus, si augmenta, quæ vocant incantus auãtagia, Cur. iun. cons. 44. facta per alios velint suscipere, vnde è contra patiantur isthanc compulsionem quòad reconductionem. l. congruit. & l. vlt. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Peregrin. ibidem, nu. 5. Fab. de Anna cons. 77. Vinc. de Franch. Decis. 406. par. 2. Dummodo licitatio facta fuerit vt primum locatio
4 finita est, † Verùm tamen siue licitator sit idoneus, siue non: vel sit facta oblatio sola vel etiam adiudicatio, non seruatur apud nos, vt præferantur inuito magistratu veteres côductores nouis: quemadmodum nec compelluntur ad reconducendum, sed in publicę licitatione plus offerẽti ipsa conceduntur vectigalia, quæ pariter consuetudo procedit etiã Venetijs. teste eod. Peregrin. d. n. 6. & quamuis sola licitatoris oblatione non liberetur primus: attamẽ aliud est secuta verbali adiudicatione.
5 nisi vltimus † licitator, qui plus obtulit, esset non soluendo, vel aufugisset, quia in subsidium fauore fisci adhuc tenetur licitator primus Aegid. magistr. tract. de subhastatio. cap. 36. præclarè Asini. de execution. §. 6. cap. 11. vbi multiplicem reddit rationẽ, presertim verò, quia Respublica non videtur mandasse officialibus suis, vt idoneum licitatorem dimittere possint, & non idoneum recipere. Deinde inquit, quòd verba licitationis ità sũt intelligẽda, vt effectum aliquem sortiatur, postquam reg. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. ha-
6 bere locum in subsidium. † scribit Dec. ibidem

ibidem nu. 1. scilicet, quia prius inspicitur quod actum est: deinde quod est verisimilius: tertio quod fieri solet. quibus cessantibus, quod minimum est, sequimur.
7 Insuper vltimum † dicitur, quando nihil
8 validum subsequitur. Decian. cons. 73. n. 45. vol. 2. vbi vltima derogant prioribus in voluntarijs, nisi vltima sint nulla, quod valde conferre nouimus, ad materiam vltimi status attenditur in possessorijs, vel quasi: præcipuè verò quando agitur de præcedentia, Cardinal. cons. 62. Fab. de Anna. cons. 40. nu. 10. Burs. cons. 343. nu. 75. vol. 4. & quòad aliàs casus Seraph. de
9 iuram. priuil. 75. Necplus † offerre quis dicitur, nisi tribus concurrentibus. Primò quòd adsit idoneitas facultatum. Secundò quòd cõstet de maiori promissione. Tertio requiritur vtilitas, & facilitas conueniendi. iuxta elegantissimum Bald. consil. 327. vol. 2. Quæ credimus esse vera, nisi
10 cõstet † denouatione per translationẽ cõtractus, veluti quando prior oblatio non fuit recepta, vltimusq; licitator fuit admissus cum consignatione effectuali rei subhastatæ, quia tũc omni casu liberatur primus licitator reiecto periculo in officialẽ, vel subhastatorem. Asin. ibi. c. 12.

REMED. LXXVII.

Ex l. 1. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. & l. qui admittitur. cum l. seq. ff. pro soc. circa debitorem debitoris, & socium socij pulsandum.

SVMMARIVM.

1 *Debitoris debitor non modo hypothecaria, verùmetiam personali, & sine expensis, conuenitur: aliàs vero nequaquã nisi sit reus calumniæ.*

2 *Debitoris fisci, vel communitatis debitor, etiam ante diem in subsidium, (discussio tamen prius principali) conuenitur.*

3 *Creditori creditoris rectè soluitur.*

4 *Debitoris debitor, vt conueniatur in subsidium, tria præcipuè requiri, & quæ.*

5 *Debitoris, debitor, illiquido existente debito, neque etiam hypothecaria conuenitur.*

6 *Socij mei socius.*
Coloni mei colonus.
Fideiussoris mei fideiussor.
Conductoris conductor, &c.
Vassalli mei vassallus, Socius, colonus, fideiussor, conductor, & vassallus meus in subsidiũ dicuntur, quando constat de dolo tertij, alioqui seccus, quòad obligationem, non quòad rem.

7 *Socius etiam omnium bonorum, socium, illi, cum quo contraxit regulariter non obligat, nisi iure societatis in communem vtilitatẽ contraxerit, neque etiam sibi eum obligat, nisi versum probetur in eius commodum.*

8 *Socius, qui communis pecunia suam tantùm portionem exegit, communi debitore decocto, eam in subsidium cõsocio communicare tenetur. distinguendo tamen, inter incidentem, & conuentionalem societatem.*

1 Ebitoris debitor non tantũ potest cõueniri vtili † hypothecaria, verùm etiam personali actione in subsidium, & sine expensis, nisi sit reus calumniæ: alioqui recta via non potest conueniri is, quẽ non habemus obligatum. l. vlt. ff. de contrah. empt. glo. Cyn. & Bald. ad l. 2. C. de condict. ex l. Bart. ad l. 3. C. de her. act. Salycet. ad l. 2. C. quãdo fisc. vel priua. Rebuff. de litera. obligat. artic. 7. glo. 1. nu. 13. l. 1. C. de conuen. fisc. debitor. lib. 10. qui tex. loquitur etiã in debitore tributario fisci.
2 quamuis ob inopiam debitoris † fisci vel communitatis possit post discussionem exigi, etiam ante diem. l. 1. C. de condict. ex l. Caroci. de excuss. bono. par. 2. q. 53. §. omnes. in authen. de collat. Bald. ad cap. cæterum. col. vlt. de iudicijs. Alex. ad l. à diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudicat. Rimin. iun. cons. 6. nu. 63. vol. 1. Purpur. cons. 88. col. 1. vol. 1. Surd. cons. 4. vol. 1. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 25. Vincent. de Franch. Decis. 273. num. 4.
3 par. 2. sicuti rectè soluitur creditori † creditoris. l. solutum. §. solutũ. vbi Bar. ff. de pignor. actio. Bart. in. l. non solum. §. 1. ff. sol. matr. Alb. cons. 532. nu. 12. Magon. sub Rot. Florent. Decis. 94. nu. 8. Quãdo
4 autem in subsidium exigitur † debitor debitoris, adhuc tria requiruntur. s.

Principalis debitoris condemnatio, vel quod debitor habeatur pro condemnato ad formã statuti nostri Ticinen. nu. 5. sub rub. quæ debita sint tondemnata.

Secundò, quod fiat excussio in bonis principalis debitoris, nisi actum sit Saluiano interdicto vtili, vel personalis vtilis sit intentata.

Tertiò confessio ipsius debitoris vel cõdemnatio illius si fortè debitum nagauerit
5 quia nec hypothecaria † agitur contra debitorem debitoris, si debitum non sit liquidum Salicet. d. loco. Roma. cons. 224. nu. 7. Purpur. d. cons. 88. in prin. Gabriell. cons. 41. nu. 6. lib. 1. ac Surd. d. cons. 4. nu. 1. 2. & 37.

Pariformiter socius socij mei dicitur
6 meus † socius in subsidiũ, quando constat
7 de dolo tertij: aliàs socius etiam † omniũ bonorum non obligat socium illi, cũ quo contraxit, nisi iure societatis facerent, & conuerterint in communem vtilitatẽ, nec sibi eundem obligat, nisi probetur versum l. iure societatis. ff. pro soc. Fulgos. cons. 209. Alex. cons. 139. vol. 5. Zuccard. cõs. 72. nu. 41. Thesaur. Dec. 136. Rot. Luc. ex Magon. Dec. 1. Vallasch. Deci. 98. strauа. de decoctorib. par. 3. Caroc. Decis. 108. apud nos de portion. rata. q. 99. Rot. Gen. Deci. 15. fit colonnus coloni mei fideiussor fideiussoris mei, conductor cõductoris mei, & vassallus vassalli mei, alioqui secus, quòad obligationẽ non quòad rem. l. qui admittitur. cum l. seq. ff. pro soc. l. cõsilij. §. vlt. ff. de reg. iur. Glo. ad l. Modestinus. ff. de verb. sign. Alex. cons. 139. nu. 2. vol. 5. vbi assumptus in socium potest cõueniri in subsidium Petr. de Vbald. tract. de societa. par. 10. q. 1. Bart. ad l. 1. C. si vend. pigno. agat. Rot. Florent. apud Magon. Decis. 102. nu. 20. Rot. Genuen. Decis. 27. nu. 1. & Caroci. de locat. par. 1. tit. de colon. coloni. paruæ editio. Vel in casu
8 exactæ † pecuniæ communis, & si partem tantùm ad se spectantem vnus ex socijs exegisset, cùm debitor posteà est decoctus vt in subsidium communicetur exacta pecunia. D. Menoch. cons. 46. vol. 1. Rot. Genuen. Dec. 46. Distinctione obseruata inter societatem incedentem, & conuentionalem. Afin. tract. de execut. §. 7. cap. 127. vbi quoque de intellectu. legis vltimæ. C. depos.

Ad hęc nouimus denuntiationem litis in casu euictionis fieri posse validè authori authoris, quando non sunt cessæ actiones, prout hodie obseruatur, dum indistinctè ceduntur actiones, & constituitur emptor procurator in rem propriã Marãt. sui specu. par. 6. membr. 5. iudicij. in fin. sicuti potest in subsidium conueniri cessionarius, si cedens non possit soluere debitũ hæreditariũ absque vlla discussione Ancharan. cons. 5. Et scribit Parlador. rerum quotid. lib. 2. c. vlt. par. 4. §. 2. n. 5. contra emptorem hæreditatis fieri executionem in subsidiũ, scilicet, quando venditor non esset soluendo l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. l. planè. §. si quis rogatus. ff. de leg. 1.

At prædicta limitabis ex Bart. ad l. Iulianus. §. pen. ff. de actio empt. cum relatis per Alb. cons. 333. nu. 7. vol. 2. vbi quãdo ius non est explicitum nec formatum, nõ possumus agere contra debitorẽ debitoris nostri, sed dumtaxat contra debitorẽ, vt cõtra illum suum debitorem agat, vel nobis cedat actiones suas, quemadmodum etiã recipitur hæc distinctio iuris non formati vel formati in persona defũcti actiuè & passiuè, vt primo casu hæres impugnare queat factum defuncti: secundo verò nequaquam. Phanuc. de inuent. par. 7. n. 163. cum seq. Mari. Anton. lib. 2. variar. resolut. 59. cas. 26. & in simili faciunt, quę not. Laur. de pinu. cons. 15. n. 13. vbi concludit, quòd legitimatio retrotrahitur in his quæ sunt fauorabilia ipsi legitimato, & tertio non præiudicant in iure illi iam quæsito, & formato, vt ibi per eum.

Neque cum prædictis pugnat, quòd in nomine debitoris alioqui cõprehenso sub obligatione generali omnium bonorum non requiratur excussio, iuxta receptionẽ & veriorem sentẽtiam quam affirmat per Caro. tract. de excuss. bonor. par. 1. q. 1. & par. 2. q. 7. in fi. quoniam procedit in iure, vel nomine cesso, & præterea potest debitor excipere, vt patiatur creditor talem rẽ ab ipso distrahi pro satisfactione crediti. idem Caroc. d. q. 7. nu. 8. vel intelligendũ est dubium, quoad remedia possessoria, vel quasi: alioqui secus. Surd. cons. 4. nu. 32. cum seqq. vol. 1.

REMED. LXXVIII.

Ex l.honor.§. gerendorum. ff. de mun. & honor. quando toleretur officialis confirmatio, & continuatio.

SVMMARIVM.

1 *Officialium confirmatio, & continuatio in subsidium, an, & quando fiat.*
2 *Officialis potest inuitus compelli ad pergendum in officio, quando alij idonei non reperiuntur.*
3 *Officijs duobus quando in subsidium quispiã fungatur.*
4 *Syndicatus debet pracedere confirmationem officialis.*
5 *Officium prorogatum dicitur vnum, & idem cum primo, quoad fauorem.*
6 *Actus necessarijs quomodo à voluntarijs distinguantur.*
7 *Maioris partis placitum quando praualeat, & quando dissentiente vno nihil fiat.*
8 *Actus voluntarij qui dicantur.*
9 *Officialis deputatus ab vniuersitate quando possit reuocari sine causa.*
10 *Xenia, & xeniola vtrum licitè accipiantur per magistratus, & quid in muneribus illicitis, vt sunt pecuniæ.nu.12.& 13.*
11 *Accipere à nemine valde inhumanum est, sed passim vilissimum, & omnia auarissimum.*
14 *Officia publica ad publicum ærarium penè exhaustum recreandum, atque asseruandũ interdum venduntur.*

Crebrò in disquisitionem vocatur, an officialis confir-
1 matio, & continuatio † in subsidium sit toleranda, cui aliàs nõ pateret locus, vno ex populo, aut aliàs inter interessãtis reluctante, siue agatur de volente repetere honores aut functiones, vel de inuito. l. honor.§.gerẽdor.ff.de muner. & honor. §.vlt.in authen.de defens. ciuit. Glo. ad l. diuus.ff.ad municipal.Felyn.ad cap. cùm omnes. num.18.extra de constit. Iaf.ad l. iurisgentium.§. hodie tamen.nu. 8. ff. de pactis. Borgnin.Decis.32.num.30.par.2. Mari.Antonin. lib.1. resolut. vlt.cas.64. & frequentius placuit opinio affirmatiua, at in subsidium, scilicet vbi alij desideran-
2 tur idonei, posse quempiam † compelli, nedum admitti ad repetendum officium. d.l.honor.§.vlt.& l.æstimationem. §.vlt. ff.de muner.& honor.glo.& Salicet. ad l. vni.C.ad l.Iul.de æmbit.l.quis tam. C. de decur. libro 10. in puncto Cranett. cons. 459.nu.2.& seq.vol.3. Natta cons.58.n. 4.& Surd.cons.261.nu.11.vol.2. vbi officij confirmatio admittitur in subsidium, tametsi in officio cõtinuatio sit prohibita:
3 quemadmodum functio † duorum officiorum simul,& semel admittitur in subsidium,quàmuis sint prorsus incõpatibilia vt agere actorũ magistrũ,vel (vt vocant) actuarium, & simul iudicis munus obire. Vincent.de Franch.Dec.479.par.3.Matthesyll. singul. primo.num.6.& 7. Natta d. cons.58. Rimin.iun.cons.467. nu.80. vol.4.potissimùm stante illorum tenuitate. Surd.d. cons.261. nu.10.Ità autem vt sim dicta nostra intelligi,vt præcedat sem
4 per † sindicatus antequam cõfirmetur officialis. Natta cons.57. sic etenim passim obseruatur.l.neminem.vbi Areti.C.de susscept.& archar.lib.10.Secundo,quòd cõfirmatio fiat per viam vnius prorogatio-
5 nis,quia officium prorogatũ dicitur vnũ, & idem cum primo, quoad fauorem,non quò ad odium.Surd.dicto loco. Gab.suis cõmunibus.tit.de dilation.concl. 2.proinde sufficit iuramentum præstitũ in principio officij.Bart.& Alex. ad l.dies. ff.de dãn.infect. Surd.d. loco ad fin. Postremò
6 declaratur distinguendo actus † necessarios seu vtiles ab actibus voluntarijs, cum glo.ad d.c.cùm omnes,quæ communiter recipitur.additio ad Dec.in comment.d. cap.cùm omnes.vt in actibus necessarijs,
7 & vtilibus non stetur † maiori parti, neq; pluralitati per regulã,quę ad omnibus est recepta, quòd vbi adest necessitas, nõ requiritur concursus maioris partis, sed minor pars sufficit:sicut in his,quæ malo zelo explicantur, vel fiunt contra ius: In his autem voluntarijs reluctatio seu contradictio vnius vitiet totum actum, sicuti in gratiosis vno discrepãte nihil fit,nisi publica subesset vtilitas.Vincent.de Franch. Dec.2.nu.21.22.& vltra par.1.vbi tamẽ non

non cōsentit prædictę distinctioni, quam veriorem diximus. Natt. d. conf. 58. nu. 9. & 10. Bertrand. conf. 145. not. 1. volum. 2. par. 2. Laderch. conf. 179. nu. 2. Franc.
8 March. Dec. 924. par. 1. Porrò actus † voluntarios eos esse declarat Bero. ad d. cap. cùm omnes. nu. 79. in quibus nulla consideratur vtilitas vniuersitatis, sed damnum tantummodò. Quod si officialis esset de-
9 putatus † ab vniuersitate aliqua ad beneplacitum, veluti auditor seu assessor à collegio mercatorum is non posset reuocari sine causa, nec impediretur cōfirmatio in eo munere, etiā vno dissentiente, sed collegialiter reuocari deberet cum ratione, itaut stetur maiori parti d. quod maior. ff. ad municipalem. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. nom. cap. auditis. de electio. & c. cōstitutus. vbi Abb. & Franc. de appellat. Franc. Marc. Dec. 1034. cum seq. par. 1. apud nos tract. de facti scient. & ignor. inspect. xxx. tom. 1.

Postquam incidit sermo in officiales, vltrò se se offert elegantissimum dictum Accursij ad l. plebiscito. ff. de off. præsid.
10 vbi xenia † in subsidium, scilicet, cū deficit salarium, licitè capiuntur per Magistratus quæ edulium, seu victus quotidiani non excedant vsum, sed intra proximos dies prodigantur, propterea quòd modum adijcere, & mensuram seruare admonentur, qui in aliquo sunt officio, ne cōtingat fieri fraudem legi de re ad rem, contra. text. vbi etiam glo. ad l. contra. ff. de legibus, & ne xenia producantur ad munerū quantitatem. idcircò veteri prouerbio circumfertur, quòd valde inhumanum
11 est, à nemine † accipere: sed passim ab omnibus vilissimum, & omnia auarissimum l. solet. ff. de off. proconsu. ac refert Valentin. Forster. in hystoria iuris ciuil. Rom. Mutation. 7. versic. de Magistratibus prouincialib. Neuizan. in sylu. nupt. lib. 5. num. 92. & plur. seqq. Mascard. de probat. conclus. 764. nu. 13. atque Thom. Actius de ludo scachorum quæst. 10. nu. 81. vbi refert illud Terentianū in Andria, apprime in vita hominis vtile est, vt ne quid nimis: nimia enim omnia nimium exhibent negotium.

Cæterùm indistinctè abstinendum est
12 à muneribus † illicitis, vt sunt pecuniæ, *Io Bapt. Costa Tract.* tam quòd delegatos iudices, quàm quòad ordinarios: secus in esculentis, & pocu-
13 lentis, quæ xenia seu xeniola † sint, quando salarium non habent, quod sit sufficiēs ad mediocrem victum, vel quando non sit facultas exigendarum ab his sportularum secūdùm taxam, dummodò sint corruptibilia, & consumptibilia paucis diebus. cap. statutum. §. insuper. Ibiq; Io. Andr. de rescript. in sexto. glos. ad l. solent. §. fin. ff. de offic. præsid. & notabiliter Alex. conf. 206. nu. 9. cum duobus sequentibus vol. 2.

His vel facilè constat, quòd iustitia est gratis exhibēda à iudicibus, & principibus: nec valeret consuetudo cōtraria in ecclesia. Card. Butr. & Abb. ad cap. cū ab omni. de vit. & honest. cler. latè Vasq. cōtrouers. Ill. lib. 1. in præfation. cap. 7. num. 1. & 2. vbi ad rem hanc recenset historiam quandam Hispalensem.

14 An autē officia publicæ vendi † in gratiam pub. ærarij possint, & quando; non est sanè præsentis instituti. Idcirco ad Vasq. recurrito lib. 1. controuers. Ill. cap. quadragesimosecundo. cum seq. vbi hanc arduam excutit quæstionem speculatiuè, & practicè ex D. Thom. Sot. & Caiet. Addo Soc. sen. conf. 146. nu. 2. vol. 1.

REMEDIVM LXXIX.

Ex glos. ad l. iubemus §. sanè. ver. Oeconomis. C. de SS. eccl. circa actionem popularem, vel quasi.

SVMMARIVM.

1 *Actio popularis, ex qua Actio ex albo corrupto, & Ne quid in loco publico, ac Aedilitia actio in factum, descendunt, an sit subsidiaria exempla dat nu. 2.*

3 *Inuitis his, quorum interest, an exerceatur popularis actio, & an etiam clericus eam exerceat appellando pro condēnato ad mortem. nu. 4.*

5 *Actio popularis tam in ciuilibus quam in criminalibus causis permittitur. & quid in priuatis delictis. nu. 8.*

V In

6 *In hæresis crimine quis etiam inuitus tenetur denuntiare vel accusare, & quare.*
7 *Inimicus verus vel præsumptus in crimine hæresis an sit idoneus testis, & an amicus inimici. ibid.*
9 *Actio popularis an, & quando duret vltra annum. & eius peculiaria. num. 10. 11. 12. 13. 14.*
15 *Exceptionis tuâ non interest; valor & potestas in ciuilibus, & criminalibus, ac etiam beneficialibus nu. 16.*
17 *Quasi popularis actio an detur si ad munia ecclesiæ electus sit indignus remissiuè. vel in accusatione suspecti tutoris. & an mulieres, & quæ admittantur.*

1 N Actio popularis, quæ suum ius populo† tuetur. l. 1. ff. de popul. action. veluti præ cæteris actio ex albo corrupto l. in honorarijs. ff. de act. & oblig. Herman. Bareng. tract. de formand. libell. c. 21. n. 3. vel ne quid in loco publico fiat. l. in prouinciali. §. si in publico ibique Alex. nu. 11. ff. de nou. oper. nunt. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco pub. & Iul. Ferret. tract. de re nauali. lib. 11. n. 41. & actio ædilitia in factum; Caballin. de euict. c. 4. num. 1. fit subsidiaria, nec nesliquet apertissimè ex glos. ad l. iubemus. §. in ver. œconomis. C. de SS. eccl. vbi cui-
2 libet † permittitur in subsidium vendicare bona ecclesiæ malè alienata, vndè Bart. ad d. §. si in publico. nu. 8. & 9. ait, quemlibet de populo posse nuntiare nouum opus contra temerè ædificantem in rebus ecclesiæ, sicuti in loco publico. Rip. de interd. respons. 1. c. nu. 5. par. 2. de quo inferius Remed. 108. & ad instaurãdum matrimonium malè celebratum quilibet admittitur, atque ad excipiendum de excõmunicatione, aut de confractis seu violatis finibus. Fely. ad c. dilecti nu. 3. de maior. & obed. vbi etiam extendit ad executionem piæ vltimæ voluntatis, negligente
3 episcopo. Etiam inuitis his, de † quorum interesse agitur, potest exerceri actio popularis, vt probatur in l. non tantum. ff. de appell. vbi pro condemnato ad mortẽ quilibet de populo potest appellare, contradicente quoq; damnato: Imò clerico
4 † permissa est eo nomine appellatio. Clar. § fi. q. 94. nu. 5. quia clerici dicuntur de populo. latè Ill. Card. Tusc. practicab. iuris conclus. littera C. concl. 383.
5 Neque verò in ciuilibus † dũtaxat actio popularis, verùm etiam in publicis criminibus, in quibus pœna venit fisco applicãda; vnusquisque de populo ad accusandũ est admittendus. Angel. Aret. ad Rub. ff. de publ. iud. Franc. Marc. Decis. 72. par. 2. præcipuè in crimine hæresis quilibet ad-
6 mittitur, immo tenetur, vel inuitus † accusare seu denuntiare, cum crimen hæresis sit publicum & opprobria in Deum nõ debeamus dissimulare; ex quo ipse nostra deleuit. c. in nonnullis de Iudæis. etsi commissa in diuinam religionem, respiciunt omnium iniuriam. l. 2. C. de apostat. & Ro-
7 yas singul. 10. vbi etiam inimicus † verus, vel præsumptus admittitur ad accusandũ in hoc crimine licet non sit idoneus testis, esto quod adsint causæ inimicitiæ, & de his constet iuxta tamen arbitrium iudicis. idemq; in amico inimici, Royas singul. 199. latissime Farinac. tract. crimi. par. 2. quæst. 53.

Præterea actio popularis competit etiã
8 in priuatis † delictis, quando agitur de pena pecuniaria. Angel. Perus. ad rub. ff. de popul. action. in princ.

Verumtamen licèt vltra annum actio
9 popularis, non extendatur, nisi post litem contestatam. l. vlt. vbi glos. ff. de popul. action. Franc. Marc. d. Decis. 72. num. 5. Quintilian. Mandos. in casib. annalib. nu. 199. Nihilominus habet quædam præcipua. scilicet, quia sententia lata contra
10 vniuersitatem in actione populari, † vel contra aliquos habitatores, vt vniuersos, alicuius Castri, siue incolas alicuius pagi præiudicat, ac etiam prodest omnibus incolis, eorumq; successoribus. Guid. Pap. q. 279. & Bertaz. consi. ciuili 125. nu. 21. cum seqq.

Insuper iuramentum vnius in hisce
11 actionibus obest † omnibus, nisi detegatur collusio. l. eum, qui §. in popularibus. ff. de iureiurand.

Rursus in popularibus actionibus non
12 potest dari † procurator, nisi pertineat ad vtilitatem priuatam agentis. l. mutus §. in popularibus, & l. licet. ff. de procurat.

Item

Item in prædictis actionibus consumitur † actio vno agente, nisi in certis casi-
13 bus, quos prosequitur. Abb. in c. dilecti de elect.

Addo ex Anchar. conf. 416. num. 2.
14 quod in actionibus popularibus † conticescit prorsus exceptio tuà non interest, alioqui robustissima, ponderosa, & valdè
15 potens, cum sit litis † finitæ, & repellat à limine iudicij. l. 1. ff. de appell. recip. Aretin. in §. appellantur. num. 73. Instit. de except. Dec. consl. 302. n. 1. & 4. Asin. praxi. iud. §. 13. c. 6. nu. 1. Surd. Decis. 52. nu. 2. Decian. cons. 16. nu. 76. vol. 1. tam in ciui-
16 libus, † quàm in criminalibus, atq; in beneficialibus, quia is cuius non interest, nō auditur excipiendo: multò minus agendo. l. nec legatarius. ff. de cond. furt. cap. post electionem. de conces. præbend. l. ex conuentione. vbi Alex. & Dec. C. de pact. Bart. in l. si pupillo. §. videamus. ff. de neggest. Alex. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. Rom. cons. 347. & 389. cum adductis per Illust. Card. Tuscū practicabil. concl. iuris in litera E, concl. 377. postquam omnibus est in confesso, quod exceptio datur facilius, quàm actio l. mutus. §. cui damus: ff. de reg. iur. cap. qui ad agendum. eod. in 6. l. 1. ff. de superficieb. l. vendicantem. ff. de euict. Alex. cons. 62. n. 6. & 7. Dec. cons. 33. nu. 3. vbi prohibitus petere, non prohibetur excipere, vel retine. Illust. Cardin. Tuscum vnum refero apud quem innumeri habentur in d. litera E. concl. 374.

Quid autem sit dicendum de quasi po-
17 pulari actione, quando electus † reperitur indignus ad munia ecclesiastica, euoluito Panorm. ad cap. dudum. n. 3. de election. & ad d. c. dilecti nu. 15. de election.

Quasi publica quoque, & popularis dicitur accusatio suspecti tutoris, nā cuiuis accusare volenti hoc permittitur, etiam mulieribus quas necessitudo sāguinis pietasq; contingit. l. 1. §. consequens. ff. de suspect. tutor. & l. pietatis. C. eod.

REMED. LXXIX. ILLATIO.

Ex l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. & cap. veniens. de accusat. circa excusatores absentium in causis criminalibus, quando agitur de pœna corporali.

SVMMARIVM.

1 *Excusatores cur, & quando admittantur in criminalibus.*
2 *Excusator allegans causas causæ minimè auditur.*
3 *Defensor alienæ litis, causæ, vel rei nemo sine satisdatione idoneus existit.*
4 *Excusator non eget mandato, & ibi de excusationibus necessarijs siue probabilibus tantùm quarum afferuntur exempla.*
5 *Excusator vt admittatur in criminalibus requiruntur quatuor.*
6 *Excusatore spreto, an & quand processus sit censendus nullus.*
7 *Excusatori in causis ciuilibus celeriter expediendis an pateat aditus.*
8 *Regulam facit ius, eiq; statur, donec contrarium probetur.*

ET sanè partes excusatoris existimamus esse subsidia-
1 rias † in criminalibus, quādo agitur de pęna corporali, quoniam tunc non potest constitui procurator, nec aliter potest reparari preiudicium absentis tam graue, vt est discrimen vitæ. l. seruum quoque §. publicè. ibiq; Alberic. ff. de procurator. Abb. ad c. veniens nu. 21. de accusat. Specul. in tit. de excusator. per tot. & abundè Clar. in §. fi. q. 32. 33. & 34. Thesaur. Decis. 265. n. 8. 11. & 16. atque Andr. Gaill. de pace pub. lib. 1. c. 10. nu. 16. dummodo
2 non alleget causas † Inno. ad d. c. veniens: immo hic excusator non tenetur satisdare. l. nemo alienę. ff. de reg. iur. tametsi re-
3 gulariter nemo sit alienæ † rei defēsor absque satisdatione. §. si verò. Instit. de satisd.
4 neque aliquo mandato † opus est, siue proponantur excusationes necessariæ, veluti infirmitatis, vel carcerationis alio in loco. addo ego, & alterius bāni ab eodem dominio pro cōdemnatione capitali, vnde nec conueniri potest, neque comparere tenetur: consequenter non potest rebanni alio non facto per cui iam edoctam de primo bāno capitalli. Boss. praxi. crim.

V 2 de

de citationibus. nu. 35. cum seqq. Cæphal. cōs. 304. n. 8. & 100. plenè Farinac. tract. crim. par. 1. q. 11. limit. 9. tametsi de facto seruetur impetratio salui conductus, qui non est eidem denegandus, Clar. §. fi. q. 16. nu. 4. & quæst. 32. nu. 12. sine excusationes deducantur probabiles tantùm, vt loci non tuti, inimicitiæ, insidiarum, & hu-
5 iusmodi, dummodo quatuor † copulatiuè concurrant ad mentem criminalia scrutantium.

Primum est, quòd absit calumnia.

Secundùm quod exceptiones adductæ per excusatorem concernant dumtaxat factum; non etiam ius, vt est declinatoria fori, quia eo casu requireretur mandatū.

Tertiū est quod contraria consuetudo non repugnet.

Quartum & vltimum est, quod excusator se cōtineat intra cancellos solius absentiæ, vel infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti: non autem compareat proponens defensiones ipsius rei, tamquā instructor, vel informator, saltem inspecta communi practica in hoc dominio, quicquid aliàs dici possit in puncto iuris, vt quilibet de populo possit, & debeat admitti in criminalibus pro defensione imputati de crimine ad instruendum curiam etiam vti simplex defensor Alex. cons. 4. vol. 6. Clar. d. q. 33. nu. 2. & 3. Gabr. fin. communibus. tit. de except. cōcl. 3. Odd. de restit. in integr. q. 30. nu. 5.

6 Et verò processus est nullus † spreto excusatore, qui obtulit se probaturum causam impedimenti. Quòd si se non obtulit ad probandam causam absentiæ de longinquo, vel saltem ei finitimam, valet quidem processus; verumtamen competit adhuc restitutio in integrū. teste Bar. extrauag. ad reprimendum. ver. neglexerit nu. 3. D. Odd. de restit. in integr. d. q. 30. nu. 1. cum seqq.

7 Cæterùm in causa ciuili † etiam desiderante celeritatem, qualis est causa matrimonialis, & electionis, distinctionem hāc recipi aliquando obseruaui, nimirum, aut citatus personaliter venire non fuit impeditus, quò minus procuratorem constitueret, & tūc ad causam & ad excusationes proponendas tenetur procuratorem constituere proindè excusator nō admittitur sine mandato. c. cupientes. §. quod si per viginti. de election. in 6. Aut constat, quod nec potuit constituere procuratorem, quamuis adhibuerit omnes cuneos pro illius constitutione, & tunc admittitur excusator absque mandato: Aut dubitatur, an potuerit constituere procuratorem, vel id minus. Et istum casum denuo distinguerem hūc in modum, scilicet, aut semel fuit reus, vel citatus in iudicio, & tunc nō fit perquisitio aliqua, sed sufficit, quòd non reperiatur, quamuis in causis Rotalibus fiat contra latitantem diligentia per vnum, deindè per duos cursores in locis publicis, & habita relatione, quod non repetitur, fit decretum, & citatur per contradictas, vel secundum qualitatem temporis per affixionem, quę citatio in ciuilibus est legitima. Vantius tract. de nullitatib. tit. de nullit. ex def. citat. nu. 110. ac Illustr. Card. Tuscus in suis practicabilib. iuris cōclusionib. in litera E, cōcl. 469. Aut de eo loquimur, qui numquam fuit citatus, & tunc stādum est regulæ. d. l. nemo alienæ. & d. §. si verò, cum regulam
8 † ius faciat, & ei sit deferendum, donec cōtrarium probetur: & allegans exceptionē debet illam probare. l. suus quoq; ff. de hęred. instit. glo. ad c. 1. in fin. de reg. iur. in 6 Bart. ad l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. Bald. ad c. 1. de alien. iud. mot. caus. fact. Decian. cons. 24. num. 5. & cons. 53. num. 8. volum. 1. & insigniter Buis cons. 186. num. 9. volum. 2. ac Viuius Decis. 135 lib. 1.

REMED. LXXX.

Ex no. constitutionib. Mediol. tit. de contin. possess. def. in hæredem circa cōtinuationem possess. defuncti in hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiuum remedium dicitur subsidiariū, & cur, ac quando. n. 3. & 10.*
2 *Possessio ciuilissima non indiget apprehensione, neque requirit actum corporeum.*
4 *Contard de mom. poss. limitat. 2. num. 17. opinio reijcitur.*

5 Fidei-

5 *Fideicommissum, quamuis clarum, & notorium, debet accipi de manu hæredis etiam non obstante licentia testatore data. nu. 7. declarando, vt nu. 8.*

6 *Vsusfructus etiam generalis legatum capi debet de manu hæredis.*

9 *L. non est dubium. C. de legatis. pœna non practicatur, & in multis casibus cessat.*

11 *Associatio, seu associandi præceptum quando decernatur in gratiam hæredis violentis continuare.*

12 *Continuatiuo remedio locum faciunt tria requisita.*

13 *Continuatiuo remedio non vtitur substitutus, sed primus hæres tantum.*

14 *Habilitas in primo hærede requiritur tribus temporibus, non in fideicommissario.*

15 *Legitimatio personæ in omni iudicio etiam summario exigitur.*

16 *Spurius hæres institutus, cuius legitimatio reuocatur in controuersiam absque calumnia, num possit vti remedio continuatiuo.*

17 *Patris assertioni circa filij legitimationem non creditur.*

18 *Spurio congruentius opponitur exceptio directè inficiens possessionem, scilicet, tu non potes possidere.*

19 *Instituto in re certa minimè competit beneficium continuandi, & cur.*

20 *Filius pro sua legitima an possit vti beneficio continuandi.*

PLanè inter subsidiaria remedia extare continuatiuum,
1 † patet ex Nou. Const. de contin. poss. defunct. in hæred. pinguius prætcrea prouidens, quàm quodlibet aliud ex tribus illis remedijs, scilicet quorum bonorum, quorum legatorum, & l. vlt. C. de edict. diui. Hadr. de quibus cumulatissimè apud Peregr. de fideicomm. art. 46. cũ duobus seqq. Alex. cõs. 82. & 83. vol. 2. Gabr. suis cõmunibus tit. de acq. poss. concl. 9. Dec. cons. 84. Nizol. allegat. 18. Honded. cons. 18. vol. 2. Plot. ad l. si quando. num. 110. C. vnde vi. Alciat. cõs. 42. lib. 6. secundum Venetam Impress. cum adductis supra re-
2 med. 46. Etenim hæc possessio, † quã appellant ciuilissimam est eadem cum illa, quam habebat vltimus possessor, & defunctus, non quoad substãtiam, & actualem effectũ ipsius possessionis, sed solum quoad qualitatem habitualem, vt successor habeatur pro possessore instar defuncti. Bal. in c. 1. de contr. int. mas. & fęm. Steph. Gratian. Rom. discept. Foreñ. cap. 113. nu. 13. non requirit aliquem actum corporeum, nec expectat vllam apprehẽsionem. sed solam aditionem perquirit. alioqui in his, quæ sunt facti, necessaria esset apprehẽsio, quo pacto non obtinet. l. cum hæredes. ff. de acq. poss. latè Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. de communi fidem facit Achill. Personal. eod. tract. nu. 532. cum seqq. ex rationibus Afflict. Decis. 299. cum adductis per nos. cõs. 23.
3 vol. 1. Deinde subuenitur † hæredi, non solùm quoad remedium retinendæ possessionis contra turbantem eum in naturali, verùm etiam adipiscendæ possessionis pro defensione suæ possessionis respectu actualis, & plenæ possessionis: quin amplius agit hæres remedio recuperãdæ, quando verè fuit ab alio occupata possessio post obitum authoris, tametsi adhuc actualiter non esset apprehensa possessio. Rip. in l. 1. §. hoc interdictum num. 14. ff. quorum bonorum. Didac. var. resol. lib. 4. c. 5. nu. 6. Peregr. d. art. 47. nu. 23. Honded. d. cons. 18. nu. 15. cum seqq. Id quod
4 perperam oppugnat † Contard. de moment. poss. limit. 2. nu. 17. attestans, quòd consentiunt omnes DD. moderni, & antiqui in casu statuti de contin. possessione defuncti in hæredem, non posse intentari ab hærede interdictum recuperandæ. sed solùm adipiscendæ, super quo tædet morari, postquam nouæ constitutiones vlterius procedẽdo disponunt, vt nullo tempore vacet possessio, sitq; nullius momenti, & roboris occupata ab altero, neque detur medium inter mortem testantis, & aditionem, quòad omnem iuris effectum. Paris. cõs. 41. vol. 1. & cons. 54. volum. 3. Magon. Rot. Lucens. Decis. 45. Gabr. d. concl. 9. nu. 21. imò potest, ac debet dici eadem possessio, quæ erat penes defunctũ. Dec. cons. 467. nu. 16. & Nizol. d. loco. n. 45. nisi quoad bona existẽtia penes hæredẽ illius, qui constituerat se possidere. Plot. in. d. l. si quando. nu. 821. vnde passim ob-
5 seruat praxis, quòd fideicõmissum † quãtumuis notorium, & clarũ debet capi de

manu hæredis. Plot. d. l. si quando. n. 847. cum seqq. Natta. cons. 223. lib. 1. Bellon. cons. 42. Rimin. iun. cons. 91. vol. 1. Bero. cons. 91. vol. 2. Cæphal. cons. 625. nu. 6. & seqq. Crau. cons. 798. volu. 5. Bursat. cons. 349. vol. 4. Hóded. cons. 26. vol. 1. Decis. Perusin. 47. par. 1. Nizol. d. alleg. 18. num. 18. cum seq. & nu. 27. Put. sub Rot. Roma. Decis. 229. lib. 1. Franc. Marc. Decis.
6 445. par. 2. sicuti de vsufructu omnium † bonorum Paris. cons. 37. vol. 3. Dec. cons. 418. nu. 3. Francisc. Marc. Decis. 824. p. 1. Plot. ad l. si quando. nu. 54. C. vnde vi. Caualcan. de vsuf. mul. rel. nu. 10. cum seqq. declarando cum Peregr. d. art. 47. nu. 51. & Franc. Marc. Decis. 825. par. 1. etiam si
7 sit data licentia † per testatorem fideicommissario apprehendēdi, quasi deficiat potestas, licèt adsit voluntas, Ias. cons. 85. lib. 3. & 146. vol. 4. Bertaz. cons. ciuil. 69. nu. 38. cum seqq. Anguil. cons. 56. n. 55. & seq. Peregr. d. art. 47. nu. 20. nisi desit à
8 quo petatur † fideicommissum, vel nisi idē sit fideicōmissarius, & hæres. Elbert. Leoninus cons. 78. nu. 9. Neque verò pœna
9 amissionis legati aut fideicommissi † de qua in l. non est dubium. C. de legat. metuenda est, tum quia non practicatur Io. del Castil. tract. de vsufr. cap. 6. num. 23. Didac. lib. 3. var. resol. cap. 16. nu. 7. vers. his præterea, tum etiam, quia ab ea excusat quælibet causa colorata, & præterea cessat, vbi nihil esset detrahendum ab hærede, cùm lex abhorreat remedia superuacanea: vel vbi constaret de implicita voluntate hæredis. Bar. ad l. vnic. C. quorum. legat. & cons. 67. lib. 2. Natta cons. 234. & 653. Purpur. cōs. 89. vol. 1. Rom. sing. 88. Guid. Pap. Decis. 609. Rot. Auenio. Decis. 104. Sim. de Prætis tract. de interpret. vlt. vol. inspect. 2. dubit. 1. nu. 77. cum seqq. pag. 504. & Peregr. d. artic. 47. nu. 11. cum seqq. Nec diuersum est, si restitutio esset facta ipso iure, quia adhuc actualem possessionem debet fideicommissarius petere ab hærede. Dec. d. cons. 467. nu. 12.

Ex alio quoque dignoscitur subsidia-
10 rium, quia sub prætextu † scandali non fit auocatio, nec sequestratio possessionis in præiudicium hæredis. Menoch. cons. 696. n. 6. vol. 7. vbi redditur ratio. His accedit aliud motiuum subsidiarij quia in alijs remedijs possessorijs præter interdi-
11 ctum retinendæ, requiritur citatio † possessoris: in hoc nequaquam, sed sumptis summarijs informationibus de morte, de proximitate, vel de vocatione in testamēto facta conceditur facilè associato, saluo iure cuiuslibet legitimi cōtradictoris sine metu appellationis quæ suspendat. vt scripsi d. cons. 23. nisi res sit cum possessore annali, qui citandus est per hæredem se in possessione continuari volentem, quemadmodum cauit eadem constitutio d. loco. vers. insuper. Ita placuit Bart. cons. 91. lib. 1. Nizol. prædicta allegatione 18. nu. 31. & 32.

Verumtamen tria præ cæteris concurrant, est necesse, vt sit locus huic reme-
12 dio †.
13 Primum est, quòd agatur de primo † hærede. Gabr. d. concl. 9. nu. 13. Plot. in d. l. si quando nu. 847. Tiraq. tract. le mort saisit par. 2. declaratione 5. sicuti in primo
14 hærede requiritur habilitas † triplici tempore scilicet tempore testamenti, mortis, & aditionis hæreditatis. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. secus in hæreditate fideicommissaria non agnita tempore mortis grauati quia media tempora non noceant. l. sed & si in cōditione §. solemus. ff. de hæred. inst. Anchar. cōs. 220. præclare Natta cōs. 470. cum duob. seqq. Intelligendo primū hæredem quo ad gradum, non quo ad excludēdum hæredem hæredis. per reg. l. vlt. C. de hæred. inst. reprobata opinione Salust. de Perusio, & aliorum, teste. Menoch. cons. 89. nu. 126. cum seqq. vol. 1. & Honded. cons. 3. nu. 54. volum. 1. cum tot sint continuationes, quot hæreditates eadem semper manente possessione, sic quoque cessionario hæredis competit. d. remedium continuatiuū. Bald. cons. 436. num. 4. vol. 3. & Tiraq. tract. le mort Saysis par. 6. declarat. 8.

Secundò requiritur capacitas hæredis. Gabr. d. concl. nu. 8. Tiraquel. d. tract. declaratione 1. par. 2. Menoch. d. cons. 696. nu. 7. quoniam in omni iudicio, quātumuis summario, debet legitimari persona
15 actoris, in puncto Gozad. cons. 21. nu.
16 28. Proindè spurium † hæredem, vt incapacem non posse perfrui d. remedio continuatiuo,

tinuatiuo, etiam quoàd immissionem ex remedio d.l. vlt. C. de ed.diui Adrian. toll.tametsi doceat se legitimatum, potissimùm verò in bonis feudalibus sapientissimè,& acutissimè tutatur Laderch. consf. 122. & 123. Menoch.d. cons.696. nu.8. quicquid scripserit in oppositum pro legitimato Gozad.cons.6. Rol.à Vall.cons. 22.vol.3. Riminal.iun. cõs.69.volum.1. Ruyn. cons.87. lib.3. Contard. de mom. poss.limit.12.in fi.Cæphal.cons. 48.concludentes interim esse mittendum spuriũ in possessionem, reiecta disputatione incapacitatis in petitorio, quibus omnibus idem author cumulatè satisfacit, postquã legitimatus, non confirmat suam intentionem ex solo testamẽto, sed indiget extrinsecis probationibus, cùm teneatur exhibere instrumentum legitimationis, ex
17 quo non creditur † patri dicenti, filium esse legitimatum. Paris. cons. 11. volu.2. Grat.cons. vlt.lib.1.Burs.cons.129.num. 48. vol. 2. cui ego accederem tribus concurrentibus, nimirum, quòd exceptiones contra legitimationem essent valde efficaces quòd essent in promptu, iuxtà arbitrium iudicis: & quòd proponatur exceptio, quę directè inficiat ipsam possessio-
18 nem, † scilicet, tu non potes possidere, secus si obijciatur exceptio, testamẽtum est nullum, quę sanè non cõcludit, quòd hæres scriptus non sit capax possessionis. Menoch.de adipis.poss.remed.4.nu.753. cũ seqq. Laderch. cons.133. nu.18. Rimin. iun.cons.352. nu. 35.& 65. vol.4.ac Bero.cons.54.nu.6.vol.2.

Tertium est principale requisitũ, quòd intendens vti hoc remedio sit hæres vniuersalis, vel ad quotã hæreditatis vocatus,
19 quoniam instituto † in re certa, legatarij instar, non competit d. beneficium, nisi co heres vniuersalis datus nõ sit, aut liqueat, quòd iam datus aliquo modo defecerit. Tiraq.d.tract.par.2. declaratione 4. Cassan.cons.62.nu.27.cum seq. Pafet. cons. 54.& 136.nu.7.Rim.iun. cons. 352. nu. 78.volu.4. Menoch. edisserit d.remed.4. num.116.cum seqq.vsque ad num. 132. Surd.cons.439.num.19.cum seqq.vol.3. esto, quòd de iure cõmuni huiusmodi institutus habeat remedium adipiscendę, & possit propriã authoritate occupare possessionẽ rei, ex qua institutus est, Peregr. d.artic.47.nu.53.fortè ex vi verborum directorum. Bart.d.cons.91.non tamen inspecta enixa dispositione nouarum constit.d.loco, quæ omnes angulos implet, ita vt nec licentia propriæ authoritatis prosit nisi ad euitandam pœnam.d.l.non est dubium: non ad retinendum (vt prædixi,& comprobaui) etiamsi agatur de filio insti-
20 tuto † in sua legitima, vel in eo, quòd ei de iure debetur, quia,& ipse debet accipere legitimam, vel supplemẽtum de manu hæredis, qui possidet hæreditatem. Castr. cons.385.vol.2.Alex.cons.134.lib.4.Cephal.cons.188.nu.35.Alb.cons.615.n.6. Anguill.cons.86.n.9.Bertaz.cons.criminali 402.num.19.vol.2.Petra tract.de fideicomm. q.15. nu. 37.cum seqq.Crass. tract. de success. §.legitima quæst. 1. Declarando cum Bursat.cons.9.n. 19.20.& 21. volu. 1. Placet vlterius obseruatio D. Menoch.d.remed. 4.nu.163. quando filius velit, sicuti etiam potest consequi legitimam computato quoque ære, alieno, & cum rata parte onerum, tunc namq; is perfruitur beneficio continuatiuo, quia dicitur habere legitimam, non vt rem certam, sed vt quotam hæreditatis actiuè, & passiuè.

REMEDIVM LXXXI.

Ex l.ad reparationem.C.de aquæduct. & ex statuto Ticinensi.127.in ciuilib. circa arcam communem conficiendam per vniuersitates terrarum, & villarum.

SVMMARIVM.

1 *Arcam communem quando conficiat vniuersitas, capitulum, atque collegium, & quomodo. & nu. 2.*
3 *Statutum Papiæ. 127. in ciuilibus circa arcam communem explicatur.*
4 *Constitut.nou. Mediolani in tit.de accus. §. 1.expenditur locus.*
5 *Arca communis conficiendæ quatuor requisita.*
6 *Appellationi non fit locus à pronuntiatione arcæ communis conficiendæ.*

7 *Incola*

7 *Incolæ in aliquo pago, vel vico superuenientes an & quando pulsari possint pro contributione ad sanandum debitum per communitatem contractum ante eorum domicilium.*
8 *Capitationis onus an sit propriè reale.*
9 *Capitationis onus à quo exigendum.*

AReam (vt vulgò dicitur) communem cõficere, siue taleam imponere quando tenetur cõmunitas, vrgentibus nempe creditoribus eiusdem pro sui crediti consecutione,
1 semper intelligitur † in subsidium, scilicet, cùm vniuersitas non est soluendo, nec de communis reditibus aut pecunijs aliunde prouenientibus es alienum sanare, potest, quoniam requirentibus incolis, & sic exigente necessitate, bona communis prius sunt exponenda, quàm fiat muneris indictio, aut collectæ impositiõ pro cuiusq; patrimonij viribus, & pro modo facultatũ ipsorũ municipum l. 2. C. de præd. decur. non alienan. l. ad reparationẽ C. de aquæduct. Decis. Perusin. 43. per tot. par. 1. Afflict. ad constitut. regni lib. 1. rub. 26. & 32. & rubr. 101. nu. 1. cum seqq. Losæus tract. de iur. vniuersit. par. 3. cap. 9. nu. 5. 8. & 9. Carpan. ad statut. Mediol. par. 1. c. 219. nu. 15. latè Borgnin. Caualcan. Deci. 22. & seq. par. 2. & apus nos tract. de portio. rata. q. 34. Sic quoque obseruandum
2 est in fructibus, & bonis capituli † vel collegij, vt prius distrahantur pro sanando debito capitulari, aut collegiali: mox reliquum soluitur per capita residentium. Borgnin. d. Decis. 22.

Iam verò de arca communi prædicta loquitur l. 1. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuer. Bald. ad l. 1. ad fi. C. de hæred. vel action. vendit. Fran. Marc. Decis. 490. par. 1. & Ticini habemus statutũ præscribens circa
3 confectionem communis arcæ regulàm † c. 127. inter ciuilia sub rubri, quòd communitas loci possit compelli ad arcam faciendam. Mediolani pariter viget statutũ in. 1. par. d. cap. 219. & huc fortè pertineret locus Nouar. constit. tit. de accusat. §.
4 1. ver. quas si † consules, vbi communia locorum, & incolæ, ac vicini tenentur in subsidium pro Antianis, & cõsulibus terrarum, seu villarum delinquentibus in officio, propterea quod non denuntiauerint delicta ad præscriptum. Cæsar. cõstit. D. Menoch. de arb. iud. casu. 323. nu. 15. & Burs. cons. 154. vol. 2.

Porrò effectus huius arcæ communis
5 sunt † quatuor.

Primus est, quia ad eam deuenitur inconsulto Principe, si de præambula necessitatis causa liqueat, & instent creditores etiam ex causa clãdestini maleficij, de quo villa teneatur. Afflict. d. rub. 26. num. 32. d. Decis. Perusin. 43. nu. 3.

Secundus est, quia ea insufficienter aut incõgruè facta, potest fieri executio realis primùm: mox personalis contra particulares pro debito vniuersitatis, cùm tamen obstent regulæ iuris communis. Carpan. d. loco. nu. 14. & Losæ. iam citat. loco. nu. 7. Asini. prax. iudicia. §. 31. cap. 2. limitat. 44.

Tertius est effectus: quia à pronuntiatione, quòd communitas compellatur ad faciendam arcam communem ad formã
6 legis, vel statuti non † appellatur: sicut nec à mero executore iuris aut statuti, nisi cõstet iudicem excessisse modum à iure, vel statuto præscriptum. l. ab executore. ff. de appellat. l. si qua pœna ff. de verb. significa. & latè Contard. ad l. vni. C. si de momẽta. possess. limit. 19.

Quartum, & vltimũ effectum desumo ex Afflict. d. rub. 26. nu. 32. dũ concludit, creditorẽ quoque si sit de illa vniuersitate, vel ibi habitet, aut habeat bona, teneri contribuere, pro sua rata, nisi ageretur de sanando debito præterito, contracto nimirum ante constitutionem domicilij in eo loco, vel ante bonorum ibidem acqui-sitionem quia contribuere non tenentur
7 † incolæ superuenientes, nisi aliud cõsuetudine sit receptum, vel aliter caueatur ex ordinibus vniuersitatis à superioribus editis, vel confirmatis verè, vel præsumptiuè, vt ex Bald. & Alex. probat. Afflict. d. rub. 101. num. 2.

Neque in hoc argumẽto est differentia inter contributionem propter onus personale, vel eam quæ respicit onus reale, dummodò sit debitum communitatis in vniuersum: non instar singulorum consideratæ, cuius rei plura adducuntur exempla à Borgnin. d. Decis. 23. nu. 3. par. 2. &

po-

8 potissimùm † onus capitationis pro industria, operibus, & lucro rusticorum prędia colêtium impositū cuilibet colono super laborerio, quod dicitur propriè reale. Decian. cons. 55. nu. 1. & 2. volu. 1. & scripsi ego cons. 1. volu. 1. vnde pro hoc non fit ærarium, seu bursa communis, sed à singulis villicis exigitur pro modo † industriæ, & pro rata laboris. Borgnin. dicta Decis. 23. nume. 5. & latiuus scripsi. d. cons. 1.

9

REMED. LXXXII.

Ex l. testium. §. si ab ipso. ff. de testam. & §. possũt. Instit. eod. circa vsum sigilli alieni in testamento in scriptis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum nuncupatiuum considератur, vt explicitum, & vti implicitum.*

2 *Testandi forma per relationem ad schedulam qualis sit.*

3 *Charta scripta à testatore, quando probet sine testibus, saltem fauore piæ causæ.*

4 *Solemnia testamenti nuncupatiui impliciti, vel mixti quæ.*

5 *Sigillo, vel annulo alieno vti quando liceat testibus.*

6 *Mercator vti non potest marco alterius, vt nec alius assumere arma alterius.*

7 *Sigillo alieno vtitur aliquando testator.*

8 *Clausula codicillaris quando efficit, vt testamentum valeat, tamquam nuncupatiuum, & nu. 10.*

9 *Testatore mandante schedulam notario consignatam vice testamenti, non nisi post illius obitum cum debitis solemnitatibus aperiri quid agendum.*

11 *Chartulæ præsentata in manibus notarij loco testamenti quanta sit vis.*

Cum varie inueniantur traditæ formæ testandi, & præcipuè in gratiam eorum, qui timēt odium sperantium à testatoribus emolumenta, & tamen his nihil relinquitur, vel dubitant machinationem mortis, siue ex parte institutorũ vt quantocyus domini efficiantur, verentes testamenti mutationem. Clar. in §. testamentum. q. 4. nam, & nuncupatiuum testamentum prodijt, quod consideratur,
1 vt explicitum, † & vt implicitum. Castr. ad l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testament. iuxta deductionem, D. Menoch. cons. 639. nu. 19. & 20. Gozad. in cons. 3. Angel. cons. 400. Bellon. cons. 85. Ludouic. Lana de forma testam. clausi. num. 74. & 76. latissime Vasq. de success. creatur. lib. 2. §. nu. 10. cum seqq.

Extat quoque testamentum in scriptis, cuius forma talis, & tanta est, vt Bart. ad l. 2. in prin. ff. quemadmodum testament. aperiant. relatus à Iaso. cons. 67. lib. 3. & Rol. à Vall. cons. 36. nu. 1. volu. 1. dixerit esse periculosum valde, condere testamẽtum in scriptis propterea quod is sua tẽpestate non viderit, nisi vnum confectum à quodam solemni Doctore, quod etiam ex defectu solemnitatis fuit expugnatum. D. Menoch. cons. 180. vol. 2. Afflict. Dec. 69. & 143. Grammat. Decis. 62. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 7. Accedit
2 quoque forma testãdi per relationem ad schedulã clausam, & quam testator dixit esse completam, seu per cedulæ clausæ consignationem in manibus notarij corã septem testibus ad eum actum rogatis, & notis ipsi testatori, quod testamentum dicitur mixtum. Cyn. Castr. & Corn. ad d. §. per nuncupationem. Gabr. cõs. 169. vol. 1. & Ludou. Lana tract. de formul. testã. nuncupat. & clausi. nu. 10. Grammat. d.
3 Decis. 62. & de charta † scripta à testatore vt fauore piæ causæ probet etiam sine testibus: nisi vel à longinquo adueniat vel nisi contrariæ voluntatis signa ostendantur. Soc. iun. cons. 189. nu. 88. cum seqq. lib. 2. Vallasch. Decis. 67. nu. 5. & 7. Paris. cons. 19. vol. 3.

Porrò in testamento in scriptis, vel etiã
4 nuncupatiuo implicito † aut mixto inter alias solemnitates, de quibus apud Castr. Iaso. Rol. à Vall. & Menoch. in indicatis locis requiritur, quòd testes subscribant, & sigillent cedulam, quam cõstare debet esse scriptã manu testatoris benè clausam & ab eodem sigillatam, vt de identitate scripturæ liqueat, nec alia de facili supponatur.

tur. Bart. ad l. si ita scripsero. nu. 2. vbique. Socin. nu. 2. ff. de condit. & demonst. Ias. ad d. §. per nuncupationem. Alex. cons. 176. num. 6. volu. 5. Didac. Couarruu. ad cap. cùm tibi. nu. 1. de testamen. Clar. d. §. testamentum. q. 4. num. 3. & Menoch. d. cons. 639. nu. 21. vbi alios citat.

Dubitari autem aliquando contingit,
5 an possint in subsidium testes alieno † vti sigillo, si propriũ non habeant. & respondetur secundùm textum in §. possunt. Instit. de testam. ordinand. & in l. ad testium. §. si ab ipso. ff. eod. testibus ipsis potestatẽ fieri vtendi alieno annulo habente caracterem, etiam si propriũ habeant, statuto tamen non resistente, vel aliud non praecipiente. Boer. consil. 48. dummodo id per testes exprimatur in actu sigilli appositionis, vt omnis euitetur sinistra suspicio, quę facilè inuadit quemcunque vtente alieno sigillo: veluti inter mercatores, & alterius
6 ordinis homines vtentes † insignibus, vel marco alterius: Alex. ad rub. ff. solut. matrimon. Cioffi. cons. 16. lib. 1. Alba. cons. 71. Rot. Genuen. Decis. 201. apud nos tract. de fact. scient. & ignor. distinct. nu. 5. Cêt. 1. tom. 1. Mascard. de probar. cõcl. 1048. Viui. Decis. 424. lib. 2. vbi de assumente arma, & insignia aliena.

Quò verò ad testatorem dixerim in
7 subsidium posse vti alieno † sigillo, quãdo proprium non habet, cùm pro forma efficienti requiratur, quod testator testamẽtum signet suo sigillo. vt ex Castr. & Ias. scribit. Rol. d. cons. 36. num. 4. cui formae satisfit in subsidium adhibito alieno sigillo cum protestatione defectus proprij signi: Quemadmodum quando nescit testator subscribere, vel aliter est impeditus, adhibetur in subsidium octauus testis, qui nomine ipsius testatoris se subscribat: alioqui si nullus testis dicat, se subscripsisse loco testatoris imperiti; huiusmodi testamentum in scriptis non est validum. Rol. d. cons. 36. num. 3. Afflict. Decis. 144. nisi liqueat, quòd testator non se astrinxit, neque declarauit, se velle testari solemniter
8 in scriptis. Proinde clausula † & meliori modo &c. vel clausula codicillaris, operabitur, vt testamentum valet tamquam nuncupatiuum. Afflict. d. Decis. 144. Menoch. cons. 311.

9 Vbi autem testator mãdauit † schedulam ita consignatam notario, vel tabulas non aperiri, nisi post mortem cum debitis solemnitatibus requisitis, tunc si non valebit, vt testamentum in scriptis, non etiã valebit, vt nuncupatiuum Paris. d. cons. 19. num. 10. Rota Roma. penes Caputaquen. Decis. 260. & 61. par. 3. Vincent. de Franch. Decis. 429. par. 2. Sicuti nec valet in vim codicilli cedula, quae fuit consignata vt testamentum, quando nõ potest valere, vt testamentum, quia vbi est defectus in substantia, vel in voluntate testatoris,
10 clausula † codicillaris nil operatur: eoque minus, quando non est expressa à testatore, & publicata coram testibus & notario, cui schedula fuit praesentata. Menoch. d. cons. 639. nu. 24. vsque ad fin. Fab. Turret. tract. de clausu. codicill. qu. 21. Surd. Decis. 292. nu. 15. In omnem casum requiritur tam in nũcupatiuo explicito seu implicito, quàm in testamento mixto vel in scriptis, quòd notarius fuerit stipulatus, scilicet, rogatus coram sufficienti testium
11 idoneorum numero, acceptare † cartam clausam completam, & sigillatam pro testamento praesentantis, alias non valet testamentum. Afflict. Decis. 25. num. 4. & Gramma. Decis. 62.

REMED. LXXXIII.

Ex l. in restituenda. C. de petit. haered. & ex omnibus summistis circa funeris impensam per vicinos, & comparochianos subministrandam in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Funeris impensam pro paupere vicino faciunt comparochiani.*

2 *Funeris impensa antecedet omne aes aliẽu, & praefertur creditoribus habentibus quoque expressam anteriorem dissentientibus non paucis quibus respond. Surd.*

3 *Funeris impensae priuilegia dantur quoque impensae factae in vltima infirmitate.*

4 *Quarta funeraria non exigitur à valde paupere.*

5 *Funus vxoris pauperis, illiusq; impensam sustinet*

sustinet maritus etiam cessante lucro dotis patre vxoris non existente diuite.

6 *Funeris heredis impensam facit in subsidium successor in fideicommisso, vel primogenitura, vel maioratu.*

On minus scitè, quam piè opinati sũt doctissimi viri vicinos, & comparochianos teneri in subsidiũ pro vicino paupere ad funeris † impensam. sic summa Angelica, Tabiena, Armilla, Rosella, & alij relati per Surd. Decis. 255. nu. 12. sicuti Ecclesia Catedralis tenetur ad funeralia sui Episcopi ob inopiam sui prælati. Decis. Triuis. 18. nu. 12. lib. 1. non tamen intelligendo pauperem in hoc argumento eum, qui habet bona, tametsi fideicommissaria, vel dotalia, vel sub hypotheca, etiam priuilegiata, & expressa, & tacita; quoniam magis communis est opinio nostratum, quod funeris impensa † præferatur omni æri alieno, & quibuscunque creditoribus etiam expressam & anteriorem hypothecam habentibus. veluti notanter edisserit Surd. plena illa Decis. 255. Decis. Perusi. 78. nu. 22. par. 2. Carpan. ad statut. Mediol. c. 297. circa fin. par. 1. cõtra Vincen. de Franch. Decis. 51. par. 1. & alios, quibus ibi respondit Surd. complures annectens rationes, & innumeros adducit DD. ita sentientes. Menoch. cons. 416. Borell. cons. 8. num. 30. cum seqq. Melius tamen, & copiosius apud Stephan. Grat. Rom. discept. Forens. cap. 94.

Ampliatur idem enuntiatum, vt etiam militet, quoad impensam factam in vltima † infirmitate, quæ in omnibus adæquatur funeris impensæ, Glo. Bald. & Salicet. ad l. in restituenda. C. de petit. hereditat. cũ adductis per Surd. d. loc. n. 26. Rol. à Vall. cons. 14. in fin. vol. 1. & Steph. Gratian. d. loco. nu. 16.

Iam verò pro hac funeris impensa credendum, & tenendum est, non deberi † quartam funerariam, quæ penditur in recognitionem ecclesiæ suæ filios regenerãtis. cuius meminit sacrosancta Trident. Synod. de reformat. sess. 25. cap. 13. nosq; ipsi verba fecimus tractat. de portio. rata. qu. 160. Additur nunc plenissimus locus Thesaur. fori ecclesiastici p. 2. c. 29. quoniam sufficit, si cui in paucis amici opera consulatur. vulg. l. tutori. C. de negó. gest. Deinde pietas contra pietatem non vtitur aliquo priuilegio. Alex. ad l. si constante. num. 5. circa fi. ff. sol. mat. & sat est, quod Rector subleuetur, qui aliàs teneretur gratis parochiani corpus humare, eiq; iã defuncto exhibere hoc pietatis opus c. certificari. & c. vlt. de sepult. Abb. & Couarr. ad cap. officij de testam. F. Eman. Roder. tract. de quæst. regul. tom. 1. q. 39. art. 1. & 2.

5 Ad hæc maritus † in subsidium tenetur pro funere vxoris, quæ aliundè non habet etiam cesset lucrum dotis, vel quia non adsit statutum, vel obstet pactum, vel resistat summa egestas mulieris defunctæ. Natta. cons. 547. n. 27. vbi ita expendit. l. quod in vxorem. C. de negot. gest. si modò patrem non habeat idoneum facultatibus l. in patrem & l. quod si nulla dos. ff. de relig. & sumpt. fun. Sic successor in maioratu. in fideicõmisso, in feudo, & in pri-
6 mogenitura sustinet † hanc impensam in subsidium, quando aliundè non habet hæres predefunctus, Excell. Pereg. de fideicom. art. 40. nu. 19.

REMEDIVM LXXXIV.

Ex l. si creditores. cum glo. C. de pactis. ad vitandum præiudicium seu periculum amissionis iuris solidi.

SVMMARIVM.

1 *Solidi obligatio non corrumpitur, neque debilitatur, quando non exactus est pauper, nec idoneus satisfacti in pro sua portione.*

2 *Creditoribus habentibus solam personalem, eisque æquè instantibus communicandum est.*

3 *Depositi ex causa creditor quando alijs præferatur quibuscunque.*

4 *Ecclesia in bonis clerici oberati an reliquis præponenda sit.*

5 *Vno ex confideiussoribus totum soluente in subsidium agitur contra alium correum ex*

ne, quandoquidem in illis agitur de electione creditoris regnante iure solidi: In istis verò, quales sunt publici officiales, mitius agitur, quia dumtaxat in subsidium tenentur, cùm fiant necessariò, ideò magis eis est succurrendum, quàm actum facientibus ex voluntate. vulgat. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. coga. Ita habetur apud Caroc. tract. de excuss. par. 2. quæst. 8. nu. 12. 13. & 14. Id quod optimè comprobatur per tex. in l. ex facto ff. de nego. gest. & l. Imperatores. ff. ad municipal. l. 1. C. quo quisque ordin. lib. 11.

9 vbi plures † officiales, publici sindici, administratores ciuitatis insolidum, habent insuper beneficium diuisionis, & si post officium simpliciter iniunctum, vnus tantùm administrauit, ille primo loco conuenitur, atque excutitur, deinde illius fideiussor, postea ominator, & in subsidiū collega. l. quid ergo. ff. ad municipa. Ad

10 quem collegam † peruenitur in quatuor casibus. Primus si non curauit remoueri collegam, vt suspectum. Secundus si sine iusto impedimento retardauit hoc officij genus circa remotionem collegæ. Tertius quandò constaret de collusione. Quartus est casus, quando non exegit satisdationem, vt primum nouit calamitates collegæ, eumq; facultatibus labi. Nisi diuisio administrationis esset facta inter ipsos officiales deputatos irrequisita republica, & inconsulta ciuitate quæ ab initio habet omnes insolidum obligatos.

Proinde collega semper pro collega tenebitur, etiam extra prædictos quatuor

11 casus, cùm non sit in mano † debitoris alterare naturam obligationis iam contractæ in præiudicium creditorum. l. debitorum paction. C. de pact. l. 1. C. de pericul. nomin. lib. 11. Caroc. d. loco nu. 11.

REMED. LXXXV.

Ex auth. siue à me C. ad Velleian. & c. quāuis. de pact. in 6. circa effectum renuntiationis hypothecæ factæ per mulierem cū iuramento. Quid in muliere vendente cum iuramento, & prætium recipiente. Vid. Alex. cons. 38. vol. 2. Addo Afin. de execut. §. 9. cap. 338. num. 4. cum seq. vbi quoq; recensentur remedia quibus præferuntur iura mulierum non obstante renuntiatione.

Io. Bapt. Costa Tract.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiationes mulierum de hypotheca bonorum dotibus suis obnoxiorum quando noceant, & quid in renuntiatione generali vel particulari facta per filium in alienatione bonorum hypothecatorum matri defunctæ. nu. 3.*

2 *Læsio enormissima sapit dolum commissum re ipsa, & dolus re ipsa adaequatur dolo ex proposito.*

4 *Mater si dotalem fundum inæstimatum alienet, filius an alienationem huiusmodi reuocare possit, & quando.*

5 *Muliere in alienatione, vel consensu præstito alienationi, affirmante alia superesse bona sufficientia dotibus suis, an sibi noceat, & quo casu, & quo cautio sit in dominio Mediolani nu. 6.*

7 *Mulier quòd ex facilitate inducatur ad vtsup. affirmandum, quæ fuit inducta ad alienandum, renuntiandum, vel alienationi consentiendum, enuntiatum quomodo intelligatur.*

8 *Iuramentum proximum illaqueare non debet, & potius iuranti nocere conuenit, quā quòd tertium non reddat tutum.*

9 *Iuramento apposito cautior, & diligentior fit animus.*

10 *Periurium in tertij præiudicium non toleratur.*

11 *Minor se maiorem, vel filius familias se patrem familias, vel publicum mercatorem asserens, an ille restituatur in integrum, & hic efficaciter obligetur.*

12 *Mulieris iuramentum de non alienando aut de non renuntiando hypotheca, an prosit mulieri deinde alienanti vel renuntianti, non certiorato secum contrahente de præcedenti iuramento.*

13 *Mulieri an obsit renuntiatio meticulosa, vel consensus.*

14 *Dote confessata constante matrimonio si effluxerunt tempora opponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ, an creditoribus ignorantibus huiusmodi confessionem, & quomodo subueniatur.*

16 *Vidua maior 25. annis habens filios an dotem suam alienare possit, & quando.*

Renuntiationes hypothecarum factæ à mulieribus nuptis, dum venduntur bona hypothecę obnoxia;
1 ita demum † nocent, si sint iuratæ, & extent alia bona, in quibus cauta remaneat vxor renuntians: alioquin in subsidium, videlicet, quando non supersunt tot bona, quibus satis indemnitati sic consentientis alienationi cum iuramento sit consultum, potest mulier (impetrata absolutione à vinculis iuramentorum) conuenire tertios possessores, non obstante renuntiatione, vtpotè quæ continet læsionem enormissimam, quæ redo-
2 let dolum † commissum re ipsa, adæquatum dolo ex proposito, idque sancitum esse creditur, nè mulieres maneant indotate. Auth. siue à me. C. ad Velleia. capit. quamuis de pact. in 6. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 76. nu. 12. Paris. cons. 75. n. 13. cum seqq. lib. 3. Gabriell. su. commun. tit. de iur. dot. conclus. 1. Horat. Carpan. ad statu. Mediol. par. 2. cap. 506. num. 25. Afflict. Decis. 311. 312. 313. Franc. March. Decis. 508. par. 1. Tessaur. Decis. 223. Bursat. cons. 56. nu. 15. vol. 1. Gasp. Rod. copiosè de reditib. annuis. lib. 2. quæst. 5. nu. 18. & seq.

Nec similem decisionem accommodare quis posset renũtiationi factæ per filiũ, dum pater mortua vxore alienat bona
3 hypothecata, nam si alienatio † est particularis cum consensu filij renuntiãtis hypothecæ, non generatur vllum præiudicium, quoàd alias res non alienatas, quin quòd eas perdurat hypothecæ ius, quia renuntiatio limitata, limitatum producit effectum Crauett. cons. 243. num. 6. sicuti dicitur de reseruatione, & protestatione limitata. Surd. cons. 402. n. 5. vol. 3. Si verò omnia bona sunt distracta per patrem filio consentiente, & renuntiante hypothecę, quam in bonis paternis habet, valet incommutabiliter alienatio sine vlla spe regressus etiam mortuo patre, nisi probetur consensus meticulosus, seu reuerentialis, latissimè Surd. cons. 513. nu. 25. cũ seqq. vol. 4. Crau. cons. 49. Eugen. cõs. 12. num. 58. cum sequentibus.

Quin amplius etiam si mulier alienas-
4 set cum iuramento fundũ dotalem † inæstimatum, contra quam alienationem nõ possunt filij viuente matre, quæ iurauit, venire. c. cum contingat. de iureiu. c. licet mulieres. eod. in vi. Serafin. de iuram. priuil. 76. Maluas. cõs. 13. fit tamen filijs potestas, si aliunde non habent in vita matris in subsidium reuocandi alienationem sic factam pro rata alimentorum, sicut secundus maritus aliquando tenetur alere filios primi matrimonij. Alex. ad l. si constante circa fin. ff. sol. mat. imò etiam pro legitima reuocationem permissam esse ad mẽtem. Imol. & Alciat. defendit Laderch. cons. 163. ad fin.

Cæterùm si mulier in alienatione facta
5 per maritum renuntiauerit † cum iuramento hypothecæ, constituendo se posteriorem, asserendo se esse cautam in alijs bonis viri, tunc sibi præiudicat vxor de iure cõmuni, quoad emptorem bonorum dumtaxat, non quoad maritum. Rom. cons. 187. Boer. Decis. 23. nu. 9. Honded. cons. 45. nu. 31. vol. 1. Seraf. d. loco n. 12. Nocetq; perpetuo mulieri tam minori, quam maiori d. renuntiatio iurata, quoad bona distracta, etiam si alia bona viri non superfint, ne quidem obstante absolutione à iuramento ad effectum agendi, & excipiendi tantum. Crauet. cons. 613. nu. 32. vol. 4. & Morot. cons. 87. nu. 8. nec in subsidium auditur mulier, præclarè Vinc. de Franch. Decis. 84. par. 1. placuit tamen non paucis illa æquitas scilicet, vt subueniatur mulieri errãti in facto proprio alio qui excusabili ratione damni euitandi, & ob læsionẽ enormissimam. l. 2. & l. error. ff. de iur. & fact. ignor. Alb. cõs. 751. Honded. d. cons. 45. n. 32. Vid. Cæph. cõs. 655. nu. 6. vel quod diuidatur damnum inter vxorem, & acquisitorem bonorum obnoxiorum: ne mulier prorsus indotata remaneat. Thesau. d. Decis. 223. num. 13. versic. verùm cum à tali sententia. Seraphin. loco citato nu. 12. atqui in dominio Mediolani cautius agendum est, si tractatur de vltimo pignore, quandoquidem adhibeatur consensus propinquorum, dispensatio superioris cum cognitione causæ ita, vt verè cauta maneat vxor in alijs bonis

bonis viri, nec sub alia forma impetrantur literæ patentes, nuncupatæ; quid cederet periculo acquisitoris non obstante iurata mulieris assertione, se esse cautam aliunde, dummodo absit dolus vxoris, & probetur per vxorem negatiua postquã contra eam vrget præsumptio, ita vt patens sit læsionis enormitas, vt ei succurratur, quæ fuit decepta etiam ex iuris præsumptione. Afflict. Decis. 343. n. 6. sic in nou. cõstit. de not. pub. §. nulli notarij, & Plot. ad l. si quando. §. 5. nu. 48 C. vnd. vi. At si ageret mulier contra possidentem alia bona, quorum alienationi minimè consensit, vel cõtra obligatum pro restitutione dotis, non tenetur cedere iura respectu bonorum quorum alienationi consensit. Soc. sen. cõs. 200. vol. 2. Berta. tract. claus. glos. 4. in fi. claus. 40.

Nec mutat (quatenus ad ius commune attinet) quod eadem facilitate præsumitur mulier inducta ad ita affirmãdum, qua ad renuntiandum. Bart. ad l. doli mali. ff. de nouat. & ad l. vlt. §. item quæsitum ff. de condict. indeb. & Ias. ad §. fuerat. nu. 76. Instit. de actio. nã soluitur hic nodus, si dicatur, quod vbi interuenit iuramentum
7 † cum certioratione beneficiorum mulieribus competentiũ, non intelligitur actus geri inconsultè, leuiter, & inconsideratè. Mancin. tract. de iuram. par. 4. effect. 137. nu. 7. Contrarium defendit Turret. cons. 78. num. 23. cum seqq. vol. 1. potissimum quia verisimiliter contrahens cum muliere non esset aliàs contracturus, alioqui iu-
8 ramentum prædictum proximum † illaquearet, cum magis è re sit, vt noceat mulieri iuranti, quàm tertium nõ reddat tutũ. ca. ex rescripto. de iureiu. Bart. & Bald. ad l. si quis ꝑ eo ff. de fideiuss. & Cur. sen. cons. 1. nu. 4. vnde aiebat Sophocles apud
9 Stobæ, apposito iureiur. † cautior. & diligentior fit animus, à duobus enim, tum sibi cauet, & ne lædat amicos, & ne peccet in suos, & prouerb. 5. habetur filij, spopõdisti illaqueatus es verbis oris tui neque,
10 in tertij † præiudicium toleratur periuriũ. quo cessante deierãs solum Deum habet vltorem glos. ad l. 2. C. de reb. credit. & ad c. 1. 22. quęst. 1. Ruin. cons. 81. in fi. vol. 4. Laur. de Pinu. cons. 133. nu. 21. Menoch. de arbi. iud. cas. 319. Viui. Decis. 120. nu. 16. lib. 1. & Fachin. lib. 1. controuers. iur. cap. 14. & huc spectat tex. loquẽs de muliere mentiente sexum in l. si decipiendi. ff. ad Velleian. iuncta l. 2. & 3. C. si min. se maio. dix. vbi fallaciter † maiorem se asserens, non restituitur in integrum. sic in filio familias contrahente insolemniter, & asserẽte se patrem familias, vel publicũm mercatorem, qui propterea tenetur efficaciter Alex. cons. 122. vol. 122. volum. 6. Tiraq. ll. connub. glos. 8. de sõn. mari. n. 142. cum seq. & Carpan. ad statuta Med. p. 1. c. 416. ac Grammat. Decis. 12. Additur in simili Rimin. iun. ad §. 1. num. 424. Instit. quib. aliena. lic. vel non vbi iuramẽ-
12 tum † præcedens de non alienando, aut de non renuntiando hypothecæ præstitũ per mulierem, non adiuuat illam deinde tacentem animo circumueniendi emptorem, veluti in affirmante cum iuramento quod agnati adhibiti ad cõsentium essent proximiores. Carpa. ad stat. Med. p. 1. cap. 328. n. 354. cum seqq.

Excipere soleo à prædictis renuntiatio-
13 nem aut consensum mulieris † meticulosum. seu reuerentialem, vt supra si concurrant requisita, quorum memini tract. de fact. scient. & igno. cent. 2. distinct. 91. & cons. sequent. Declarando cùm Vinc. Franch. Decis. 119. par. 1.

Excipiendus quoq; casus dotis confes-
14 sæ constante † matrimonio, etiam s effluxerint tempora limitata ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, quoniam tertijs possessoribus, & alterius ordinis creditoribus ignorantibus hanc confessionẽ subuenitur ope restitutionis in integrum ex clausula generali vt supra Remed. 6. n. 9. Et præterea excipio viduas
15 maiores † annis xxv. quibus fit potestas alienandi totam suam dotem, quoniam amplius dos non est, sed patrimonium ipsius mulieris non obstante superexistentia filiorum, vel secundò nubendo, vel aliter disponẽdo ex causa necessaria, vel saltem iusta, quin etiam negligendo, vt accidit prælato, cuius negligentia cum toto capitulo officit ecclesiæ. Ang. cons. 245. Castr. cõs. 338. vol. 1. vbi monasterio nocet negligentia prælati, qui non conuertit pecunias in vtilitatem ecclesię, nec aduersariu oneratur probatione versionis, si is qui ac

 cepit,

cepit, habebat administrationem, vel recepit cum capitulo, seu de mandato capituli, præsertim, in summa notabili. concl. Mascard. de probation. 1160. cum seqq. Illustr. Tuscus. practicab. iur. concl. litera P. concl. 507. & in casibus, in quibus non tenetur ecclesia ob non probatam versionem, tenetur tamen sacerdos recipiens, vel eius hæredes in subsidium. Innoc. in c. ex præsētibus de pignor. Rodoan. de reb. eccl. non alien. q. 4. num. 17. tametsi inter actum omissiuum, & commissiuum multum intersit ferè in omni materia. Seraf. de iuram. priuil. 31. num. 38. vbi ait, quod dispositio. l. imperator. ff. ad Trebell. superius enucleata remed. 4. habet solummodo locum ob culpam patris consistentem in cōmittendo, quę tamen omnia sit contemperabis, scilicet modo absit animus nocendi, vel non in fraudē filio: ū fiat alienatio. l. 2. ff. de donat. caus. mort. l. hac edi ctali. C. de secūd. nupt. pręclarissimè Frāc. de Ponte cons. 8. iuncto cons. 35. Afflict. Decis. 370. Capyc. Decis. 35. Nisi ad inofficiositatem referri possit actus qui geritur à matre vidua, vel donando omnem substantiam, vel renuntiando ex causa lucratiua. l. 1. C. de inoff. donat. cum renuntiatio sit donatio saltem in effectu. Eugen. cons. 88. nu. 7. cum seqq. vt in casu singularissimo sacri Cōc. Trid. sessione 25. cap. 16. obseruauit Menoch. de arb. iud. casu 436. in addition. quando scilicet consanguineis fit per eum, qui vult ingredi religionem, renuntiatio etiam siue forma cōciliari, quam defendit valere instar donationis contrà Molin. & Nauarr. sentiētes oppositum ob fraudem canonis, quicquid sit de renuntiatione facta per nouitium secuto ingressu, sed an legitimā professionem.

REMED. LXXXVI.

Ex l. si ego §. dotis ff. de iur. dot. & l. de his. C. de don. int. vir. & vx. circa ius mariti in bonis paraphernalibus vxoris, & è contra ad fauorem vxoris in bonis mariti pro paraphernalium distractorum, vel consumptorum reintegratione.

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro bonis parafernalibus per maritum distractis an habeat actionem contra tertios possessores, & quando.*

2 *Hippothecaria actio vel saluianum interdictum, num competat pro bonorum paraphernalium fructibus vel potius personalis actio.*

3 *Fructus paraphernalium naturales, vel industriales consumptos maritus an, & quando restituat, & nu. 5. 6.*

4 *Vir pro fructibus paraphernalium in iudicium euocatus quid deducere possit, & quid è contra vxor.*

7 *Statutum Papiæ 87. int. ciuil. loquens de fructibus bonorum paraphernalium, an intelligatur etiam de fructibus extradotalium perceptis.*

IN bonis paraphernalibus vxoris quotidiana praxis duo obseruare solet præcipua, vnum est quòd pro illis vxor habet actionem
1 † in subsidium, idest, quādo nō potest probare extremum rei vendicationis, sed solùm possessionem illorū apud virū quandoq; extitisse contra tertios possessores, quatenus ad eos peruenit titulo gratuito ex facto mariti, nullum prorsus ius habentis in huiusmodi bonis. l. pen. vbi Alex. ff. ad l. Falcid. l. vlt. C. de pact. conuent. l. maritus. vbi Ias. C. de procurator. Gabriell. cons. 164. col. pen. vol.
2 2. vbi aliud dicit, quò ad fructus † bonorū paraphernalium pro quibus nec hypothecaria competit, neque Saluianum interdictum, sed dumtaxat actio personalis, & huc pertinet pro ratione traditio Bald. & Alex. ad l. vlt. ff. de eo per quem factum erit. Vid. Borell. cons. 56. nu. 54. qui limitat. in marito administrante, quia pro administratione paraphernalium, vel extra dotem bona mariti sunt tacitè hypothe-
3 cata. Alterum est, quod fructus horum † bonorum industriales vel naturales consumptos non restituit maritus, nec illius hæres in quatuor casibus.

Primus est, quando sunt consumpti in
4 promiscuos † vsus, & in subsidium ob inopiam viri, qui alias sine his commodè aut

honestè

honestè nō fuisset victurus l.si ego §.dotis ff.de iur.dot. & l. de his.C. de donat.int. vir.& vxor. Bart.cons.125. lib.1.Cāpeg. de dot.p.1.q.7.& 9. Bald. cons.293. & cons.437.num.3.volu.3. Menoch. cons. 739.num. 4.& Gabriell.d.cons.164.col. vlt. vbi vir debet probare consumptionē
4 † fructuū factam esse in sui ipsius, vxoris, & familiæ sustētationē,& tunc obtinebit. Nisi vxor contenderet elidere mariti probationes, deducendo, & capitulando esse locupletiorem factum ex his maritum, vel qualitatem, & exiguum familiæ numerum, verisimilem impensam, quæ suffecit ad familiæ sustētationē, & fructuum ex bonis paraphernalibus perceptorum quantitatem exuberantem, & excedentē alimentorum factorum onus. Tessaur. Decis. 187. dummodo fructus dotis verè suffecis sent. Surd.de alim.tit.1.q.35.nu. 5.& q. 36.n.9.

Secundus est, casus quando constat de
5 consumptione facta vxoris † permissu: secus si præambulum sit mandatum circa administrationem in persona viri, quia adhuc reddi oportet rationē administrationis,& fructuū perceptorum. Gabriell. ibidē nu.47.D.Menoch.lib.3 præsumpt. 9.& Rota Auenio. Decis. 18. Vrsill. ad Afflict Decis.44. Natta consil.75. vol.1.

Tertius est casus,quando statuto cautū
6 est ad fauorem, † hæredum viri, veluti in patria mea Ticini c.87. in ciuil. sub rubr. quod post mortē mariti mulier nō possit petere fructus bonorum parafernalium quos vir percepit in vita vxore patiente, & non contradicente. de quo Fusius scripsimus tract. de facti scient. & igno. distinct. 47. centuria prima, & tunc etiam
7 de omnibus † extra dotalibus intelligendū est statutū,vt probaui d.distinct. 47. quia concurrit communis vsus loquendi,ratio frequentioris vsus,& quia nulla est in iure differentia bonorum paraphernalium,& extradotalium Tessaur.d. loc.nu.2. fine præ decedat maritus, vel vxor præmoriatur.quamuis semoto d.statuto plurimum referat,an maritus vel vxor præmoriatur. Alciat. cons. 118. lib.5.

Vltimus est, quādo parafernalia essent de appendicibus dotis, tunc de eis idem iudicatur quod de dote.Surd. Decis.192. num.3.& 4.etiam in statuto: vt ibi Surd. secus in augmento dotis, seu antefato: in qua non habere locū l.exihere. ff. de iud. defendit. Fulgos. cons.92. & Phanuc. de lucr.dot. Glos.9.n.46. In omnem casum vxor infirma tenetur impendere de bonis paraphernalibus: quando fructus dotis nō sufficiūt, vel maritus est valde pauper. Surd.de alim.1.q.33. nu.13.

REMED. LXXXVII.

Ex l.cùm antea.C.de recept.arb.circa actionem proficiscentem ex sententia arbitri quando in subsidiū,& contra quos detur, & quandiu duret.

SVMMARIVM.

1 *L.cum antea. C. de recept. arbitr. sententia, & sensu.*
2 *Laudum in quo differat ab arbitramento,& num. 5. 7.*
3 *Sententia arbitratoris instar transactionis, qua non confert titulum, nunquid habeat paratam executionē,aut veniat appellatione sententia, vt planè est in arbitri laudo.*
4 *Duæ sententia conformes ex forma.nou.cōstit. Mediolan. tit. de appellationibus mittuntur executioni. Sic duo lauda conformia.*
5 *Arbitri ex laudo vtilis actio an oriatur.*
6 *Redactio arbitramenti ad arbitrium boni viri infra quot annos peti possit.*
8 *L.cùm antea.C. de recept. arbitr. dispositio, an procedat tam in arbitro, quam in arbitratore.*
9 *Pactum nudum an, & quando sit efficax ad agendum.*

Habetur in l.cùm antea. C. de recept. arbitr. cuius prouisionem fuisse tunc inuētam in subsidium, palam asserit Fortun. Garz. tract. de vlt. fin.iur.ciuil.& cano. nume.
1 262.quòd ex sentētia † arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti tacitè, vel expressè homologata oritur actio: sit interruptio præscriptionis, & acta coram eo facta

 probant

probant in alio iudicio. Quam legẽ dicit Bar. ibi, esse singularem, notabilem nouã, prætereà constitutionem, qostquam vbi pœna reperitur promissa, satis constat, cõsultum esse parti. Guid. Pap. singul. 279. Boer. Decis. 284. Gayll. obseru. 150. lib. 1. Cùm in casu recessus, aut renitentiæ, aut pœnitentiæ committatur pœna: ideoq; non est opus vlla homologatione, l. si quis rem. ff. de arbitr. Castr. & Ias. ad l. pecuniã ff. si cert. petat. Roma. cõs. 338. Alex. cõs. 72. nu. 15. vol. 1. & cons. 21. nu. 10. vol. 7. Maluas. cons. 85. n. 10. cum seqq. Gallia. cons. vlt. nu. 47. & deinceps. vbi compromisso voluntario pendente, potest validè adiri iudex ordinarius quia in pœnæ exactione consistit vtilitas compromissi, declarãdo cum Blanc. tract. de compromiss. q. 6. nu. 17. & seq. cum Lancellott. de attent. p. 2. c. 15. nu. 6. & 173. & quod excurrit: & cum Gabriell. su. commun. tit. de iudici. concl. 1. nu. 5. Longè diuersam
2 à laudo induit naturam † arbitramentum quia ex eo non oritur actio, sed ex præcedente compromittentium consensu. Vl-
3 terius sententia arbitratoris † transactionis instar est, quæ titulũ nõ confert. Anchar. cons. 34. nu. 10. & 11. Cuman. cons. 23. Vnde nec habet paratam executionem, nisi habeat guarenti giam Franch. March. Decis. 149. par. 2. Tessaur. Decis. 26. nu. 4. neque venit appellatione sententiæ glo. ad §. si verò contigerit in authen. vt different. iudi. Bald. cons. 292. lib. 1. & cons. 332. lib. 2. Signorol. cons. 251. nu. 2. Bart. cons. 159. num. 4. lib. 1. & tamen laudum arbitri paratam habet executionem, & sententiæ appellatione cõtinetur. Ioann. de Anan. cons. 16. nu. 5. & cons. 50. nu. 7. cum seq. Abb. ad cap. 1. num. 2. de arbitr. Felyn. ad cap. irrefragabili col. fin. de off. ordin. Rebuff. in repetit. l. quod iussit. in præfatione num. 64. ff. de re iudica. Paris. cons. 42. nu. 1. cum sequenti, & cons. 46. nu. 8. vol. 1. Marcabrun. cons. 34. nu. 7.
4 Quod confert ad materiam duarum † conformium executioni mittendarum ex forma Nou. Constit. in dom. Mediola. tit. de appellat. Bald. cons. 73. vol. 2. Bertaz. cons. 19. nu. 14. & 15. vol. 1. Ciuil. Asini. de execut. §. 2. c. 148. in fi. Blanc. d. tract. q. 9. num. 90. & 91. & Carpan. ad statut. Mediola. par. 1. c. 116. nu. 149.
5 Quin amplius ex arbitri laudo vtilis † actio in rem oritur, potissimũm secuta traditione: sed ex arbitramẽto sola competit personalis ratione præcedentis contractus. Alex. cons. 1. nu. 5. & 7. lib. 5. & aliquando officium iudicis si non petatur reductio. Ioann. de Anan. dicto cons. 16.
6 quæ peti potest † vsque ad xxx. annos nisi de minori tempore sit in specie conuentũ vel nisi aliud statuto sit dispositum. Bart. ad §. 1. in Authẽ. vt differẽt. iudi. Oldrad. cons. 156. in fi. Afflict. Decis. 152. Gaill. d. obseruat. 150. Thesau. Iun. q. forens. li. 1. q. 82. Vnde patet differentia inter laudũ
7 arbitri † & arbitramentum seu declarationẽ arbitratoris, quoniã ex taciturnitate decem dierum homologatur sententia arbitri; si non fuit contradictũ. In quibus terminis procedit constitutio d. l. cũ antea. At alia res est quò ad arbitratorem. quia reductio est ius personale, quod non præscribitur, nisi triginta annorum spacio, sic exponit Marant. su. specul. p. 6. vers. & quandoque appellatur nu. 124. 125. & 271. præter multas alias differentias inter arbitrum, & arbitratorẽ, de quibus apud Inno. & Imol. ad cap. Quintauallis de iure iur. & Speculato. tit. de arbitr. §. 1. & apud Blanch. Lanfranc. de Orian. & Camill. Borrell. pleniss. in Curia Aragon. siue tract. de compromiss. sub varijs capitibus, numeris, & quæst. & apud Euerard. in topic. legal. in argumento à iudic. ad arbitr. in fo. 245. Tametsi in causis summarijs, in quibus proceditur de bono, & æquo defendit non difficili negocio posset quòd dispositio d. l. cùm anteà. locum ob-
8 tinet tam in † arbitratore, quam in arbitro suadente sic ratione naturali circa pactorum etiam nudorũ obseruationem. Inno. ad d. c. Quintauallis circa fin. Alex. ad Bart. ad d. l. cùm anteà. & Fortun. Garz. prædicto loco nu. 163. & 164. & abundè ad cap. primum de pact. Id quod dependet à candida Decisione illius puncti, an,
9 & quando pactum † nudum sit efficax ad agendum. vt ibi per Fortun. omnium cumulatissimè agentem ad d. cap. primum de pact. & Thes. Iun. q. 37. lib. 1. quæst. for.

RE-

REMEDIVM LXXXVIII.

Ex l. Paulus. ibiq; Bart. ff. de so'ut. circa monetarum bonitatem intrinsecam, vel extrinsecam mutatam.

SVMMARIVM.

1 *Moneta noua solutio admittitur, vbi antiqua non vel difficile reperitur, iuxta tamen æstimationem antiquæ modo absit mora.*

2 *Deposito in regulari idem corpus est restituẽdum quòd si non extet, contra depositarium in litem iura'ur, fallit, nu. 3.*

4 *Monetæ valoris æstimatio si præcedat, ab ea non est recedendum siuè augeatur, siue minuatur aureorum valorem, hoc tamen non habet locum tribus in casibus, num. 5. & 6.*

7 *Moneta æstimatio si sit facta demonstratiuè tantum, vt in dubio intelligitur, non at. enditur, & de hoc exempla habentur, & quãdo censeatur æstimatio posita demõstratiue, declaratur.*

8 *Moneta bonitatis tam intrinsecæ, quam extrinsecæ materia, remissiuè, & nu. 9.*

N subsidium quoque solutio de moneta noua admittitur, quando moneta antiqua nõ reperitur
1 vel cum difficultate, † secundùm tamen æstimationem antiquæ monetæ tempore contractus, si absit mora, teste Bart. ad l. Paulus. vers. sed si non reperiatur. ff. de solutio. Innocent. ad c. olim. de censib. cum adductis per Gabriell. suis commun. tit. de solut. conclus. 1. nu. 15. vbi eos præterea, qui in aliam discesserunt, memorat. alter Gabriell. cons. 164. vol. 1. Tessaur. Decis. 174. Surd. cons. 210. vol. 2. Asini. de execut. §. 7. cap. 161. Fred. Martin. de Censib. cap. 5. nu. 59. cum seqq. & scitissimè excell. Rhauden. cons. 33. num. 10. cum seqq. vol. 2. Anto. Sola tract. de monet. c. 40. num. 24. & 25. veluti cùm non reperiuntur floreni, vel vngari, aut cechini, aut solis aurei, seu franciæ, de quibus in conuentione actum fuit: plenissimè tradit Menoch. cõs. 49. vol. 1. etiam si agatur de
2 deposito, irregulari tamen † non regulari, in quo idem corpus debet reddi. Quo nõ extante dicitur depositarius furti reus: vnde cõtra eum in litem iuratur, Plot. ad l. si quando. num. 421. C. vnde vi Franc. Marc. Dec. 889. nu. 3. par. 1. Caroc. tract. deposit. q. 2. num. 21. Bertazol. clausu. 30. glo. 9. num. 11. nisi alia subrogata esset de
3 consensu † deponentis, vel de ordine iudicis in locum antiquæ reprobatæ sub grauissimis pœnis contra detentatores.

Quòd si præcedat taxatio valoris mo-
4 netę, † tunc ab illa æstimatione non est recedendum, siue crescat, siue decrescat valor aureorum quia partes noluerunt pẽdere à futuro euentu, & eius alea. Pract. noster Pap. in form. libell. in actione hypothecaria. vers. relaxandũ in fin. Crauett. cons. 47. Oldrad. cons. 168. Berret. cons. 58. Gabriell. suis commun. t. de solut. concl. 2. num. 8. cum seqq. & Bertazol. d. loc. nu. 6. cum seqq. multis Boer. Decis. 327. Nisi in casibus tribus.

Primus est, quãdo promissio esset facta
5 de restituendo † pretio tot librarum imperialium in totidem seu similibus scutis auri in auro, vel ad speciem solis prout solutum fuerat. quia tunc procedit Decisio Crauet. d. cons. 47. latissimè sola, & tracta. de monet. casu 42.

Secundus est casus, quãdo taxatio esset
6 facta † de solidis currentibus tempo. e solutionis iuxta traditionem Bruni, tract. de augment. monet. q. 4. limit. 8.

Tertius est casus, quando monete concurrentes tempore contractus propter diminutionem bonitatis rerum intrinsecę vel aliter quomodocunq; essent maioris valoris tempore solutionis, & tunc de eis est facienda solutio ad rationem valoris, & æstimationis, qua valebant tempore taxationis, sed debet ante omnia constare de valore antiquæ monetæ, idq; debet deduci articulari, & probari, alioqui de moneta currente semper facienda est solutio. Corn. cons. 181. & 321. vol. 3. Bertazol. d. loco. nu. 21.

Additur etiam illud non pœnitendum quòd si æstimatio facta deprehenderetur
7 demonstratiuè † tantũ, scilicet, de quibus scutis

scutis censerentur partes intellexisse, quãdo in loco cõtractus currebant plures species aureorum conuenientium nomine, sed differentium valore. iuxta doctrinam Bart. annot. ad l. Paulus. & Boer. d. Decis. 327. tunc æstimatio non attenderetur, vt pote facta ad alium finem quo casu non fungitur officio suo talis æstimatio. Bertazol. d. loco n. 14. & 15. In dubio autem verba potius demonstratiuè intelligenda sunt. Bart. ad l. Centurio. n. 31. ff. de vulg. & pupill. Castr. cõs. 339. vol. 1. & ante eũ Bald. conf. 164. vol. 4. & conf. 151. iunct. conf. 386. vol. 5. Ioann. de Amicis conf. 46. Anton. Lanarius conf. 31. nu. 10. Caccialup. tract. de pẽsion. quæst. 16. & Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 26. Crauett. conf. 214. nu. 6. & Pancirol. conf. 2. nu. 14. & potius quàm restrictiuè. idem Crauett. conf. 301. nu. 5. ex l. vlt. §. Titia. ff. de liberat. legat.

Reliqua ad nodosam hanc materiam
8 bonitatis † monetarum tam intrinsecæ, quàm extrinsecæ, rimetur auidus lector in locis à me cõgestis tract. de fact. scientia & ignoran. distinct. 63. Cent. prima tom. 1. In terminis, quòd in monetis æstimatio censeatur posita seu excogitata demon-
9 stratiuè: † nõ ad aliquem finem principalem translationis dominij seu venditionis illarum aut dationis insolutũ, tradit Ant. Sola d. tract. de monetis casu 43. nume. 8. vbi etiam ante admonet, ex quibus dignoscatur, quòd æstimatio processerit demõstratiuè vel limitatiue, quid præterea discriminis inde resultet.

REMEDIVM LXXXIX.

Ex §. si verò Auth. vt differ. iud. circa rescripta subsidiaria.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum subsidiarium aliquando solet concedi prouiso de aliquo beneficio, directiuum Episcopo viciniori, vt vbi ordinarius in cuius diœcesi situm est beneficium, distulerit conferre beneficium, ipse conferat.*

2 *Iudice ordinario existente negligente, etiam lite pendente potest impetrari rescriptum ad extraordinarium iudicem.*

3 *Prælatus vbi collationem beneficiorum differt, deuolutio fit ad proximum superiorẽ, ne ecclesia debito cultu careant.*

4 *Rescriptum, de quo hic non habet locum, quando ordinarius prouisi periculum fecit, & illum tamquam non idoneum reiecit: sed solum secundus executor poterit beneficium conferre, vbi examen requisitum ad præscriptum conciliare prouiso est denegatum.*

Vidimus interdum rescripta complicata subsidij gratia, quando alicui per summum Põtificem prouidetur in forma dignum, de beneficio sito in diœcesi Metropolitani habentis indultũ, & insuper in vno rescripto iniungitur ordinario, quatenus præmisso examine impetrantis, mox illi, si repertus fuerit idoneus, beneficiũ cõferat. In secundis verò literis sub eadẽ formula datis, &
1 directis in partibus † Episcopo viciniori mandatur, vt simile exerceat examen, & eodẽ reperto idoneo ex fide examinatorũ beneficium conferat, vnde constito corã secundo executore præcessisse, quod in primis continetur literis, & non collato beneficio prouiso à Papa intra xxx. dies debet secũdus executor post approbationem via examininis de eius ordine coram examinatoribus synodalibus facti, eidem prouidere omni appellatione postposita. sic in puncto Lælius Zecch. tractat. de benefi. c. 9. nu. 8. tit. de impetrat. benefic. Idque summa cum ratione proditum fuit,
2 quia quando iudex ordinarius † est negligens, etiam lite pendente potest impetrari rescriptum ad iudicem extraordinariũ. §. si verò. Authen. vt different. iudi. Bal. ad l. 2. nu. 9. C. vt lit. penden. præclarè Gloritius ad capit. super literis. num. 94. de rescript. quemadmodum Prelato negligen-
3 te conferre † beneficia, fit deuolutio ad proximum superiorem, ne diu maneant ecclesiæ sine debito seruitio. c. 2. de cõcess. præbend. cap. licet de suppl. neglig. prælat. & Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 8. q. 9. nu. 42.

Cæterùm

Cæterùm si primus executor periculo
4 prouisi † facto apud examinatores eũdem reiecerit. vti imperitum, seu minus idoneum repertum, isq; repente declinauerit ad secundum executorem; tunc sic distinguerem, Nimirum, aut is reprobatus appellauit à reiectione examinis, vt posse appellari scribit idem Paris.d.tract.lib.10 q.7.num.25.& 26.Intelligendo omnia iuxta sacrum Concilium Trid.sess. 24. c. 18. & hoc casu non prouidebit secundus executor, quia non differtur collatio ex facto ordinarij, sed ex facto prouisi, qui potuit, & vsus est remedio iuris sibi oblato, neque conueniunt verba rescripti de voluntate primi executoris loquentia, cũ aliud sit nolle conferre: aliud autem non debere conferre, quia non idoneus. Idcirco intrat reg.l.4.§.toties.ff. de damno infect. Aut non appellauit à prædicta reiectione, & tunc magis grauatur prouisus, etiamsi deinde fuisset approbatus à secundo executore: Aut denique primus executor noluit eum examinare, & tunc succedit hoc remedium subsidiarium per secundum executorem præstandum iuxta formam literarum Apostolicarũ absque necessitate prouisum transmittẽdi ad Romanam Curiam, nisi essemus in executione rescripti gratiosi. Gloriti.annot.loc.

REMEDIVM XC.

Ex l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebell. & l. scimus.§.repletionem.C.de inoff.test.circà legitimam detrahendam in subsidium super, aut de bonis aliàs prohibitis alienari etiam in specie.

SVMMARIVM.

1 *Legitima est triens absolutè tam respectu descendentium, quàm ascendentium.*

2 *Legitima in subsidium à filio deduci potest ex rebus specialiter legatis, vel alienari prohibitis, alijs tamen bonis non extantibus.*

3 *Auth.res quæ.C.commun.de lega. dispositioni difficilius derogatur, quando obstat expressa prohibitio alienationis etiam ex causa dotis, vnde declaratio sumitur traditionis sub remed.6.*

4 *Legitima quoad deductionem in subsidium, differentia traditur auctor inter fideicommissarium vniuersalem, & particularem, & quid probare teneatur fideicommissarius particularis hoc in casu.*

5 *Legitima deductio, de qua hic, de vno tantum legato fieri non potest, si res meliores sint diuersis legata.*

6 *Legitima filio in rebus hæreditarijs arbitrio boni viri est detrahenda, non autem ad eius voluntatem, nec eo inuito in pecunia non hæreditaria debetur. fallit tamen multis in casibus nu.7.*

8 *Legitima bonis allodialibus non extantibus, de feudalibus detrahi potest, sicuti & dos nisi agatur de feudo pro masculis tantùm suscepto, vel de dignitatibus, quarum mulieres sunt incapaces: secus verò vbi ageretur de feudo hæreditario, vel emptitio, quod feudastrum appellatur.*

IN legitima quoque ad trientem ascẽdente respectu, tã filiorum quã
1 parentum † contra non nullorum opinionem asseuerantium, matris legitimam esse tertiam tertiæ, nõ tertiam totius assis. vt refert Vincen. de Franch. Decis.63.par.1.à nobis tamen meritò cõfutatam tract.de fiction.c. 9. casu.15.nu. 3. Cui (nostro iudicio) fauet etiam Berret.cons.85.Rimin.iun.cons. 249. vol.3. Franc.de Ponte cons.66.num.2.& cons. 68.nu.16. Becc.cons.134.nu. 28. & seq. vol.2.edisserit Farinac.omninò videndus Decis. 421. sub Rot. Rom. Borg. Decis. 28.nu.63.& seq.par.3.Fachin.lib.4.controu.iur.cap.29. Menoch. cons.362.nu. 45. vbi respondit contra matrem. Crebrò consideratur ratio remedij subsidiarij, & potissimum in tribus, quorum vnum est, vt in subsidium etiam de bonis specialiter
2 legatis † vel expressim alienari prohibitis detrahatur legitima, quando, scilicet, non supersunt bona, in quibus æquè commodè, vtiliter, & idoneè filius possit legitimã cõsequi sine vllo onere. l.Marcellus. §.res quę. vbi Ias.in fi.ff.ad Trebellia.l.in quartam.

tam.vbi Alex. nu.16.Ripa.nu.93. & Picus nu.5.ff.a ll.Falcid.Ale..conf.12.lib. 5.Crau.conf.312.n.4.Papon.co il. 146. nu.15.& 16.Gabriell.su.commun.tit. de legitim. concl.4.nu.13.Grammat.Decis. 93.nu.4.Maluas.conf.8.nu.29. scientissimus Ludouic.à Peguer.in decis.Reg.Catalan.c.112.Natt.conf.238. n.5. & 6.vbi ait,quando aliunde filius non potest consequi legitimam, sit ei potestas illam habendi in bonis legatis, esto quod aliàs in rebus legatis præferantur legatarij creditoribus,& multò magis filijs qui ius debilius habent,quàm creditores,vulgat.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoff.testam.Bar. ad l.si cui.§.postquàm.ff.vt in possess. legato.sic declarat. Rot.Rom.decis.113.n. 4. par.2.in nouissim.Peregr.de fideicommiss.art.36.nu.152 Barz. Decis. Bononien.104.num.12.& Decis.105.num.2. Surd.plena Decis.316.Additur Castr. ad l.1.in fi.C.de inoffic. testam. & Ronchegall.inter cons.Marz.cons.35.nu.30.& 33.vbi hærede non existente soluendo fit in subsidium executio pro legitima aduersus legatarios. Quemadmodum in dote
3 constitutum nouimus ex † auct. res quæ. C.commu. delegat. de quo argumento supra in Remed.6. etiam non obstante expressa prohibitione alienationis ex causa dotis,ob summam æquitatem,& adhibita pleniore cognitione causæ, an extent alia bona libera,quam sin specie non esset interdicta alienatio ex causa dotis,quicquid de rigore iuris dici posset, Surd.Decis.62. nu.11.

Verumtamen obseruandum est, quòd in hoc etiam argumento oon leuis est dif-
4 ferentia † inter fideicommissum vniuersale, & particulare, quandoquidem aduersus fideicommissarium vniuersalem non prohibetur filius eligere legitimam in bonis alienari prohibitis, postquam eidem omnia bona sunt restituenda. Castr.cons. 217.num.4.vol.1.Natta cons.199.col.1. Gabriell.cons.138.nu.30.vol.2.Atqui in fideicommisso particulari duo sunt coniunctim probāda per fideicommissarium habētem quidem regulam, sed cum qualitate implicita, & annexa, nempe, quòd res sit prohibita alienari,item quòd supersunt alia bona æquæ commoda,& vtilia.

Gabriell.d.cons.138.nu.40.vsque ad fin. vol.2. & exactè Viui. Decis. 528. nu.24.
5 cum seqq.vol.4.ita tamen quòd tota detractio non fiat contra vnum,si res meliores sint legatæ diuersis personis, alioquin esset in facultate filij annichilare in totum vnum legatum, & alteri gratificari. contra tex.in l.2 C.ad l.Falcid.Castr. d.cons. 247.num.4.Quòd si omnia stabilia essent prohibita alienari, tum fauore filij nō etiā eius hæredis, si filius nil petijt aut opposuit in vita, cessat prohibitio pro rata legitimæ. Honded. cons.66. nu. 16.27. & seq.vol.2.

6 Alterum est, quòd legitima debetur † in rebus hæreditarijs arbitrio boni viri,nō autem ad nutum,seu ex capite filij,multò minus contra voluntatem filij debetur in pecunia non hæreditaria. l. scimus. §. repletionem.C.de inoff.testament.& in authen.de trient.& semiss.in prin.Gabriell. suis cōmun. tit. de legitima cōcl.3.Crass. tract.de successori.§. legitima. quæst.15. Peregrin.de fideicommiss. dict. art.36.n. 26.& 27.Peguer.Decis. Regn. Catal.cap.
7 113.nisi constaret † de contraria voluntatem paciscentium vel testatoris, si filius dixerit se patris hæredem, vel ageretur de bonis,quæ exirent agnationem, vel concurreret aliqua causa, scilicet timor scandali, ratione communionis,vel vicinitatis cum hærede, vel quando aliud non extat in bonis, nisi pecunia,vel quando non interesset filij,habere legitimam in pecunia, Crauett.d.cons.312. & Rot.Roma. Decis.753.par.1.in nouiss.Honded.d. cons.
8 66.nu.22. Denique quando non † extant bona allodialia,posse in subsidium de feudalibus ex honestate, & pietate paternam detrahi legitimam: sicuti dotem, & alimenta scribit Cur. iun. cons. 21. nu. 12. & 13.

Sed hoc fallit, quando ageretur de feudo ex pacto & prouidentia, & susceptoq; pro masculis tantùm, vel de dignitatibus, quarum fœminæ sunt incapaces ob earū conseruationem, & principatus vnitatē. Molin.de Hispan.primogen.lib.1.c.11.n. 29.& alijs pluribus aggestis probat. Bursat.cons.132.nu.37.vsque ad fi.vol.2.additur.Honded.45. nu.59.& 60.vol.2. & Scrader. vbi plerasque assignat rationes tract.

tract. de feud. p. 7. c. 5. nu. 43. & deinceps, qui etiam de bonis primogenituræ obnoxijs loquitur. Planè diuersum est in feudo hæreditario, aut nouo emptitio, quòd ad hoc, vt saltem expositi pretij ratio habeatur, filioq; vel filiæ de legitima, & dote respectiue prouideatur. Fab. de Anna conf. 6. Capyc. Decis. 2. Rosental. tractat. de feud. c. 7. concl. 13. nu. 2. & 31. & 32. vltra quod feudum emptitium, quatenus qualitas inofficiositatis (vt sic loquar cum pragmaticis) detegitur, & sic feudi æstimatio requiritur pro liquidanda legitima dicitur feudastrum, idest, abusiuum & degeneråns, cùm non sortiatur naturam recti feud. c. 1. de feud. dat. in vic. legis commissor. cum adductis per Gabriell. sui cómun. tit. de feud. concl. 2. & Natta conf. 159. nu. 13. & seq. Berret. cós. 132. Becci. conf. 30. & Rol. a Vall. conf. 90. nu. 42. & 43. vol. 4. vbi in feudo emptitio succedūt feminæ, nisi vltra pretium sit præstandum seruitium personale, vel requiratur iuramentum fidelitatis, quod pertinet ad incolume, tutum, honestum, & vtile.

REMEDIVM XCI.

Ex l. institorem. ff. de cert. pet. circa institores, factores, & castaldos.

SVMMARIVM.

1 *Institoris ex contractu domino competit actio sine cessione. & nu. 4.*

2 *Contractibus in nominatis, ab initio competit vtilis actio sine cessione: in innominatis verò non nisi in subsidium.*

3 *Administrator qui credidit pecunias domini ad cessionem actionum competentium: non ad solutionem pecuniæ numeratæ, domino tenetur, modo tamen ij, quibus credidit ab initio essent idonei.*

5 *Institor dominum obligat contrahendo super negotio cui est præpositus.*

6 *Versio in rem domini quomodo probetur, remissiue.*

7 *Argumentum de exercitore ad institorem validum.*

8 *Institor censetur habere tacitum mandatum à præponente, & eius libro ad fauorem tertij contra dominum plenè creditur.*

9 *Minor, vel mulier, institorem, vel procuratorem, sine debitis solemnitatibus constituere non possunt.*

10 *Procurator ad vendendum si receptis arrhis aufugiat, num dominus ad arrhæ restitutionem teneatur, distinguitur.*

Es est nobis cum institoribus, quos factores seu castaldos appellant, vel commissarios mercatorum ad libitum amouibiles. l. institorem, vbi omnes notant, ff. si cert. peta. Marant. in suo specu. p. 6. tit. de citat. nu. 90. Afflict. Decis. 308. nu. 5. Capyc. Decis. 180. nu. 3. Rot. Gen. Decis. 14. n. 43. & 115. Numquid ex eorum contractu competat actio domino absq;
1 cessione, † & sanè respondetur competere in subsidium, scilicet, quãdo institor esset absens vel non soluendo, & videtur etiam tenendum, quòd dominus non indiget cessione: aliàs secus. l. cum per eos. vbi glos. & Bald. C. si quis alter. vel sib. Bart. colum. 1. ff. de instit. actio. In puncto Franc. March. Decis. 9. par. 1. ante eũ Cuman. conf. 172. nu. 1. in fi. facit glo. 1. ad l. 1. C. de act. & oblig. vbi in contractibus
2 nominatis † ab initio competit vtilis sine cessione, sed in innominatis in subsidium:
3 sicuti administrator qui credidit † pecunias domini acquirit sibi nomina debitorum l. si maritus. vbi Bald. C. de distract. pignor. vnde pro illis nominibus tenetur solùm ad cedendum actiones competentes: non autem tenetur soluere domino pecuniam numeratam. l. si cum §. 1. ff. de exercitor. & glo. ad d. l. 1. verb. poterit. ff. de instit. etiamsi ij, quibus pecunia credita est, efficiantur deinde non soluendo, dũmodo ab initio fuerint idonei. Dec. conf. 535. nu. 3. cum non obligentur institores etiam simile literas scribant. Deci. conf. 510. nu. 5. Bursat. conf. 312. nu. 16. vol. 3. Rot. Genue. d. Decis. 14. nu. 43. si concurrant illa, quæ tradit Alex. conf. 44. vol. 2. & conf. 120. volum. 5. à me tacta tract. de portio. rata q. 43 addo Bim. conf. 10. nu. 36. vol. 1. & Fran. March. d. Decis. 9. nu. 2. Surd. conf. 326. nu. 14. vol. 3. ac Decis.

156.nu.1. quicquid sit in socijs quorum appellatio non complectitur institores. Caroc.de locat.p.2.tit.de instit.act. paru.
4 æditionis. Nobis tamen placuerat ea † opinio, vt indistinctè dominus agere possit absque vlla cessionis ope ex contractu institorum, quemadmodum sit potestas contrahenti cum institore, vt conueniat vel institorem, vel dominum d.l.1. ff. de institor. vbi Alberi. & Angel. sic etiam Corn.cons.6.nu.11.vol.2.Caputaq.Rot. Roma.Decis.94. par.2. quandoquidem institor obliget dominum, etiamsi non contraxerit nomine institorio, dummo-
5 do contrahat † super negotio, cui præpositus est. Alberic.ad l. Iulianus. §. si procurator.ff.de action.empti. Zuccard.cōs. 72.nu.41.& 58.cum seqq. finito autem officio minus potest cōueniri institor, nec secum contrahens probat versum in rem domini,nisi institor contrahat simpliciter, vel extra commissa.Marchisell.q.57.&
6 latius q.92. vbi recenset † decem coniecturas ad demonstrandam versionem in rem domini, sic quoque obseruatur in exercitore, de quo ad institorem validum
7 educitur argumentum, † etiam ad decisionem causarum. Alex.ad Bart.ad d.l.1. & Bald.ad l.1.C.de exercit.facit l.1.§. est autem nobis electio. ff. de exercitor. vbi contrahentes possunt quidem eligere institorem, siue magistrum,sed exercitor nō potest eligere contrahentes, nisi in subsidium,idest, si constet,quod magister non sit soluendo. addo Bimid.cons.10.nu.24. Hinc negocia institoris tribui domino: & institoris, vt etiam procuratoris nudum esse ministeriū, probat D. Menoch.cons. 296.num.14.vol.3. Magon.Rot. Lucen. Decis.2.in addit. Natt. cons. 641. consequenter cessione actionum opus non esse constanter sentio, etiam ob præcedentis
8 mandati vim,cùm institor habere † intelligatur tacitum saltem mandatum à præponente. Decian.cons.29. num. ... vol. 1.ac Rot.Genuen.d.Decis.14.nu.42.& 64. Quapropter libro institoris cōtra dominum in fauorem tertij plenè credi,scribit.Crau.cons.815.nu.14. vnde ad vitan-
9 dum præiudicium mulier vel minor † sine debitis solemnitatibus non possunt cōstituere institorem, nec procuratorem.l. verum,& l.quicunq; ff. de instit. act. & Bimi.d.cons.10.nu.66.
10 Pro coronide † admonendi sumus ex Roman.singul.679. de institore, siue procuratore ad vendendum. qui recepto pretio vniuerso rei venditæ aufugit cum arrha, veluti annulo vel scypho,vel torque, nūquid dominus teneatur ad restitutionem talis arrhæ,quando fugitiuus non inueniretur, aut nō esset soluendo. Nam inquit Rom.aut præcessit mandatum ad vendēdum rem,& tūc dominus tenetur in subsidium: Aut constat dictum fuisse, quod procurator vendat rem præsente pecunia & isto casu dominus minimè tenetur ad arrhæ restitutionem.iuxta optimum contextum in l. quicunque. §. non tamen. ff. de instor.

REMEDIVM XCII.

Ex l.hactenus ff.de vsuf.& l.quæro.ff.de vsuf. leg. circa onera soluenda per proprietarium, quando vsusfructus aliàs remaneret inutilis.

SVMMARIVM.

1 *Collectas proprietarius soluere tenetur,vbi onera excedunt,vel inutilem vsumfructum reddunt, modò tamen in totum: non etiam si vno anno tantum inutilis reddatur.*

2 *Vsufructuarius æs alienum nemo, nec legata annua soluit, vbi vsusfructus inutilis efficeretur.*

3 *Vxori vsufructuaria vniuersali bonorum testatoris an debeantur pecunia redacta ex gabella conducta per virum, & ex instrumentis,& prothocollis.item,& vsusfructus in alijs bonis per maritum conductis, & an in fine vsusfructus habenda erit ratio exacta pecunia, sufficiente vsu illius medio tempore.*

4 *Vsufructuaria vniuersalis, testatoris filios alere an teneatur, vbi aliud nullum ex vsufructu commodum sentiret, & quid in dubio an expensa pro filijs deducantur, & de residuo vxori alimenta præstentur.*

5 *Vsusfructus vxori relictus sub conditione,*

vt

vt illum cum herede communicare teneatur, citra casum necessitatis, & in sufficientia an inter eos sit aequaliter diuidendus.

6 *Alimentarius simplex alimenta in domo recipere an cogatur.*

N subsidium collectas exsoluit proprietarius, quando onera excedunt vsumfructum, † vel vsusfructus remaneret inutilis, si ad so-
1 lutionem collectarum cogeretur vsufructuari⁹, veluti eas cũ alijs oneribus ordin. & extraordinarijs causam fructuũ respicientibus ipse fructuarius regulariter soluere tenetur. l. quaero. ff. de vsufru. legat. l. hactenus & l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. Bart. ad l. his verbis. §. idem testator. ff. de leg. 3. Surd. tract. de aliment. tit. 4. q. 16. num. 12. iuncto conf. 419. nu. 31. vol. 3. Io. Baptista Ferret. cõs. 199. Rom. singul. 157. sicuti colonus in subsidium exigitur pro collectis, si dominus non est soluendo. Eugenius conf. 96. nu. 7. 21. & 22. Intelligendum tamẽ si in totũ esset inutilis vsusfructus, non si vnius tantùm anni incommodum sentiret, in quo nihil esset perceptum. Io. del Castillo (cui ego quoque accedo) tracta. de vsufruct. c. 56. nume. 18. & 19. vbi res transit cum suo onere, & in dubio sic censetur relicta maxime, quia est in facultate fructuarij, vsumfructum dimittere, si cupit ab onere releuari. l. cùm fructuarius ff. de vsufruct. Surd. conf. 493. nume. 4. vol. 4.

2 Qua ratione vsufructuarius † nõ agnoscit aes alienum nec annua soluit legata, quando alioqui vsusfructus legatum inutile prorsus vel damnosum redderetur. Castr. & Corn. ad l. praedia. C. de fideicommiss. Pinell. ad l. 1. par. 2. nume. 72. C. de bon. matern. Menoch. conf. 692. nu. 33. lib. 7. & conf. 997. num. 24. 31. 32. 33. & 34. Natta conf. 7. Crauett. conf. 187. Rol. à Vall. conf. 8. n. 27. & seqq. vol. 2. Couarr. varia. resolut. lib. 2. c. 2. nu. 7. Gayll. obseruat. 146. lib. 2. Menoch. lib. 4. praesũption. 143. Ioann. del Castillo d. tract. c. 59. Ceuall. tract. commun. contra commun. q. 191. Franc. March. q. 835. & 842. par. 1. secus si cõtineat aliquam vtilitatem. vt in *Io. Bapt. Costa Tract.* praeclaro casu respondit Surd. conf. 575. nu. 2. vol. 4. vbi vxor vsufructuaria bonorum mariti qui conduxerat gabellam seu vectigal, potest exigere datiuũ, sed in fine vsusfructus restituere debet quicquid exegit, cum vsusfructus emolumentum consistat in vsu pecuniarum, qui durauit medio tẽpore, proinde praecipiuntur fructus praestita cautione haeredi. Caroci. de locat. par. 2. tit. de fructib. nu. 20. paru. editionis. sicuti debetur vxori vniuersali vsufructua-
3 riae vsufructus pecuniae redactę ex instrumẽtorum seu prothocollorum exemplatione. Bar. & Bald. ad l. diuortio. §. si vir. ff. solut. matrimo. & Bart. conf. 50. in fi. Franc. Marc. Decis. 856. par. 1. Nec alia ratione diffinitam cẽsco illam quaestionẽ, an vsufructuaria omnium bonorum, cui quoque in bonis per testatorem cõductis deberi vsumfructum, ostendit Alb. conf. 619. vol. 4. teneatur interim ex fructibus ad fictuũ solutionẽ, & ex d. §. qui hortos. concluditur, in haeredem reijci onus persoluendi affictus, nisi ageretur de vsufructuaria generali, non de particulari, quatenus si ab vsufructuaria pensiones soluerentur, in effectu omnino inutile redderetur legatum. Pedroc. in puncto conf. 7. nu. 162. cum seqq.

Quin amplius quando cessaret, ex probabilibus coniecturis cõsuetudo Bulgari,
4 & vniuersalis vsufructuaria † teneretur testatoris filios alere, adhuc si alendo nulum ex vsufructu resultaret commodum, non teneretur vsufructuaria cui testantis voluntas assistit, ad huiusmodi alimẽta praestanda. Surd. d. conf. 493. num 3. latissimè apud eũdem tract. de aliment. tit. 2. q. 15. Maluas. cõs. 49. Menoch. praesumpt. 139. lib. 4. Gabriell. suis commun. tit. de vsufruct. concl. 2. Gayll. lib. 2. obseruat. 144. In dubio autẽ prius detrahuntur expensae pro filijs, & de residuo, si superest, vxori alimenta praestantur. Vnde (meo quidẽ iudicio) nõ potest pater sub dicta formula vxorem honorare, vt in casu impotẽtiae aut insufficientiae fructuum ad filiorum alimenta, & vxoris, proprijs liberis praeferatur coniunx. Barbac. conf. 63. lib. 2. Socin. iun. vol. 1. conf. 97. nu. 24. ac Dec. Perusin. 46. n. 11. & 12. par. 1. Etiamsi testator reliquerit vxori vsumfructum adiecta

Y condi-

conditione aut modo prædicto, vt debeat
5 † illum communicare cum hærede, quoniam citra casum necessitatis, & insufficientiæ redditum, suscepit tale legatum hanc interpretationem, vt debeat diuidi inter eos æqualibus partibus, ita requirente sensu vocabuli, communicare. l. vlt. §. Lucius. ff. de leg. 2. Bart. ad l. Lucius. ff. ad Trebell. Soc. sen. vol. 3. cons. 108. & Rip. ad l. re coniunct. nu. 111. ff. de leg. 3. non
6 autem cogitur etiam simplex † alimentarius recipere alimenta in domo, nisi aliud sit dispositum. Surd. tract. de alim. tit. 4. q. 14. tanto magis institutione hæredis vniuersalis etiam extranei vel nepotis ex fratre sororeuè testatoris facta, non simpliciter, sed prægnantissimis verbis, ex quibus arguitur contemplatus æqualis concursus ad vsumfructum inter vsufructuariam, & hæredem. veluti reiecta opinione D. Mantica, cauit. Rimin. iun. cons. 633. nu. 37. & 77. cum seqq. vol. 6.

REMEDIVM XCIII.

Ex c. non minus. & c. aduersus. de immun. eccles. quando personæ exemptę queant de iure collectari.

SVMMARIVM.

1 *Exempti ad hoc vt ad onera extraordinaria, tam realia, quàm personalia, teneantur tria copulatiue requiruntur. num. 2.*

3 *Cruciata in bello contra infideles onus personale extraordinarium reputatur.*

4 *Ecclesiastici concurrente S. P. consultatione, Episcopi cleriq; deliberatione, & alijs, tenentur ad onera pro redimenda vexatione, & hostium incursu imposita, in subsidium sicuti etiam ad refectionem pontium, & viarum.*

5 *Ecclesiastici ad onus contributionis pro munienda ciuitate qua forma requirẽti. quid in forensibus.*

6 *Ecclesia, vel clericus puteum communem habens in vicinia, citra subsidium ad eius refectionem concurrit, etiam si illius vsui renunciet: item, & ad saltuarij salarium pro bonorum custodia.*

7 *Aggeres quando licitè fiant, & inter impensas necessarias extent.*

Similiter in argumento onerum præsertim extraordinariorum, tam personalium, quàm realium sustinẽdorum, aliquando etiam ab
1 exemptis, † quales potissimum sunt lectores publicè mærentes tria copulatiuè concurrere oportet.
2 Primò, quòd causa † necessitatis vel vtilitatis publicæ vrgeat, quæ, scilicet cõcernat communem vtilitatem, & clericorum, & laicorum.

Secundò, quòd causa sit immediata.

Tertiò, quòd id fiat in subsidiũ, nempe, quod vires non exemptorum oneri ferẽdo non sint idoneæ. cap. nõ minus. & cap. aduersus. de immun. eccles. Bart. cõs. 180. Abb. cons. 9. lib. 1. Natt. cons. 280. Rol. à Vall. cons. 71. nu. 6. cum seqq. vol. 4. latè Hieron. Alban. tract. de immunit. eccles. nu. 87. D. Menoch. cons. vlt. lib. 10. Surd. cons. 301. n. 3. cum seqq. vol. 3. & iterum cons. 490. vol. 4. Copiosissimè, & scitissimè excell. D. meus Camill. Borrell. cons. 74. Mari. Antonin. lib. 1. resolut. 97. nu. 5. Maluas. cons. 26. amplè Petr. Caball. resol. crim. casu 9. egregie Decian. cons. 14. n. 19. vol. 1. & Cacheran. Ozasc. Deci. 68. nu. 7. vnde respectu personarum prodijt
3 cruciata † in bello contra infideles, & rebelles nominis Christiani, aut contra incorrigibiles, anathematizatos. cuius cruciatæ meminit Nauarr. cons. 35. nu. 2. de tempor. ordinat. lib. 1. proposito puncto, numquid cruciata. seu alia Iobelea auferant irregularitatem. Borrell. cons. 45. nu. 22. Mayol. de irregularitate lib. 5. c. 49. & de eadẽ meminit etiam Iul. Ferret. tract. de re naual. lib. 2. nu. 98.

Respectu verò realium admittunt piæ mentes, superiorumq; omnium placita se habent, vt deficientibus laicorum faculta-
4 tibus, concurrente necnon Episcopi † & cleri deliberatione, maxima ciuitatis vtilitate ac necessitate, Romani Pontificis ante omnia cõsultatione, ecclesia teneatur ad onera imposita pro redimenda vexatione, & incursione hostium, pro conseruanda,

uanda, & liberanda ciuitate à peste. Item pro refectione aggerum ad arcẽdum fluminis impetum, ne ciuitatem inundet, aut mænia deuastat. Item pro refectione murorum, pontium, & viarum l. ad instructiones. vbi Bald. Butrigar. & Iacbo. de Are. C. de sacrosf. ecclesf. Card. ad d. c. non minus. Sed Barbat. consf. 29 nu. 21. vol. 4. contradicit Crauett. consf. 872. num. 10. Bursat. consf. 42. nu. 11. & consf. 186. nu. 8. & seq. vol. 2. cum adductis per Surd. cõsf. 525. nu. 27. vol. 4. & Gallian. consf. 59. nu. 55. vbi tradit sex requiri, vt ecclesiastici teneantur ad restaurationem murorum, pontium, viarum, & huiusinodi. Sic pro clericis, & pro Ecclesia respondet Bellamera cõsf. 45. 46. & 47. concludens, quod. d. l. ad instructionem non est correcta, quamuis alij non pauci dissentiant. Abb. consf. 3. lib. 1. cum adductis per Galliam d. loco. num. 52. & 53. vbi fidem facit de communiori, quod Ecclesia tenetur ad impensam, quæ fit pro reparatione viarũ pontium, & murorum Ciuitatis. Abb. autem. d. consf. 3. considerat. d. tex. in. l. ad instructionem, & l. ad portus cum alijs, & illis respondet fundans se super. d. c. non minus. Accedit onus contributionis pro munienda, & vt (vulgò aiunt) fortifican-

5 da † ciuitate ad patriæ tutelam destinata, circa quod auditum est, de licentia, & consensu Pontificio vniuersum quoq; clerum in laicorum subsidium ad contribuendum fuisse aliquãdo requisitum sub prætextu, quòd fortificatio concernit beneficiũ publicæ vtilitatis, & quietis. Mich. Nizol. allegatio. 48. nu. 8. & 10. Medullitus adhuc librantur rationes personarum ecclesiasticarum, & omnia relinquuntur sanctissimæ determinationi Summi Pontificis. Gig. de pension. q. 90.

Cæterùm citra hæsitationis vestigium pro rata bonorum possessorum in territorio ciuitatis ita muniendæ concurrere oportet ibidem possidentes bona, etiamsi forenses sint alioqui nõ exempti iure potissimum Diuino, vel ex priuilegio Pontificio aut Cæsareo facti immunes à personalibus, & realibus. Alex. in puncto cõsf. 68. nu. 7. vol. 2. Guid. Pap. q. 7.

At quoties de vno elerico agitur, vel de

6 vna ecclesia habente † puteum communẽ cum alio, vel existentem in vicinia, is etiã tenetur iure ordinario contribuere ad refectionem. Surd. d. consf. 490. nu. 4. Aliud in refectione putei publici. Guid. Pap. q. 444. vsque adeo vt nec vitet onus contribuendi per renũtiationem vsus, seu commoditatis putei communis iure priuatorum. vt apud nos tract. de portio. rata. q. 27. n. 8. quemadmodum tenetur ad salarium saltuarij pro custodia bonorũ. Natt. consf. 311. & ad sumptus, qui erogãtur in extruendo aggere, & pro fossatis, aut foueis ad diuertendas aquas, ne absumant bona, vel eorum fructus, defendanturque ab inundationibus bona iuxta flumensita. Anchar. ad d. c. non minus. nu. 8. Surd. d. consf. 490. nu. 8. & seqq. sapienter. Laderchi. consf. 145. quoniam † tales impensæ

7 inter necessarias reponuntur, reficiendas idcirco cuilibet illas facienti circa bona restitutioni obnoxia. l. impensæ. ff. de impensf. in re. dotal. fact. Peregr. de fideicõm. art. 50. num. 7. & Anguil. de aggeribus à quocumq; liberè faciendis in proprio fũdo ad excludendas aliò aquas in propria bona erumpentes, loquens consf. 49. quid autem sit dicendum in concursu prætendentium construere aggeres particulares, & preoccupantium extrutionem aggerũ generalium satis perspicuè demonstrauit exitus causæ vertentis coram Perillustr. Senatore Madio ann. 1611. circa aggeres generales cœptos fieri in Territorio Summi agri Papiensis me patrocinante, vt videre est in meis allegationibus.

REMEDIVM XCIIII.

Ex l. cùm lite mortua. ibiq; Bart. ff. iud. sol. & l. properandum. §. vlt. C. de iud. circa insufflationem instantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Instantia in sufflario dicitur remedium subsidiarium quòad litis ordinatoria, nõ quòad acta litis decisoria, vel probatoria. nu. 2.*

3 *Declaratoria quòd positiones habeantur pro confessatus, perempta instantia perit.*

4 *Instantiæ ad restaurationem impetrandam requisita, & nu. 7.8.*

6 *Instātiæ restauratio etiam vltra duas vices impetrari potest præter quorundam opinionem.*

9 *Instantia à partibus iudicis consensu antequam pereat, per reproductionem omnium actorum renouari potest.*

10 *Instantia in prorogatione à partibus, & iudice subscripta quæ requirantur, & si vna pars opponat de lapsu alteri parti, contra eam actio de dolo, ad damna, & interesse competit, si fidem datam confringat.*

11 *Instantia perempta, vbi adest confessio iudicialis, nihilominus pronunciari potest.*

12 *Mercatorum in causis instantia nunquam perit, in causa principali.*

13 *Statutum mercatorum, quod in illorū causis non attendatur instantia, habet locum solùm coram eorum consulibus, non coram alijs iudicibus.*

14 *Instantia nō attenditur in causis, in quibus proceditur ex æquo, & bono, & sola facti veritate inspecta, ex mente Panciroli cons. 63. à quo recedendum probatur.*

15 *Instantia in omnibus causis, etiam minimis, ex magis communi datur.*

SPiritius insufflatio (vt vocant) instātiam, siue eius restauratio meram gratiam, & benignitatē Principis: aut sapientissimi amplissimiq; Senatus in dominio Mediolani remediū similiter subsidiarium dicitur, quòad acta, quæ pereūt,
1 nempe litis, seu iudicij ordinatoria, † & processus instructionem respicientia. glo. ad l. ab hostibus. §. sed quòd simpliciter. ff. quib. ex causis maior. Bart. ad l. si ab hostib. nu. 6. C. eodem. vbi refert exemplum de leena pariente frustum carneum, mox exclamāte, vt ob clamores viuificet illud, vitæ spiritum sic tribuendo, quemadmodum obseruarunt naturales Phylosophi, vt refert Angel. cons. 53. colum. 2. Boer. decis. 247. n. 10. Capyc. decis. 165. Gram. decis. 69. 91. & 103. Sola ad antiq. decret. Sabaud. decreto, causarum. glos. 3. nu. 5. Marant. sui spec. par. 5. ver. & omnia fiant durante. num. 32. Afin. prax. iudici. §. 2. c. 16. num. 9. Papon. cons. 124. nu. 13. & Bern. Muscatell. su. prax. ciuil. tom. 1. p. 7. glo. in verb. sententiam. nu. 46. cū seqq. vbi hanc appellat mortuæ instantię resurrectionem: vnam in generali iudicio vniuersalem ad vitam immortalem: aliam particularem ex gratia, & singulari beneficio Dei Opt. Max. vt in filio viduæ, in Lazaro, & in non paucis alijs, Dei manifestaretur gloria. Diu. Thomas super epistola Pauli ad Collossenses c. 1. lect. 5. Bar. ad l. 1. nu. 2. ff. de legib. cum adductis per nos tract. de fin&io. c. 9. casu 17. additur nunc Iallongi. Racemat. 106. vbi alios citat. Gallia cons. 109. num. 22. Rol. à Valle cons. 4. vol. 3. & cons. 82. vol. 4.
2 Non quòad acta decisoria † imò nec quòad probatoria, vt sunt confessiones, attestationes, cōsilium, relatio, & huiusmodi l. & post edictum. ff. de iudici. l. properandum. §. vlt. C. eod. Bart. ad l. cùm lite mortua. ff. iudica. solu. Alex. cons. 58. vol. 2. Bero. cōs. 37. vol. 3. Afflict. Decis. 148. num. 3. Capell. Tholosa. q. 180. Put. Rot. Roma. Decis. 196. lib. 2. Gayll. lib. 1. obseruat. 103. Borgnin. Decis. 13. par. 1. Sola d. glos. 3. & Rot. Genuen. Decis. 13. nu. 6. nisi ageretur de ficta probatione, qualis
3 est declaratoria, † quòd positiones essent pro cōfessis habitæ, nam instantia perempta, actum est de viribus huius declaratoriæ. Lanfranc. Bald. Decis. 282. Insuper non pereunt acta, quæ causæ non sunt, Maluas. cons. 23. nu. 10.
4 Vt autem vtiliter illa instantiæ † restauratio ac renouatio impetretur, requiritur.

Primò, quòd allegetur aliqua iusta causa aut colorata quamuis non verificata; vt tradunt Marant. & Asini. præallegatis in locis vbi quoque exempla suggeruntur.

Secundò, quod à principe vel habente
5 iura † principis impetretur, cùm inter regalia sit instantiæ spiritus insufflatio. Afflict. ad tit. quæ sint regal. nu. 96. Vrsill. ad eiusdem Decis. 346. ita tradit Capyc. Gramat. & alij superius relati. Menoch. cons. 380. num. 4. vbi damnat Socin. iun. cons. 132. nu. 5. & 6. tom. 2. tenentem, quòd sine cognitione causæ potest hoc remediū, & gratiam concedere.

Tertiò, secundùm aliquos requiritur, quòd

6 quòd non vltra duas † vices facta sit talis instantiæ renouatio, & insufflatio, quia bis tantùm conceditur. Imò aliqui in eam abierunt sententiam, quòd secunda insufflatio non concedatur. Capyc. d. Decis. 165. Verius tamen est non solùm secundam, sed & tertiam ac quartam, quin amplius vlteriorem insufflationem pro arbitrio cuius manus non sunt abbreuiatæ, nec frenum imponendum in auro gratiarum suarum spargendo Ias. ad l. beneficiũ nu. 31. ff. de constit. princip. concedi posse, ac multoties impetrari. Asini. d. loc. nu. 14. & 15. Iallong. d. loc. nu. 1. & Muscatell. d. loc. nu. 51. Rol. d. cons. 82. nu. 13. vol. 4. Sic & restitutionem in integrum, siue noua adsit concedendi causa: siue nouæ defensiones non prætendantur, intelligendo nouam causam, seu nouas defensiones, sicuti declarat Morla in Empor. iur. par. 1. tit. 5. quæst. 11. n. 7. siue sit postulata ad appellãdum, siue ad totam causam: semper datur primum, & secundum beneficium ex communi obseruantia, dummodo primæ concessionis mentio fiat, vel restitutio in integrum à Præside non sit denegata, quo casu amplius concedi nequit, ne sententia lata ludibrio habeatur. Caldas ad l. si curatorem. vers. implorãdum nu. 33. C. de in integr. restitut. Fort. Odd. de restitut. in integr. quæst. 16. art. 8. Afflict. decis. 114. & in cõstit. Reg. lib. 2. Rub. 40. num. 11. Gamma Decis. 110. nu. 7. Capyc. Decis. 109. & 165. Magon. Rot. Lucens. Decis. 68. num. 23. cum seqq. Minsing. cent. 1. obseru. 52. plenissime Muscatell. d. praxi. tom. 1. par. 6. glos. in ver. in integrum. num. 20. cum seqq. Cæsar. Barz. Decis. Bononi. 107. num. 17. 30. & 31. quicquid censuerit Dec. cons. 436. nu. 5. cum seq. Guid. Pap. cons. 182. Pet. Ant. Angus. cons. 56. in fin. lib. 2. Tiraq. ad l. Boues. §. hoc sermone. nu. 137. ff. de verb. signif. Mautit. de rest. in integr. c. 257. cum seqq. Nam loquuntur contra communem, vel in casu semel denegatæ restitutionis, vel in restitutione ex edicto maiorum, vel quando constat de malitia partis, seu contemptu iudicis. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 16. nu. 41. Magon. indicato loco. Polyd. Rip. obseru. 330. & 331. vel quando esset iam lapsum quadriennium. Rot. Roma. Decis. 233. lib. 2. p. 3. in nouissimis. Natta. cons. 45. num. 1. Put. sub. Rot. Rom. Decis. 446. lib. 2. nisi damnum esset eminentissimum. c. 1. cum Glos. de rest. in integr. in 6.

7 Quartò, quòd reficiantur expensæ † per impetrantẽ, si ex eius negligentia, vt præsumitur. Crauett. cons. 270. perijt instantia, cùm priuilegia Principium intelligantur sine præiudicio tertij. Tessaur. Decis. 21. Rol. à Vall. cons. 82. nu. 15. vol. 4. Iallõg. d. Racemat. 106. nisi ex processus visione liqueat de aliqua iusta causa negligentiam excludente, veluti de facto iudicis, aut infirmitatis, siue illius necessaria absentia, ità quòd apud ipsum iudicem, & ad acta prçcedant complures protestationes sæpius, & sæpissimè iteratæ, & (vt dicitur) instanter, & instantissimè, & taliter quòd vnica protestatio non sufficit. Marant. d. nu. 32. Rol. à Vall. d. cons. 4. n. 63. D. Menoch. cons. 380. num. 32. & 42. vbi etiam confutat Bursat. cons. 2. nu. 9. aliter sentientẽ. Ossascus Decis. 7. & 10. & Brunor. à sole q. 24. nu. 67. cum seqq. & in huiusmodi casu modesta importunitas non improbatur. Author est Alex. cons. 59. nu. 6. vol. 4. facit Paris. de Put. tract. de sindicat. in verb. iudex c. 2. nu. 8. nam stare non dicitur per iudicem nisi interpelletur, & cõgruo tempore expectetur. Alex. d. cons. 59. nu. 6. Petrus Ioann. Anchara. famil. q. 71. lib. 3. sed & datur ad damna, & interesse actio de dolo contra aduersarium, si est soluendo.

8 Quintò requiritur, quòd aliter † non possit reparari instantia nec per renouationem, aut per reepilogationem actorũ,
9 nec per prorogationem † aut per suspensionem, quandoquidem in fine instantiæ, antequã ipsa pereat, partes de iudicis consensu omnia acta causæ vno, eodemq; cõtextu iterum producendo renouant his verbis iterum produco libellum, litem contestor, exceptiones factas, & responsiones deduco, atque propono, & sic de singulis. Alex. & Fulgos. ad d. l. properandum. Asin. de magis communi fidem facit d. c. 16. nu. 4. Alb. cons. 281. nu. 9. vol. 2. vbi per renouatam petitionem instantia censetur renouata. Similiter, quando ex partium consensu fit repilogatio quo-

rumcunque actitatorum absque ulla eorũ reiteratione siue expensarum refectione, Gallia conf. 121. nu. 1. & 2. Mynsing. cẽt. 4. obseruat. 49. fortius cessat remediũ hoc subsidiarium ob instantiæ factam op-
10 portunè prorogationem, † subscriptam nimirum à iudice, & à partibus, seu earũ procuratoribus iuxta fori nostri stylum, quę tunc denuo obtinet effectum duobus concomitantibus, scilicet, quòd duret instantia, vnde inualuit vsus, vt in subscriptione apponantur hæc verba à die finis &c. vel in rescriptio, quatenus subsit instantia Bero. conf. 37. vol. 3. & Gallia d. conf. 109. nu. 20. Deinde quod instantia in illo casu sit prorogabilis, vnde vltra triennium in causa principali non attenduntur prorogationes, etiam de consensu partium profectæ. Syluan. cõs. 69. Rol. à Vall. cõs. 21. vol. 3. Rimin. iun. cõs. 314. nu. 23. vol. 3. Bursat. conf. 2. col. 2. & seq. Asin. sua prax. d. §. 2. c. 8. nu. 2. & Barzius Decis. Bononien. 32. Succurritur tamen parti cõtra aduersarium opponentem de lapsu instantiæ per actionem de dolo ad damna, & interesse, si constat de enixa eiusdem voluntate circa prorogationem instantię cum promissione iurata, & obligatione bonorum: alioqui datur restitutio in integrum, si de probabili constet impedimento. Bart. ad l. arbitris. §. dolo. ff. de dol. Abb. ad cap. ex ratione. colum. 3. de appellat. Vbert. Zuccard. conf. 36. nu. 1. & 2.

At à prædictis (mea quidem sentẽtia)
11 discedi potest, vbi sumus † in confessis etiã perempta instantia, dummodò confessio sit iudicialis, & minimè erronea, quia super ea, quasi super notorio, potest pronũtiari, non obstante quocunq; interitu instantiæ, Bald. ad d. l. properãdum. in prin. Lanfranc. Balb. Decis. 331. Carroci. Decis. 44. num. 10. Hieron. Papon. conf. 124. num. 13.

Discederem quoque in causis merca-
12 torum, † quę regulantur instar causarum curiæ ecclesiasticæ Marant. conf. 57. num. 1. & 2. Rot. Gen. Decis. 171. n. 4. vbi non agnoscitur interitus instantiæ, quoàd causam principalem. Felyn. ad c. venerabilis. in princ. de iud. Asin. praxi. iud. c. 3. n. 22. & seq. Vant. de nullitat. tit. de null. ex def. iurisd. nu. 126. contrarium Rom. conf. 220. maximè in foro nostro Ticinensi, in
13 quo mercatores habent † statutum particulare non seruandæ instantiæ inter eos coram consulibus: non tamen coram alijs iudicibus attenditur. d. statutum: Soc. sen. conf. 288. num. 9. vol. 2. Bal. in l. 2. nu. 10. C. de constit. pec. Bertaz. conf. criminali. 94. n. 10. & Beneuen. Stracc. præclarè distinguit tract. de mercat. titulo quomodo proced. in caus. merc. prima partic. vltim. partis principal. num. 10. cum huiusmodi statutum respiciat ordinatoria, non etiam decisoria, & tradit Paseth. conf. 101. Rot. Gen. Decis. 100. nu. 2. Osasch. Decis. 22. & Carpan. ad statu. Mediol. par. 1. in pręfationib. nu. 679. cum seqq. Aliter tamen prouisum est Mediolani, vbi causæ mercatorum debent regulari instantia. xx. dierum vtilium, in quo potissimum cre-
14 di poť esse corectũ cõe ius, quod in causis † cognoscendis sola facti veritate inspecta, ex æquo, & bono, sine forma iudiciaria, & absque solemnitate iuris positiui non habeat locum instantia, quatenus ad causam principalem. Pancirol. conf. 63. nu. 19. Mysing. obseruat. 44. centur. 1. Rot. Gen. decis. 31. atq; Rot. Auen. Decis. 249. n. 4. Quod ego intelligerem, quando nec expressè, nec tacitè lis cõtestatur. Osasch. Decis. 1. n. 31. vel quando nulla causæ cognitio exigitur. Asin. d. loco, nu. 36. cum seqq. Borgnin. Decis. 10. nu. 32. & Decis. 17. nu. 17. & seq. par. 1. vel quod tollatur rigor obseruantiæ respectu instantiæ, ita vt sententia in causis mercatorũ lata quoque extra instantiam valeat: sed non tollatur in his etiam causis natiuitas instantię quæ oritur ex cõtradictione, queãdmodũ admonet Caroc. decis. 44. num. 6. & huc pertinet deductio Nizol. allegatione 50. vbi reijcitur Panciroli conf. 63. num. 19. iuxta etiam adducta per nos tract. de facti scient. & ignor. Cent. 2. distinct. 74. tom. 1. Additur Bero. conf. 1. nu. 19. cum seq. vol. 3. & Magon. sub Rot. Flor. Decis. 89. nu. 2. & 3. vbi inquit, etiam explosam superinde Bart. ad l. litibus. C. de agric. & censit lib. 11. opinionẽ. plenissime Barz. Decis. Bonon. 30. num. 3. vbi defendit de
15 magis communi in omnibus causis † etiã minimis, atque extraordinarijs, summa-

rijs,

rijs, & executiuis datur instantia. Peregr. Decis. 146.

REMEDIVM XCV.

Ex l. 1. ff. de via pub. & l. 1. iuncta. l. 4. ff. de itin. actuq; priuato, circa refectionem viæ deuastatæ.

SVMMARIVM.

1 *Viam priuatam, aut vicinalem casu, vel aquarum impetu deuastatam, domini, vel vicini contribuendo reficere tenentur.*

2 *Via publicæ ad refectionem vicini tenentur.*

3 *Viæ publicæ deuastatio, si facto priuati est secuta, ipse reficere tenetur, & si non sit soluendo, vicini reficiunt in subsidium, & expensas repetunt etiam per immissionem in possessionem prædij vicini, idem est in aggeribus, foratorijs, & aquæductibus causa alicuius deterioribus factis.*

4 *Appellatio etiam admissa cum clausula si, & in quantum vel absolutè, non operatur, vbi periculum est in mora.*

Ontenditur nõ raro super refectione viæ deuastatæ, quis ad eam teneatur, & distinguitur inter viã publicam, & priuatam, intelligendo hos terminos iuxta l. primam. ff. de via publ. Rimi. iun. cons. 382. vol. 4. Borell. cons. 26. Marant. cons. 36. Syiua. cons. 60. & 95. Viu. Decis. 488. Surd. Decis. 42. Franc. March. Decis. 335. & seq. par. 1. Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 20. vbi notabiliter, & Rot. Lucen. diuers. decis. 101. Ioseph. Ludou. suis commun. concl. vlt. nam si via sit priuata
1 † aut vicinalis, quæ impetu aquarum fuerit deuastata, vel casu; tunc dominus tenetur, vel vicini contribuunt in via vicinali reficienda vel reparanda. l. 1. & 4. ff. de itin. actuque priuat. & apud nos tract. de portion. rat. q. 15. Secus in viæ publicæ
2 refectione, † quia (exceptis illis vijs, quas mastras appellant) vicini tenentur ad refectionem, quatenus regulatur, & visitatur per officiales. Franc. March. Decis. 594. num. 6. par. 1. nisi liqueat, deuastatione contigisse facto priuati alicuius, † quia
3 is in primis cogendus est restaurare, quoquo modo causam dederit ruinæ, & deuastationi: Si verò ipse non esset soluendo tunc in subsidium tenentur vicini prædiorũ. Cœpoll. tract. de seruit. rustic. prædio. cap. 3. de seruitut. viæ nu. 58. relatus per Carpan. ad stat. Mediolan. par. 2. cap. 248. nu. 11. Recuperabunt tamen vicini hanc impensam per regressum contra authorem deuastationis etiam per immissionem in possessionem prædij vicini, si quod habent vel per actionem negotiorũ gestorum, quando huiusmodi actio exercitio erit vtilis apud vicinos, vnde mitigabitur rigor omnis l. 4. C. de ædifici. priuat. & Bald. cons. 261. num. 8. volum. 1. vbi regressus facit cessare læsionem. Quod dictum intelligerem verum, quãdo regressus fortitur effectum, vel est aptus illum producere. Idem præterea dicendum existimo, quando hæsitaretur qualis esset via, quia in dubio præsumitur publica. Mascard. de probatio. conclus. 1404. Idẽ imò dicerem in pontibus, in aggeribus, in trauacatorijs seu septis, aut in foratorijs, in aquæductibus, in canalibus, in fistulis, in incilibus, in riuis, & in cuniculis, vulgò tomboni, quæ omnia sunt in primis purganda ab eo, cuius causa deteriora facta
4 fuerunt, non † obstante appellatione etiã admissa simpliciter, vel cum clausula, si & in quantum, quia periculum est in mora. l. 1. & per tot. tit. ff. de iuris. Rebuff. de sentent. prouision. artic: 3. glos. 6. num. 2. Carpan. d. cap. 248. num. 19. & 20. etiam quòad personas ecclesiasticas, si ipsæ damnum dederint vel damni occasionem præbuerint, c. vlt. de in iur. l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. & benè declarat Carpan. d. par. 2. cap. 250. Franc. Marc. Decis. 596. cum duab. seqq. par. prima.

REMEDIVM XCVI.

Ex l. 2. ff. de iure iurand. circa iuramentum decisiuum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuũ, & super vno articulo tantum, modò de perse consistat, & super tota causa deferri potest.*

2 *Iuramentum litis decisorium iudicialiter præstitum, pro veritate habetur, & non admittit probationem in contrarium, nisi ex partis confessione, vel ex instrumentis nouiter repertis.*

3 *Nouarum Const. Mediolan. sub tit. de accusat. §. ex causa locus recensetur.*

4 *Iuramenti litis decisorij declarationi ad hoc vt sit locus, requisita nouem traduntur vsque ad nu. 11.*

12 *Statutum Papiæ in ciuil. 14. declaratur.*

13 *Appellationi fit locus si vertente controuersia, an sit formiter iuratum, iudex pronũciauerit esse informiter iuramentum præstitum, licet à sententia declaratoria post iuramentum decisorium appellatio non detur.*

ET iuramentum litis decisorium, quod æris alieni emplastrum appellari cõsueuit (solutionis enim locum obtinet, & acceptilationis vices sustinet l. iusiurandum etiã. ff. de iure iu. latè Seraph. de iuramen. priuileg. 81. & 82.) inter remedia reponitur subsidiaria ad lites dirimendas. l. 2. ff. de iureiurand. latè F. Pacian. de probat. lib. 1. c. 70. Ant. Sola ad nou. ord Sabaud. tit. de iu reiur. glos. 1. vbi materna lingua dicitur vltimo refugio, quod vt primùm est

1 oblatum siue † super tota causa siue super vno articulo tantum si de per se consistat. Petr. Rauenna singul. 594. cum adductis per Caprpanum ad statut. Med. par. 1. cap. 100. nu. 103. Ant. Sola ad nou. ordines Pedem. tit. de iureiur. glos. 10. licet is cui defertur cum omnibus qualitatibus debeat illud acceptare. Boer. Decis. 243. & 339. & Sola prædicto loco. glos. 4. & 6. Menoch. de arb. iud. casu 93. executionẽ impedit, præstitum verò iudicialiter habe

2 tur pro veritate, vsque adeo † vt non admittat probationem in contrarium, nisi per partis confessionem vel instrumentis de nouo repertis præuia restitutione in integrum. l. admonendi. ff. de iureiur. Boer. Decis. 305. & 306. Tessaur. Decis. 240. vlterius namq; non est quærendum post iuramentum decisiuum. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & fusissimè prosequitur Caroci. tract. de iurament. decisor. q. 4. secũdæ quæstion. principa. & quest. 2. decimæ quest. principal. D. Menoch. cons. 47. vol. 1. Maluas. cõs. 61. Botta Cremonen. cõs. 49. Bursa. cons. 285. vol. 3. Bimi. cons. 68. vol. 1. Cassane. ad consuetud. Burgund. §. 12. rub. 10. vers. des retraicts. nu. 10. cum seqq. nisi ad puniendum criminaliter iurantem de periuro, si scienter & dolosè deierauit. Marant. sui specul. par. 6. tit. de iuramento. num. 22. dummodò querela falsi porrigatur infra mensem ad præscri-

3 ptum † Nou. Const. Mediol. sub tit. de accusatio. §. ex causa.

4 Et verò dicitur † subsidiariũ, quia inter alia requisita mox subijciẽda illud antesignum est, quòd quis non cogitur iurare, nisi in dubijs, & necessarijs, quando aliter non potest ad veritatem eius, de quo contẽditur, deueniri. glo. ad cap. 1. vers. quod iuramentum. ad 11. 22. q. 1. Idcircò habens instrumentum obligationis non tenetur iurare, nisi super solutione. sic nec habens intentionem fundatam testibus aut scripturis legitimis, cogitur iuramentum hoc sibi delatũ subire, vel positionibus respondere neque referre. Rot. Roma. ex Crescent. de iureiur. Decis. 4. Osasc. Decis. 10. & 11. Imo nec quando semiplenè tãtùm est probatum, cùm eo casu fiat locus iuramẽto suppletiuo. Ideò vbi plenè probatur actoris intẽtio per testes examinatos, perperam ad hoc iuramentum recurritur: Quando verò semiplenam probationem facerent, proceditur per iuramentũ suppletorium. & denibue quãdo minus quã semiplenè, aut nihil probatum est, in subsidium recurritur ad hoc iuramentum. Crauett. cons. 207. nu. 4. & Osasc. Decis. 97. nu. 6. & 10.

5 Insuper requiritur † approbatio iudicis. Marant

Marant.d.loc.Bart.conf.115.nu.3.lib.2. Rot. Genuen. Decis.156.nu.13.

6 Tertiò requiritur † præsentia vel vocati partis. Tesaur. Decis.68.

Quartò debet deferri principali à domino, non etiā procuratori à procuratore sine speciali mandato, tā de consuetudine fori nostri, imò etiam statuto nostro Ticinen.28.in ciuil.licet forma sacramenti, & positiones debeant intimari personaliter principali. Neuiza.conf.5. Rot. Auenion.Dec.7.& Tesaur.Dec.17.quàm de iure communi,ex Bart.ad l.non solùm.S. sed interdum.ff.de procurat.& Franc. March. Decis.687.par.2. secus si mos regionis poscat præambulas monitiones vel etiā imprecationes, vt super altari S. Antonij, vel de cōrentis in psalmo, deus laudem meam ne tacueris. vt meminit de 1. Crauett. conf.198.num.5. Beci. conf.7. Tesaur. Decis. 61.

7 Quintò requiritur, † quòd offerens iuramentum prius iuret ipse de calumnia. Boer. Decis. 243. & in specie iurandū est de calumnia distinguendo cū eod. Boer. Decis.339. dummodò petatur.Pract.Papien. in form. iurament. quod præstatur. vers.dicit, & protestatur. nu.3.

8 Sextò requiritur, † quòd sit delatum intra tempus probationis: alioqui elapso termino ad probandum,& probatum habendum non releuat. Crauett. d. consil. 207.nu.6.Rot.Genuen.Decis.176.num, 12.Iafred. Lanfranc. Balb.in semit.causidicorum Decis. seu concl.74. secus in lapsu termini ad probandum etiam publicato processu, quia is qui instetit pro publicatione processus, & fortassis parùm præstitit, potest adhuc offerre iuramentum. Osasc.d. Decis. 97.nu.7.

9 Septimò requiritur † tactus scripturarū iuxta morem regionis. Rot. Auenion. d. Decis.7. & Decis. 47.

10 Octauò requiritur † quòd deferatur habēti certam notitiam, vt in facto proprio ad euitandum anceps periurium, nisi ad credulitatem referatur quod credulitatis iuramentum subit etiam nescius, vel iussus iurare super facto alieno. Crauet.cōs. 203. Menoch.de arbitr.iud. casu 189. & conf.35.lib.1. Abb.conf.118.lib.2.

11 Nonò, & vltimò † pertinet ad præcisā obseruantiam formæ iuramenti, prout est delatum absque plica, conditione, & in suo lucro. Rot. Auenion. d. Dec.7. etiam stan-

12 te statuto nostro Ticin.14.in ciuil. † quod intelligendum est ex parte iuramentum deferentis, vt ei concedatur potestas cōficiendi certam formam iuramenti, super qua iuretur, & super quibuslibet alijs dependentibus vel facientibus ad negotium de quo quæritur, & in sacramento fit mētio quòad excludendum vel includēdum intentionem deferentis sacramentū. Non autem permittitur ei, cui defertur, aliâ inter serere extranea, vel implicare ea, quæ non insunt ex natura rei, neque præsumuntur. Asin.prax.iud.S.9.cap.22. Menoch. de arbitr. iud. casu 93. plenissimè Borgnin.Deci.27.nu.88.vsque ad fi.par. 2. & Surd. Decis.258. circa simile statutum videndus est Rim.d. conf.68. & 69. vol.1. declarans aliter esse quando quali-

13 tas adiecta esset obscura. Quod si † controuertatur super hoc, an sit formiter iuratum necne, & probabilis sit dubitatio, nihilominus iudex pronuntiauerit informiter iuratum, fit locus appellationi, quia iudex potuit se decipere, & partē grauare: tametsi à sententia declaratoria lata post iuramentum decisorium, non detur appellatio, instar rei iudicatæ. Menoch. conf. 217.& Osasc. Decis. 61. Sola. loco iam relato.glo.11.in fi.Fachin.1.cōtrou. Iur. cap.23.

REMED. XCVII.

Ex l. admonendi.ff.de iureiur.circa iuramētum suppletiuum, & iuramēti suppletiui non admittendi in probatione lucri cessantis.Crau.conf.401. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum suppletiuum in casibus in quibus verisimiliter reperiri possunt testes in defectum probationis, locum non habet.*

2 *Præsumptio vehemens quando sufficiat, remissiue.*

3 *Iuramenti suppletiui in delatione, requisita duo-*

duodecim referuntur, vsque ad nu. 11.

10 *Iuramentum suppletiuum locum habet etiā in causa appellationis, & hoc quomodo, & quando procedat.*

11 *Iuramentum suppletiuum non defertur, vbi hinc inde extat semiplena probatio, vel quando contra semiplenam probationem vrget aliqua iuris præsumptio.*

12 *Iuramentum suppletiuum facit cessare condemnationem victi in expensis, & contra delinquentem defertur nulla facta probatione.*

13 *Ignorantia iuramento illam allegantis probatur, qui si non admittatur ad iurandum potest appellare.*

14 *Ignorantia excusat vassallum, & emphyteotam a caducitate saltem media restitutione in integrum irregulari.*

15 *Ignorantia ad hoc vt iuramento probetur septem requiruntur vsque ad nu. 18.*

19 *Ignorantia licet fuerit iuramento probata, contrarium tamen aduersarius probare poterit.*

Vramentum quoq; suppletiuum, quod, & necessariū vocant Seniores nostri ad l. admonendi. ff. de iureiuran. eam induit naturam, vt in casibus, in quibus verisimiliter possunt inueniri plures testes, † in defectū semiplenæ probationis deferri non possit in odium negligentis, qui potuit verisimiliter per testes suam munire intentionem DD. communiter ad d. l. admonendi, & ex Bart. & Baldo scripsi Alex. cons. 109. nu. 16. vol. 4. sic Marsil. singul. 461. reliquit, iuramento nō credi, nisi in defectum aliarum probationum. Alex. cons. 32. vol. 1. Marant. in specul. par. 6. tit. de iurament. Natt. cōs. 53. & 199. cū adductis per Fachinæ. lib. 1. controuers. iur. c. 15. cum trib. seqq. Rip. tit. de probat. respons. 17. nu. 7. & de interdict. respon. 12. nu. 33. par. 2. & inter cons. matrimonial. cons. 82. Cephal. cons. 141. nu. 2. Surd. cons. 147 vol. 1. Cæuall. tract. commun. contra commun. q. 300. Scrader. de feud. par. 2. c. 1. n. 52. Menoch. de arbitrar. iud. cas. 190. & 192. & tract. de præsumpt. lib. 1. q 82. vbi quando sufficiat † vehemens præsumptio, & sufficiens Mascard. de probatio. cōcl. 954. & Franc. March. Decis. 753. par. 2. Minsing. Cent. 1. obseruat. 68. Andr. Gayll. lib. 1. obseruat. 108. & lib. 5. obseruat. 94. Eugen. cons. 8. num. 53. cum seqq. atque Serafin. de iuram. priuileg. 33. nume. 5. & seqq. multis. Euerrard. iun. cons. 25. num. 34. cum seqq. volu. 2. omnes propemodum cōcordant in requisitis, vt ad delationem huiusmodi iuramenti validè possit deueniri, nempe.

3 Primò, † quòd causa non sit ardua, seu magni ponderis, cuiusmodi est syndicatus monachationis, vsurariæ, matrimonialis, & testamentaria, nisi præsumptio sit contra partem, vel nisi sit plusquam semiplenè probatum. Soc. sen. cons. 136. volu. 1. Crau. cons. 198. num. 10. Serafin. de iurament. priuil. 33. num. 10. sic causa reuocationis donationis ob ingratitudinem probatam per vnicum testem. Rip. ad l. vlt. q. 57. C. de reuoc. donat. & Bertaz. cons. ciuili 84. num. 38. ita quoque interesse nō potest probari per iuramentum suppletiuum, nisi concurrentibus quibusdam circunstantijs, de quibus apud Bald. cons. 345. vol. 2. & Decis. ad l. quatenus nu. 5. ff. de reg. iur.

Secundò, quòd non sit criminalis, in qua non veniat imponenda pœna pecuniaria.

Tertiò, quòd tale iuramentum deferri petatur ante conclusionem in causa.

Quartò quòd is, cui defertur, sit persona honesta, & (vt alij vocant) sit omni exceptione maior nec in aliquo suspecta de periurio quod etiam procedere volunt in muliere. vt apud Put. Rom. Rot. Decis. 431. lib. 2.

4 Quintò, † quòd tale iuramentum sibi deferri petens veritatem verisimiliter sciat per sensum corporeū, & addunt insuper, vehementem scientiæ præsumptionem sufficere nō leuem, sic Roma. cons. 91. nu. 10. expendit Menoch. de præsumpt. lib. 1. d. q. 82. nu. 3.

Sextò, quòd semiplenè sit probatum per vnum testem omni exceptione maiorem.

5 Septimò, † quòd talis semiplena probatio dilui aut obscurari nequeat aliqua præsumptione in contrarium.

Addenda

Addenda censemus nos alia quinque requisita, videlicet, quòd non concurrentibus his adminiculis fiat capitulum separatum probeturque.

6 Octauò,†quòd testis inductus est fuitq; omni exceptione maior. cum diligentia examinatus. Steph. Gratiā. Rom. discept. Forens. cap. 144. nu. 61. Natt. d. cons. 53. Rot. Auenion. Dec. 105. nu. 3. Benitend. Decis. Bononien. 61. & 67. & quidē tempore iuramenti, & testimonij. Alex. cons. 78. col. 3. lib. 1. & cons. 82. col. 4. volu. 3. Rol. à Vall. cōs. 57. n. 40. vol. 4. & Cepha. cons. 170. nu. 39. qui de testibus, & huiusmodi iuramentum requirente, taliter capitulandum, & probandum esse scripsit cons. 225. nu. 51. & vltra. sicuti præcipuū est in ijs casibus, qui exigunt testem idoneum, seu (vt diximus) omni exceptione maiorem quem Bald. appellare consueuit inuulnerabilem. Surd. cons. 23. num. 39. Syluan. cons. 3. nu. 8. melius distinguit Laderch. cons. 183. nu. 9. Declares tamen velim cum Mascard. de probation. concl. 898. nu. 5. & 6. & deinceps. iuncta. concl. 1248. nu. 12. & seqq. vbi etiam declarat, prout & concl. 1360. ad fi.

Testis autem dicitur omni exceptione maior, qui de aliquo crimine non est infamatus, & qui nullam exceptionem legitimā patitur teste glo. ibiq; Abb. ac cap. primū de consang. & affin. docte Ludoui. à Pegue. inter Decis. Regn. Catal. c. 17. nu. 2. & 40.

7 Nonò † exigitur, quòd probatio non sit facienda per scripturam ex statuto seu pacto. Bald. ad authen. sed nouo iure. C. si cert. pet. & Tessaur. Decis. 256. vbi in hac materia distinguit inter iuramentum decisiuum, & suppletiuum.

Decimò rursum, & quòd si res sit cum filio, & hærede patris informato de factis paternis, probetur, filium verisimiliter de his esse informatum confesso superinde vno articulo seu capitulo Rol. à Vall. cōs. 52. lib. 1. sic etiam tradit Viui. Decis. 539. col. pen. & fin. lib. 4.

8 Vndecimò, quòd vlterius controuersia non sit super substantia debiti: sed super quantitate vel alijs accidentalibus dubitetur; alioqui secus, cùm quātitatis probatio sit inanis, substantia non probata, legitimè & sufficienter. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. cap. 144. nu. 14. circa quam non deuenitur ad iuramentum suppletiuū, sed in ea obtinet regula l. qui accusare. C. de eden. quæ omnia optimè probat Glo. Magna ad l. si arbiter. ff. de probat. Natt. cons. 102. n. 2. Crauett. cons. 198. nu. 9. & cons. 911. num. 25. & vlterius in tract. de antiquita. temp. p. 1. sectio. incip. vidimus abundè. nu. 16. Rot. Genue. Decis. 119. num. 4. iuncta Decis. 141. in fi. ac Decis. 208. Osasch. Deci. 96. Magon. apud Rot. Lucen. Decis. 20. in addit. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 36. & Decis. Perusin. 100. par. 2. Addo Caroc. Decis. 11. vbi bene declarat.

9 Duodecimò † & postremò, quòd probetur actu, & habitu alios testes interesse non potuisse: quandoquidem nō sufficit, quod ex accidenti plures nō interfuerint, aperiatur via producenti testem, vt dicat quòd alij non potuerunt haberi. Bart. ad d. l. admonendi. num. 37. & ibi Cur. iun. nu. 192. Natt. cōs. 202. nu. 12. cum adductis per Surd. Decis. 326. nu. 93. & deinceps. vbi ponit exemplum in testibus inhabilibus admittendis, quando veritas aliter non potest haberi, de quo nonnihil superius Addo. Steph. Gratian. Rom. Decis. Ma. chię. 36. nu. 2. & 3.

Porrò huius iuramenti suppletiui pro varietate causarum varij sunt effectus. sed inter alios.

Succumbens in prima instantia potest obtinere in causa appellationis medio hoc iuramenti, quod etiam præstatur in causa
10 appellationis†Serafin. annotato loco. nu. 194. & in ea pariter omnes purgantur errores, & inualuit illud pertritum, non deductum deducam, & non probatum probabo. l. per hanc. C. de temp. appellatio. c. cùm Ioannnes. vbi Felyn. extra de fid. instrum. & Gayll. d. obseruat. 108. nu. 9. Mascard. de probat. concl. 11. dummodo postulans admitti ad hoc iuramentū, cubuisset per absolutoriā ab obseruatione iudicij quia nihil probatum fuisset in prima instantia, vel perempta esset instātia in causa principali, mox pronuntiatū super desertione: aliàs secus. Boer. Decis.
11 95. nu. 7. vbi quando hinc † & hinc extat semiplena probatio, vel contra semiplenā proba-

probationem vrget aliqua iuris præſumptio, non habet locum hoc iuramentum. Natt.d.conſ.53.

Alter eſt effectus, quia ceſſare facit cō-
12 demnationem † victi in expenſis. Alex. conſ.122. nu.16. volum.2. Caroc. tract. iuramenti deciſiu.q.27. & Paul. Granut. Theoremat.10.num.11.cum ſeqq.lib.1. Niſi is,cui delatum eſt hoc iuramentum, pluſquam ſemiplenè probaſſet per duos teſtes, quorum vnus non eſſet integer,vel idoneus, & aduerſarius nihil præſtitiſſet: aliàs non habetur ratio expenſarum, vbi quis palmarium cauſæ reportauit ex vi huius ſupletiui iuramenti.Neuizan.conſ. 94. num.8.& 10.Teſſaur. deciſ.236.& Borgnin. Caualcān. Deciſ. 16. num. 32. par.1.

Declarantur modò omnia prædicta ne locum ſibi arrogent in caſu delinquentis, ſanè contra eum defertur iuramentum, etiam vbi nihil eſt probatum,vt in ſpoliatore præſertim violento, quæcunque vis ſit, vel ablatiua vel turbatiua, expulſiua, compulſiua, vel inquietatiua cumulatè Plot.ad l.ſi quando. nu. 125. C. vnde vi. ſubdeclarando tripliciter cum eodem Plot. ad d. l. ſi quando. num. 732.& ſequentibus.

Et poſtquam incidit ſermo hic noſter in iuramento, prodeat (forſan appoſitè) quod nos aliquando tradidimus tractat. de fact. ſcient.& ignorant. inſpect.84.

13 Ignorantiam probari † per iuramentum illam allegantis. iuxta pleniſſimum locum Maſcard.de probatio. concl. 881. Seraphin. de iuram. priuileg. 4. Additur nunc Oſaſc. Deciſ. ſeptuageſimaprima. Surd.conſ.567.nu.32. cum ſeq.vol.4. ex cap. paſtoralis. extra de exceptio. capit. ſi verò.2.de ſent.excommunicat. glo. ad c. præſentium.extra de teſtib.& ad cap.præſumitur.de reg. iur.in 6. Abb. Felyn. & Deci.ad cap.2. extra de conſtitut. ex glo. ſimiliter ad §. ſed iſtæ. vbi Iaſ. Inſtitut. de action. Bart.idem Iaſ. & alij ad l. admonendi. ff.de iureiur.Pariſ.conſ.95. nu.46. lib.1. Laurent. Syluan. de feud. recognit. quæſt.75.& 76.& Petrus Caball.Crimin. reſolutionum caſu 199.nu. 27.vſq; adeò vt ſi poſt allegatam ignorātiam quis non admittatur ad iurandum, poſſit appellare; atque recipienda ſit illius appellatio. Alex.conſ.71.num.5. vol.1. quem ad id cum alijs adducit Gayll. obſeruat. 48.nu. 25. lib. ſecūdo.quæ plurimum conferunt in materia feudali, fideicommiſſaria, & emphyteutica ad excuſandum vaſſallum,
14 aut emphyteotam à † caducitate & commiſſo,quia vel non fuerit petita inueſtitura,vel canon haud ſolutus, vel deuentum ad alienationem domino inconſulto; vel requiſitus ſit à domino emphyteota, aut vaſſallus ad oſtendendum, ſeu propalandum bona ſubiecta, veluti teneri, niſi ſit probabiliter ignorans, probat Bellon.cōſ. 10. Natta. conſ. 3. cum aggeſtis per me tract.de facti ſcient.& ignor. diſtinct. 26. cēt.1.quibus addo Iacob. de Sācto Georgio tract.de feud.verſ. dictiq; vaſſalli.nu. 15.& Intrigliol.tract.de feud.centur.1.q. 68.69.& 70. nam ignorantia mortis, vel feudi, emphyteutis aut fideicommiſſi excuſat,cū in materia pęnali requiratur dolus aut culpa, quæ ceſſat in ignorante.Iul. Clar.in ſuo §.emphyteuſis. queſt.8.nu.9. Corbul.tract.de iur. emphyteut.tit.vlt.limit.20.Gayll.obſeruat. lib.2. obſeru.48. & allegatio ignorantiæ mox fieri debet, & probari ſaltem iuramento, vt ſupra.ſicut obſeruatur in omnibus dependētibus à conſcientia noſtra, & ab animo noſtro. Imò idem dicendum eſt de dubitante,qui commodè ſcire non poſſit, quippe qui ignoranti adæquetur, non obſcurè Scrader.tractat.de feud.par.9. capit.1. & Roſental.eod.tract.cap.6.concluſ.47. & 48.
15 Iam ſi placet, † ſeptem ſubnectemus requiſita, ſine quibus non ſit locus huic iuramentali probationi.

Primum eſt, quod hæc ignorantia non poſſit aliter iuſtificari neq; per teſtes,neq; per inſtrumenta.Card. ad clem.primam. quæſt.8. de conſanguinit.& affinita.& ad Clem.1.ad fin.de pęn.Fely.ad c.1.nu.12. vbi etiam. Deci.nu.18. de conſtit.Idem Fely.ad c.1.ſignificaſti.primo.num.4. de homicid.cum adduct.per Scrader.d.loco num.53.quia non admittitur, niſi in ſubſidium: & ſic quando alio modo non poteſt probari.cap.literis.de præſumptio. & cap.præſentium. de teſtib.ſic ad verbum apud Cornazan. Rot. Lucen. Deciſ.125. num.2.

Secun-

Secundò requiritur, quòd ignorantia sit verisimilis, non supina, nec stolida, aut affectata. Felyn. ad cap. quosdam. num. 9. de præsumpt. Rosent. d. loc. in fin. conclus. 47.

16 Tertiò, † quòd non vigeat contra allegantem ignorantiam aliqua scientiæ coniectura, vel præsumptio iuris seu facti. glo. ad can. proposuisti. verb. nō probatur. 82. distinct. Fely. ad d. c. 2. nu. 17. & 18. Alex. d. cons. 71. Bursat. cons. 119. nu. 14. Scrader. d. loco. nu. 52. Cornaz. d. loco. nu. 9. & Boer. Decis. 95.

Quartò requiritur, quòd iudice deferēte aut acceptante præstetur tale iuramentum. Ruin. cons. 6. n. 6. lib. 4. Crauett. cōs. 196. nu. 2. & Scrad. d. loco. num. 50. vbi alios citat.

17 Quintò requiritur, † quòd hoc iuramētum præstetur in ipso termino, & tempore probatorio, vel saltem petatur deferri, quo tempore explicari oportet acta probatoria. argumento cap. cùm dilectus. extra de fid. instrument. Crauett. d. consil. 196. nu. 1. Scrader. dicto loc. nu. 49.

Sextò requiritur, quòd petens admitti ad iurandum super allegata ignorantia, non laboret aliqua iuris vel facti infamia. Fely. ad cap. vlt. col. 1. extra de testib. Rip. ad l. damnum. nu. 6. ff. de damn. infect. & Scrader. d. loc. num. 46. vbi plurimos adducit, perinde ac dicitur de periuro, qui iuratoriæ cautionis priuatur. beneficio. Roma. ad l 2. ff. sol. matrim. Gayll. d. obseruat. 48. nu. 33.

18 Septimò † admonemur ex d. Rot. Luc. Decis. 125. d. nu. 9. dictum iuramentum non deferri, & non officere, quando agetur de tertij præiuditio, quia hoc casu, sicut nec in alijs, alterius iuramentum nō obest. insigniter Gayll. obseruat. 40. n. 11. vsque ad fi. lib. 1. vbi iuramentum patris non impedit filios reuocare inofficiosam donationem, aut reuocationem donationis beneficio. l. si vnquam. C. de reuocat. donat.

Declarantur modò prædicta non procedere, vt propterea adimatur probatio in contrarium, quia adhuc potest aduer-

14 sarius oppositum † probare. teste glos. ad l. 2. S. si ab si absens. vbi Castr. Alex. Socin. & Ias. ff. si ex noxa. caus. agat. Scrader. sæpe d. loc. num. 43. vt sanè idem dicitur de iuramento in litem, quod etiam admittit probationem in contrarium. Rol. à Vall. cons. 87. vol. 4. & Caroc. decis. seu cas. 12. nu. 4. 6. 7. & 8.

REMEDIVM XCVIII.

Ex l. 2. S. vlti. ff. de in lit. iur. & l. 3. C. de reb. cred. circa iuramentum in litem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti in litem diffinitiones diuersæ referuntur remissiuè, item multa differentia inter illud & iuramentum suppletiuum.*

2 *Iuramenti in litem delatio in arbitrio iudicis sedet, & duplex est affectionis, & veritatis nu. 3.*

4 *Iuramentum in litem habet locum duobus præsertim concurrentibus.*

5 *Iuramento in litem an & quando, ex leui culpa locus sit.*

6 *Iuramento in litem ad hoc vt locus sit, vltra dolum, & probationis difficultatem, alia requiruntur remissiuè.*

7 *Iuramentum in litem veritatis, iudicis taxatio præcedere debet à qua pariter appellari potest, & probari contrarium, tam in prima, quàm in secunda instantia.*

Tametsi inter iuramentum suppletiuum, cuius alibi meminimus, & iuramen-

1 tum in litem † multifariam diffinitum, tum ab Azon. in summ. C. de in lit. iuratum à Plot. ad l. si quando. n. 869. C. vnd. vi. vbi etiam recenset ex Marco Tullio in oratione pro Roscio sensum verbi, iurare in litem. tū ab acutissimo Culacio in paratitlis ad tit. de in lit. iura. tum denique ex Celso Bargalio tractat. de dolo lib. 6. regula 8. vigeant complures differētiæ, præcipuæ verò quia illud dicitur necessarium omnino, & absolutè. l. admonendi. ff. de iureiur. cùm non nisi necessitate cogente deferatur à iudice: hoc autem necessariū secūdùm quid reputatur, quia in arbitrio

2 iudicis residet † ipsius delatio. Insuper illud in causis dubijs defertur, & cùm adest inopia probationum. l. 3. C. de reb. credit. hoc autẽ defertur propter dolum, & contumaciam rem non restituentis, vel non exhibentis. l. 2. §. vlt. ff. de in lit. iur. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor. l. possidentibus. C. de rei vẽdica. & l. 4. §. sed & si quis. ff. fin. regund. veluti in actione ad exhibendum, in publiciana, seruiana rescissoria, hypothecaria, & in bonæfidei iudicijs, in quibus agitur de rei restitutione, modò directa sit. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. l. in actionibus. ff. de in lit. iura. doctè Io. Borcholten. tract. de in lit. iura. cap. 3. & 4. Illud modò actori defertur, modò reo: hoc reo non consueuit deferri. Bart. ad d. l. si quando. C. vnd. vi. Illud in causis magnis & arduis vel criminalib⁹ non deferri, cognitum est: hoc etiam in criminalibus, vel in arduis quibuscunque locum habet. d. l. si quando. Natt. cõs. 18. & 252. latè Ias. ad §. sequens. Institut. de actio. Illud tandem continet litis decisionem: hoc litis æstimationem. l. eius. ff. de rei vendicat. Nihilominus per manus traditum est, hoc iuramentum in litem fuisse a legislatoribus excogitatum pro remedio subsidiario, nõ prout est circa singulare interesse aut ex affectione, † sed
3 prout dicitur iuramentum in litem veritatis, postquam hoc non habet locum, nisi quibusdam, & præsertim duobus concur-
4 rentibus, nimirum dolo † aduersarij, & ex parte nostra semiplena saltem probatione aut eius difficultate, vbi aliter veritas haberi non potest. Plot. d. loc. nu. 870. vbi de tribus speciebus huius iuramenti agit. Natta cõs. 345. Menochius de arbitr. iud. cas. 268. Afflict. Decis. 169. Ludoui. à Peguer. quæst. crimin. c. 23. & in Decis. Regni Catalon. c. 23. nu. 6. Bargal. d. loc. nu. 7. & seq.

Porrò dolus consideratur vt ad sit duobus temporibus, alternatiuè scilicet ab initio, contractæ obligationis, vel ex post facto interuenerit. & debet consistere in cõmittendo, vel mixtus sufficit: non si in omittendo tantùm cõsistat. Bargal. d. tractat. lib. 2. diuision. 5. c. 1. nu. 50. cum seq. nisi in actione tutelæ ob non confectum inuentarium, vel libros rationum non exhibitos vel intricatos, in causis ecclesiasticis, piæ causæ, hospitalium, & vniuersi-
4 tatum in quibus sufficit † culpa leuis. Plot. d. loc. nu. 470. & 766. & seqq. Bart. cons. 149. & seq. Mõtan. de iur. tutel. c. 32. reg. 16. Rot. Rom. apud Caputaq. Decis. 119. par. 2. Afflict. Decis. 360. Bargal. d. reg. 8. num. 13.

Atqui probationis difficultas aliam habet considerationem, quandoquidem si res petita non potest ad oculum demonstrari, vt quia non extat, vel quia non apparet, quamquam non desierit esse in rerum natura, semper dicimus adesse difficultatem probationis. Natt. & Menoch. in præallegat. loc. Abb. cons. 109. num. 3. lib. 2. Crauett. cõs. 287. Rot. Auenion. decis. 85. & 106.

5 Quin amplius vltra dolum † & difficultatem, inopiamuè probationis requiruntur alia non pauca, de quibus apud Bart. d. cons. 150. Menoch. d. cas. 208. Afflict. Decision. 199. & Rot. Auenion. d. Decis. 85.

Illud presentaneo non præteribo silentio, quod vergit ad iudicis taxationẽ, quæ vbi agitur de iuramento affectionis, iuramentum potest præcedere, & sequi pro iudicis arbitrio. Nec valet sequela aut reprehensio suspicionis periurij, cùm immodicam potius affectionem commisisse videatur, quam notam periurij incurrere. d. l. in actionibus. vbi Coras. nu. 2. præter quod illius periurium, qui ex necessitate iuris in litem iurauit, faciliùs dissimulatur. l. vlt. ff. de in lit. iura.

Quò verò ad iuramentum in litem veritatis, semper debet præcedere modera-
6 tio † & taxatio iudicis ad euitandam detectionem periurij, si fortè aduersarius seipsum non potuerit, aut noluerit continere in officio, nec inter fines honestatis. Plot. d. loco. nu. 806. Dominus Menoch. d. loco. nu. 5. Afflict. Decis. 360. Boer. decis. 255. Lud. à Peguer. d. c. 23. nu. 7. Imò potest appellari à taxatione iudicis, quemadmodum potest plobari contrarium, tã in prima instantia, quàm in secunda. Rolan. à Vall. cons. 87. volum. 4. Caroc. Decis. 12.

In reliquis huc spectantibus libeat adire traditionem nostrã tract. de fact. scient. & igno-

& ignoran.distinct.99.cent.1.tom.1. vbi de hoc iuramento, quod Zenonianum appellant, plurima non pœnitenda explicantur.

REMEDIVM XCIX.

Ex l.in fundo. ff.de rei vēdic.l. sed & si quid. ibiq; glos. ff. de vsuf. & cap.1.§.si Vassallus titulo hic fin.lex.Conrad.in vsib. feud. circa abrasionem melioramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum diuisio, & subdiuisio multiplex.*

2 *Meliorationes quando sunt excessiua quomodo consulendum domino pro recuperatione fundi meliorati.*

3 *Melioramentorum abrasio an, & quatenus licita.*

4 *Abrasio in arboribus non habet locum.*

5 *Melioramēta consistentia in plantationibus, vitiumq; propagationibus quando sint considerabilia.*

6 *Melioramentorū, quæ respiciunt perpetuam vtilitatem, æstimatio quo tēpore fiat etiam quoad ecclesiam.*

7 *Impensa pro reducendo prædio sterili ad fertilitatem dicitur necessaria.*

8 *Impensa pariter facta pro instruendo nemore quercuum: & pro illo nutriendo, atque custodiendo censetur necessaria.*

9 *Vineæ plantatio quale genus melioramentorum præseferat.*

10 *Pactum est pars pretij.*

Quotidiana est melioramentorum, siue augmentorum materia & passim ab omnibus exagitata, tam
1 quoàd melioramenta† intensiua, quàm extensiua, quæ sub diuiduntur in naturalia, ciuilia, & industrialia, & horum quædam sunt necessaria, quædam vtilia, alia verò voluptuaria. Rursus alia sunt fortuita, alia simplicia, & quædam mixta. Deinde quædā reperiuntur melioramenta corporalia, quædam etiam incorporalia, Bald. cons. 303.vol.1.Castr.cons.270.lib.2. August. Bero.q.96.Boer.decis.44. Petra Placent. tract.de fideicommiss.q.15.nu 250.cum seq.mult.Peregr. eiusdem nominis tract. de fideicommiss.artic.50. D. Menoch.de arbitr.iud.casu 258.& de recuperan.possess.remed.15.num.500.iuncto cōs.562. nu.15.& 16.præclarissimè omnium Scrader.de feud.par.9.princip 2.par.sectione 2.n.1.& seqq & Carol.Iallong. Racematio.151.& Caroc.de locat. tit.de impens. iuncta quæst.1. & 2.magnæ eiusdē tract. æditionis.

Porrò ad rem nostram pertinere visum est, quod circumfertur de melioramentis
2 necessarijs, vel vtilibus, sed excessiuis† imposita maiori sarcina rei domino, quàm forte res ipsa valeat, ne vnquam auocentur bona. Quid agendum? quando bonorum dominus non est soluendo, sed inter pauperrimos infœlix victitat. nam aliquibus placuit non esse restituendas meliorationes istas immodicè factas quia nō dicūtur vtiles quòad dominum, qui aliàs cogitur habere bona pro derelictis. l. vtilium ff.de impens.in reb.dotal.fact.l. impensæ §.vtiles.ff.de verb.signif.l.si seruos. ff.de pignor. act o. Tiraquell. de retract. conuentio.§.7.glos.1.nu.5. & Gayll. obseruat.12.num.6. lib.2. Alij in eam abierunt sententiam, vt dominus rei melioratæ relinquat melioranti rem ipsam, qui ex annuis redditibus sibi soluat. Vallasc. de iur.emphyteu.quęst.25.num.10.vt apud nos seruatur per religiosos, qui conductoribus bonorum suorum tenentur defalcare annuatim certam summam ex vi constitutionum Synodalium, vt aliquando ecclesiæ libera maneant bona. Quam sententiā & nos ingenuè probamus, vbi melioramenta sine dolo, & citra fraudē sint facta: aliàs retinenda est prior opinio. Gayll.prædicto loco addo Bald.cōs.116. nu.4.vol.1.Magon.ex Rot.Lucen.decis. 33.num.27.& seqq.cum adductis nostro cons.69.num.2. in fi. Ideò ad conueniendum eum, qui intolerabilem facere paratus est impensam, hoc est remedij, vt dominus oportunè cōtradicat, & apud acta protestetur, inhibendo iudicis authoritate sub pœna amissionis impensarum stante sua inopia. Vallasc.d.loc.num.9.& melius

liùs Borgn. Caualcan. Decis. 32. num. 49.
p. 2. Quare caput exerit hæc alia opinio, vt
3 in subsidium fiat abrasio † melioramento-
rum. l. in fundo, vbi Bart. ff. de rei vendic.
cap. 1. §. si Vassallus. vbi feudistarum scho
la. in tit. hic finitur lex. Corad. l. sed & si
qd. in prin. iuxta glo. ff. de vsufruct. Corn.
cons. 86. lib. 4. Rol. à Vall. cons. 28. vol. 1.
Borgnin. d. num. 49. Valasc. d. num. 10.
Peregr. d. art. 50. n. 47. Marchisell. quęst.
150. & latè Scrad. d. loco nu. 92. vsque ad
nu. 100. vbi subijcit duodecim restriones,
4 præcipuè verò, quod abrasio † non habet
locum in arboribus, vnde domini optio
cessat, cui alioquin locus fieri solet. vel vt
melioramenta soluat: vel vt patiatur ea
tolli. Rol. d. cons. 28. Ioseph Ludoui. De-
cis. Perus. 58. nu. 4. par. 2. Polyd. Rip. ob-
seruat. 116. num. 4 & 5. Nec obstat, quòd
5 melioramenta consistentia† in arboribus,
vitium propagationibus & alijs plantatio
nibus absque pacto non sunt considera-
bilia. Henriquez cons. 62. nu. 4. quia pro-
cedit in impensa modica Caroc. de locat.
tit. de expens. num. 46. quoniam semper
est verum dicere, quòd arborum planta-
tio, sicuti earum educatio computatur in-
6 ter † melioramēta, quæ respiciunt perpe-
tuam vtilitatem, & quæ debentur seren-
ti, & plantanti bona fide, easq; nutrienti
secundùm valorem vt nunc, idest, restitu-
tionis tempore liquidandum. Rol. à Vall.
d. cons. 28. Petra d. qu. 15. num. 259. Re-
doan. de communi tract. de reb. eccles. nō
alienan. quæst. 17. §. 1. nu. 4. Menoch. d.
cons. 562. nu. 17. Tessaur. Decis. 251. Ca-
rol. Iallongi. qui alios adducit d. loc. Pere-
grin. d. loco & art. 50. nu. 72. & seqq. &
insigniter Moroti. vt semper, cons. 31. nu.
13. & deinceps, etiam cōtra ecclesiā Scra-
der. d. loco num. 103. qui in hoc recedit à
Bero. ad cap. 1. nu. 40. de restit. in integr.
qui oppositum defendit pro ecclesia me-
diante restitutione in integrum. Nec prę-
sumitur minus impensum, quàm valent
ipsæ meliorationes, idcircò qui contrariū
allegat, tenetur probare. Ruin. cons. 117.
nu. 1. lib. 3. relatus per Scrader. d. loc. nu.
103. exceptis arboribus, quarum æstima-
tio variabilis est ex beneficio & lapsu tem
poris, & certum est, longè maiorem esse
valorem arboris grandæuæ, quàm adole-
scentioris. Ruin. d. cons. 14. nu. 3. & tamē
debetur valor illius, vt nunc.

Neque disparem fortunam sustinebit
7 is, qui prædia rustica sterilia, † & (vt aiūt)
Zerbida reducit ad fertilitatē, veluti quā-
do ager ab initio est paludibus infestus, &
aquis plenus, mox fuit purgatus, & exic-
catus. Nam hæc impensa vix distat à ne-
cessaria. Beronus cons. 140. nu. 22. & 23.
vol. 3. & cùm respiciat perpetuam vtilita-
tem, reficienda est ipsi impendenti. Ruin.
cons. 14. nu. 3. lib. 1. & cons. 135. n. 2. lib.
2. Rol. d. cons. 28. num. 23. Rimin. cons.
411. num. 11. lib. 4. & Petra d. q. 15. num.
250. reiecta opinione Castr. d. cons. 270.
colu. pen. quem secutus est Negusant. de
pignor. part. 5. membr. 5. num. 11. in fi.
quoniam Castr. loquitur in impensa non
adferēte perpetuam vtilitatem, idest non
duratura, etiam finito iure & tempore ex
pendentis. ita concludit D. Menoch. d. ca-
su 258. nu. 26. Vallasc. d. loco. num. 15.
8 Multoq; magis debetur † impensa facta
pro instruendo nemore quercuum, & il-
lo custodiendo, ac nutriendo, postquam
maior militat ratio, quòd hæ impensæ re-
stituuntur, quàm factæ in arboribus ferē-
tibus. fructus. Ruin. d. cons. 14. nu. 3. Io-
seph Ludouicus. Decis. Perus. 24. nu. 18.
par. 1. D. Menoch. d. casu 258. nu. 68. se-
cundùm Venet. impressione additiones
continentem. Bursat. cons. 70. nu. 26. &
32. vol. 1.
9 Quò verò ad vineam † si iam plantata
cōperitur, deinde refacta ob id, quod sint
substitutæ multæ vites in locum demor-
tuorum quæ deficiebant hæc impensa sine
controuersia restitui debet, vti necessariā
iuxta valorem de præsenti. l. 3. §. vltimo.
ff. de impens. in reb. dotal. fact. nisi res sit
cum vsufructuario vineæ, tūc intrat text.
in §. sed si gregis. Inst. de rer. diuis. Si verò
de nouo plantata sit dicitur impensa vtilis
l. colonus. ff. locat. & pariter debet resti-
tui: nisi ex pacto præcedente vineā sinue-
10 rit, quia pactum † sit pars pretij. l. fundi
parte. ff. de contrah. empt. Castr. cōs. 247.
col. 3. lib. 1. Federic. Scot. cons. 7. num. 21.
cum sequentib. tom. 2. & Peregr. d. artic.
50. nu. 26. ad fin.

REMEDIVM C.

Ex l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam. & l. vlt. C. de ordin. cognition. circa sententiam prouisionalem alimentorum & sumptuum litis.

SVMMARIVM.

1 *Prouisionalis sententia origo, & causa.*

2 *Prouisionale remedium habet locum & in ciuilibus, & in criminalibus.*

3 *Prouisionalis sententiae requisita, & nu. 5. 6. & 7.*

4 *Paupertas quomodo probetur.*

8 *Prouisionalis sententiae fauor etiam reo communis est, fitque prouisio in quacunque parte iudicij.*

9 *Prouisionale remedium pluries in eadem causa concedi potest, si ad sit aequitas.*

10 *Aduocati, & causidici in tutandis pauperibus sint animosi, pij, & liberales nil prorsus exigentes, nec sperantes de bonis temporalibus.*

11 *Appellare non licet à sententia prouisionali, nec obijci restitutio in integrum, quae suspēdat.*

12 *Alimenta quomodo differant à sumptibus.*

13 *Transactio praecedens impedit remedium prouisionale.*

14 *Adulterij accusatione pendēte quomodo prouidendum de alimentis, & sumptibus litis mulieri accusatae.*

15 *Mulieri intentanti remedium l. si constante. ff. sol. mat. fit prouisio alimentorū, & sumptuum litis.*

16 *Mulieri nuptae dote constituta marito, mox litiganti pro consecutione bonorum extradotalium num fiat isthac prouisio.*

1 Ciuilis scientiae prudentes summoperè commendāt remediū sententiae † praeiudicialis, seu prouisionalis: quam appellant peculiolam, sumptnm ex l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inoff. testam. ex l. Imperatores. ff. de tut. & ration. distrah. ex l. vltim. C. de ord. cognitio. & ex cap. ex parte de accusatio. vt iudex personis litigantibus non habētibus, vnde causam tueantur, prouideat de alimentis, & litis sumptibus compellendo ad hoc aduersarium, hoc modo potentum malitijs obuiando, quod ad circumspecti iudicis officium spectat. l. in fundo. ff. de rei vend. Id quod cumulatissimè tractatum dispicimus à Rebuff. integro tract. de sentent. praeiudicial. seu prouisionalibus. Couarr. pract. quaest. c. 6. Alciat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 9. D. Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 35. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 16. Simo. de Praet. plenissimè de interpret. vlt. vol. lib. 5. interpretat. 2. dubitat. 2. per tot. cum non paucis alijs per nos aggestis tract. de portion. rat. qu. 59. quibus addimus Mynsing. Cent. 6. obseruat. 21. Menoch. consil. 491. vol. 5. Caeph. consil. 127. Pontan. de alimēt. cap. 13. Rot. Roma. Decis. 499. par. 1. in nouissim. Milanen. decis. Siciliae 16. & 17. lib. 1. vbi plenissimè. Afin. praxi. iud. §. 32. cap. 2. ampl. 23. cum duab. seqq. Decian. consil. 66. lib. 2. consil. 128. lib. 3. & consil. 48. in 5. Fului. Pacia. de probat. vol. 1. c. 54. nu. 70. Illustrissimus Card. Tusc. simul & scientissimus I. C. lib. 1. practicab. iuris conclusionum concl. 309. Caroc. tract. de sequestr. p. 3. q. 19. & Carol. Ialong. Racemat. 36. praeclarissimè Maur. Burg. tract. de laudimio p. 3. insp. 37. etiam facta condemnatione, sed pendente adhuc liquidatione pro paupere, etiamsi simus in habente maritum, & filios diuites. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. 55. nu. 52. Nec nos fugit variasse nostratum ingenia in hoc puncto postquā glossae citatae per Decian. d. consil. 48. voluerūt indistinctè, quod pē-
2 dente † lite inter superiorem & subditum interim sit prouidendum personae subiectae, scilicet filio, vel vxori, vel monacho de alimentis & expensis litis, ne iniquitas indicatur, & ne pereat iustitia tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Boer. d. Decis. 324. nu. 2. & 3. Sed ea opinio reijcitur veluti iurgiorum nutritiua, & inducens ad lites fingendas eum, qui interim alimēta sibi decerni ex postularet. Bart. ad l. si neget. ff. de lib. agnosce. Ioseph Marchisell. praeclarè q. 26. nu. 6. Quare successit aliorum opinio tribus stipata requisitis,

3 quorum vnum† est, vt petens sibi decerni per modum fiduciæ seu prouisionis alimenta & sumptus, paupertatem alleget, quam præterea probet, ostendendo aliunde non habere, vnde litiget, causamq; prosequi valeat qua ratione inter nostra remedia subsidiaria prædictas. ll. annumerare visum est. Modum autem probandæ
4 † paupertatis docet copiose Mascard. de probat. concl. 1154. & paulo inferius di-
5 cam. Aliud & secundum est† requisitum, vt huiusmodi subsidium petens sit in possessione, vel quasi filiationis seu subiectionis, ad exclusionem extraneorum litigantium vel etiam transuersalium, quasi his litigantibus non competat hoc remedij tametsi agatur de hæreditate fratria, vel coniuncti. Couarruu. d. cap. 6. nu. 6. Tertium est requisitum, quòd ad id aspirans sententiam habuerit pro se in prima instantia, & causa principalis in appellatione pendeat per glos. ad d. §. de inofficioso vbi Bart. Fulg. Alber. & Castr. Vallasc. consultatione 1. num. 12. ad fin. Verùm enimuerò circa dicta duo posteriora requisita praxis discessit, & in diuersam abijt sententiam: sanè memoratæ prouisioni, & alimentorum subsidio fit locus, etiamsi actori non conueniat erga reum qualitas subiectionis, veluti in fratre, & sorore, in transuersalibus, & sic prorsus extraneis. Afflict. Decis. 10. & 11. qui loquitur in sorore litigante cum fratre. Milanen. d. Decis. 17. nu. 3. & 4. Minsinger. d. loc. num. 4. & ex Bellamer. & alijs concludit Decian. d. cons. 48. Surd. de alim. tom. 1. q. 119. & sic nō habetur respectus ad qualitatem filiationis, vel subiectionis aut libertatis, sicuti nec sententiæ in prima instantia: quoniam etiam ante primam sententia debent subministrari ab actore diuite, aut reo, sumptus litis, & alimenta pauperi. Guid. Pap. Decis. 561. Crauett. cons. 164. dummodò loco sententiæ aliter constet de bono iure petentis hanc prouisionem. Afflict. Decis. 10. Couarruu. Cepha. Menoch. & alij iam indicatis locis, præcipuè verò Milanen. d. Deci. 17. vnde
6 alij dixerunt quatuor requiri † copulatiuè nimirum.

Primo firmatio iurisdictionis cū probatione paupertatis in petente, vt habetur apud Gayll. obseruat. 43. nu. 18. lib. 1. sed melius apud D. Menoch. relatum per Milanensem d. Decis. 17. nu. 57. quia in subsidium tātū datur hoc remedium. Franc. Marc. Decis. 364. par. 2. proinde viduæ habenti aliunde, præcipuè cum viuat eius pater diues, vel etiam frater aut filius possidentes dotem non præstantur alimenta. Rebuff. de sent. prouis. Glo. 1. artic. 3. nu. 10. cū seqq. quamuis mulier habeat omnia bona viri obligata pro dote, & alimētis. Castr. cons. 53. lib. 3. Caball. cons. 25. & 29. nu. 3. sed contra tertium possessorē tenet Farinac. Decis. 260. ex collectis à Rot. Rom. idq; ratione hypothecę. Couall. commun. contra com. par. 1. q. 692. num. 3.

Secundò, quòd probentur diuitiæ aduersarij, quibus possit porrigere manus adiutrices. Milanen. d. Decis. 17. nu. 33. cum in pari, & adequato non fiat passio, neq; confusio. Ronchegall. ad l. si reus. nu. 2. ff. de duo. rei.

Tertiò, quòd vrgeat præsumptio iustitiæ, & sic pateat de pauperis bono iure ex vi præsumptionis, collocatæ in arbitrio iudicis. Alciat. d. loc. & declarat Marchisell. d. quæstion. 26 num. 7. latè Rim. Iun. cons. 329. volum. 3. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. cap. 55. nu. 51.

Quartò, quod sic petens pauper idoneā pręstet cautionem de restituendis habitis in casu succombentiæ, quatenus de iure, ne alias temerè prorumpat ad litigandū. quod si prouisus victoriam reportauerit, per huiusmodi prouisionem recepta in sortem imputabit, aut alijs compensabit, licèt aliquando secus. Boer. d. Decis. 324. pręclarè Milanen. d. Dec. 17. nu. 37. lib. 1. Limitatur tamen hoc posterius requisitū, nisi tam inops esset prouisus. vt fideiussorem nō inueniret, quo casu adhuc in arbitrio iudicis sedet, sic prouidere, ne scilicet quis iniquè ob inopiam priuetur iure suo, temperamento hoc adhibito, vt prouisus saltem iuratoriam præstet cautionem. ita Illustriss. Card. Tusc. d. loc. num. 33. & scripsimus nos supra remed. 59. Hoc tamē totum relinquitur arbitrio iudicis circa dandam cautionem vel non, & sub qua formula Vinc. de Frāch. Decis. 336. in fin. par. 2. & Vallasc. d. loco. nu. 7.

Egò

Ego verò quantum ex longa librorum reuolutione, & nõquam interpolato fori vsudidici,penitius disquirēdum existimo, nempe quòd supposita fide paupertatis, præsertim ad præscriptum Nou.Const.de miserabilitate loquentiū à Dominis Præfectis Hospitalis maioris cum iuramento de credulitate,vt tit.de notar.publ.S.Notarij. Menoch.de arb.iud. casu 66. sūma-
7 tim† constet de bono iure (sumum appellant pragmatici) petentis cū aliquali causæ cognitione.Marchisell.d.quæstion.26. num. 6.

Secundò quòd præsumptio sit nō leuis pro petente, quod vel habeat pro se sententiā,licet appellatione suspensam, Rip. ad l.2.num.4.ff.de re.iud.vel proximè illi succedet sententia. Menoch.d.cons.491. nu.33. Card. Tusc.d.loc.nu.28. Vallasc. consulta.1.num.9. Surd.de alim.tit.1.q. 112.nu.19.

Tertiò quòd vrgētiorum præsumptionē nō habeat pro se aduersarius pauperis Carol.Ialong.d.loc.nume.5. Surd.d.loco num. 28.

Quartò,& vltimò,quòd lis nō vētiletur in actione merè personali minimè causata aut depēdēte à reali sed reali de omnibus, scilicet, bonis,aut maiori parte,quòd ad petentem,vel in rem scripta,vel officiū iudicis sit imploratum. Vallasc. consultatione prima num.3.cum seqq.non si quid minimum in lite sit deductum,vnde sumptus quæstū superet,ne nimis confidenter & temerarie pauperes perturbent quietē Reipub.vt nos scripsimus d.tract.de portio.rat.quæst.59.in fronte.Guid.Pap.Cepha. & alij citati vt supra. Surd. de alim. tit.1.q.120. nume.14. vbi cessat prouisio alimentorium in actione personali, vel in reali pro re particulari. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. cap. 55. num. 49. cum seqq.

Cæterùm procedere hoc remediū tam ad actoris beneficium, quàm rei ob paupertatis suppositum,& in criminalibus,& ciuilibus ac in quacunque parte iudicij,
8 etiam post † sententiam,& executionem, vt ait Simo.de Præt.d.loc.nu.32.quinimo etiam in causa matrimoniali,vt per Cōcil. Trident.Sess.24.cap.20.vers.ad hæc,Cæuall. tract.com. contra com.quæst.734. vbi de adulterio accusatæ coniugi debētur alimenta pendente lite,& vt infra,& nedū
9 vna vice,sed † & pluribus.cum maiori tamen diligentia,& causæ cognitione:quoniam qui nimis emungit, sanguinem elicit. Posse aduersarium cōpelli ad subministranda alimenta ipsa, & litis sumptus: compertissimum fit ex locis hactenus adductis,potissimùm verò ex Milanen. vtraque Decis.16.& 17. vbi ampliat, & multifariam limitat. In quo præterea iudici fides est faciēda de erogatione, & distributione sūmæ ac pecuniȩ primitus assignatȩ. hoc Rebuff.d.loc. in prȩfation. num. 40. atq; ità exactè debet expendi notula,seu lista expensarum prioris prouisionis, ne
10 quid contineat datum † Aduocato, causidico, vel actorū magistro, ex quo gratis patrocinium, & officij sui obsequium præstare debent iuxta iuramentum, quo tempore promoti fuere ad lauream,& inter causarū patronos asciti. Sim. de Præt. d.loc.nu.33. Vestr. in prax.lib.4. cap.4. nu.31. Doctiss. Io.Petr. Ala Cremonens. & acutissimus auditor meus luculēter suo tract.de Aduoc.& causid.Christ.quæst.9. Nec omitto,quod ad pauperum,& miserabilium personarum in his auxilium, in plerisq; Regnis ac dominijs, actoris ac rei impotentiæ ex publico prouidetur de aduocato nempe,& procuratore. Milanen. d.Decis.17.nu.30.cum seqq.& in dominio Mediolani extant protectores miserabilium personarum.

Amplificātur prȩdicta vsqueadeò procedere, vt ab huiusmodi prouisionalibus
11 non liceat † appellare quoad effectum suspensiuum, cùm sint merè interlocutoriæ, & nunquam transeant in iudicatum, & vlterius petuntur officio iudicis. Boer. Decis.326. & Mari.Antonin.lib.1. resolut.81.nu.13,nec admittitur restitutio in integrum cōtra hanc æquitatem, nec alia oppositio impeditiua executionis talis prouisionis: sicuti prȩcipuum est in omni causa alimentorum de futuro, & in causa subsidij charitatiui. Rebuff.d. tract.art.1. glo.12.& art.2.glos.5.Surd.late de Alim. priuil.60. & 96.

Ampliatur secundò etiam in vxore ac-
12 cusata † de adulterio, cui pendente lite sunt per virum alimenta præstanda. Hostien.

stien. ad d. cap. ex parte Foder. de Sen. cõs. 176. Cepha. cons. 714. num. 5. & 6. Paris. cons. 54. nu. 57. cum seqq. vol. 4. Rimin. Iun. cons. 274. vol. 3. & Bott. Cremon. cons. 24. etiamsi mulier esset indotata. Asin. d. cap. 2. Ampliatio. 24. vel si alter ex coniugibus litigat super matrimonio dirimendo Didac. pract. quæstion. cap. 6.

13 Pariter mulier † agens remedio l. si. constante ff. solut. matrim. de quo supra remed. 1. interim dum lis pendet, rectè postulat alimenta, & sumptus litis. Cyn. ad l. vbi adhuc nu. 14. C. de iur. dot. Bero. ad c. nauiganti nu. 44. & seq. de vsur. & alios citat Vallasc. d. consultatione 1. num. 5. & sine hęsitatione recipi in praxi, non semel vidi.

Tẽperabis modò prędicta, si distingues alimenta à sumptibus quia alimenta extraneis omnino denegantur: secus autem

14 in litis sumptibus. † Rebuff. & Asin. qui supra. Vlterius in casu filiationis vel quasi decernuntur prius alimẽta, mox sumptus litis assignantur, & vno concesso aliud nõ includitur, quia aliud est, habere alimenta, aliud autem litis expensas. Abb. & Felin. ad cap. ex parte de accusat. vnde alimentorũ restitutio non fit, si absit calumnia, & tamen in casu succumbentiæ restituuntur expensæ litis. Vinc. de Franch. Decis. 336. in fin. par. 2. & Vallasch. d. consultat. prima nu. 7. Aliam differẽtiam ponit Farinac. sub. Rot. Rom. Decis. 500. scilicet alimentorum taxationem esse arbitrariam sed litis expensę non excedunt taxam quartę partis illius quod venit in iudicio.

15 Tẽperabis secundo, si petenti † obstaret transactio iurata super eadem re, vel prætensione aut iure. Rebuff. d. tract. artic. 1. Glo. 2. n. 26. Milanens. Decis. Sicil. 16. nu. 30. par. 1. Molin. d. cap. 16. nu. 45. Carol. Ant. Put. in cons. vnito. nu. 31. post. cons. Oddi. nisi prętextu læsionis enormissimæ detectæ, vel incõtinenti detegendæ iuncta æstimatione dubij litis euentus probatione supra in illation. ad remed. 47. sic Surd. de Alim. tit. 1. q. 113.

16 Temperabis tertiò in muliere † nupta, & dotata litigante pro consecutione bonorum extradotalium, nam si lis cœpta sit ante matrimonium, nõ potuit vinculum matrimonij deinde contracti facere locũ huic remedio ob ius iam quæsitum aduersario: secus si superuenit lis quia fructus dotis debent deseruire matrimonij oneribus. Crauett. in puncto. cons. 164. Idem censerem, quando essent data in dotem omnia bona præsentia, & futura cum omnibus iuribus, vt potest. l. 3. C. de iur. dot. & Bart. in quæst. incip. mulier habẽs amplum patrimonium, cum amplitudo prædictæ clausulæ vergat in fauorem mariti, idcirco non debet reflecti in odium. l. quod fauore. C. de legib. Addo Cephal. cons. 127. nu. 11.

REMEDIVM CI.

Ex l. si irruptione. §. ad officium ff. fi. reg. c. euidentia. de accusat. & c. fraternitatis de frig. & malef. circa euidentiam rei seu ocularem inspectionem vel visitationem loci.

SVMMARIVM.

1 *Evidentia rei, seu ocularis inspectio admittitur non solum post dedicita testificata, & post conclusum in causa, verùm quoque post rem iudicatam, & post iuramentum decisiuum. nu. 5. & 7.*

3 *Ocularis inspectio obtinet etiam contra instrumentum Camerale, vel habens paratã executionem.*

3 *Ocularis inspectio in quibus controuersiis habeat locum.*

4 *Visitatio loci directa cuius fiat expensis.*

6 *Visitatio loci, probatio dicitur liquidissima, & superlatiua omnium aliarum, inducitq́; præsumptionem irrefragabilem.*

8 *Visitatio loci vt admittatur, sex desiderat requisita.*

9 *Possessore rei inspicienda recusante, visitationem, quid agendum.*

10 *Visitatio loci quando non sit admittenda.*

11 *Facies scriptura, vel instrumenti quando repugnat intentioni producentis, quid præstandum per partem.*

12 *Negatiua probanda modus præcipuus ex euidentia rei.*

13 *Corpus delicti debet in criminalibus demonstrari*

strari verè vel præsumptiuè, alioqui non procediur.

14 *Confessioni soli alio non apparente minimè standum in criminalibus, & quomodo hoc dictum accipiatur.*

Euidentiam rei quę ab alijs appellatur ocularis inspectio, aut visitatio loci, summa cum ratione adnumeratur inter remedia subsidiaria, propterea quod si
1 preclusa sit via † probationibus, vel quia sint didicita testificata, vel sit conclusum in causa, vel sit iam iudicatum, immò derogatum omnibus probationibus, etiam per generalem renũtiationẽ, nihilominus adhuc superest sarta. tecta, ac incolumis hæc via probandi per rei, seu facti euidentiam. l. si irreptione. §. ad officium. ff. fin. regund. l. lex quæ tutores. §. 1. C. de administr. tut. l. inde Neratius. §. vlt. ff. ad l. Aquil. c. causam matrimonij. de probat. cap. euidentia. de accusat. cap. fraternitatis de frigid. & malef. Bald. l. Deo nobis. C. de episcop. & cler. ad l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & ad rub. C. de probation. Alex. cons. 116. vol. 1. Rip. ad l. damnum. num. 7. ff. de dam. infect. glo. singul. ad l. stipulatio ista. S. hæ quoq; ff. de verb. oblig. Ias. ad l. de periurio. nu. 5. ff. de in lit. iur. Tiraquel. latissimè de re tract. lign. §. 4. glo. 1. num. 36. & deinceps. Afflict. Decis. 23. nu. 6. & Decisione 107. nu. 6. Petr. de Rauenn. singul. 521. etiam contra instru-
2 mentum † executionem habens paratam, veluti Camerale, seu guarentigiatum. Rosental. de feud. c. 12. concl. 19. nume. 50. Rimin. iun. cons. 360. nu. 86. vol. 4. Barz. notabiliter decisione. Bonon. 2. nu. 57. & 58. Turret. cons. 59. num. 7. vol. 1. vnde in
3 † nuntiatione noui operis, in controuersia damni infecti, aluuionis, aluei, insulæ, liquidationis melioramentorũ, cuniculorũ, riui, Aquæductus, identitatis rei, terminorum, sæpis confinium, parietis pro diuiso, vel indiuiso, prægnantiæ mulieris, allegatę falsitatis, scripturæ detegendæ, duritici carceris, ætatis, virginitatis, partus immaturi, cicatricis, imbecillitatis, solennitatis omissæ, ac huiusmodi solet res ipsa seu scriptura, aut persona subijci oculis iudicantis, & vbi non sit potestas inducendi aliquos testes, vel probandi, nõ potest iu-
4 dex † partis instantis expensis pedem referre, quin accedat in rem præsentem latè Gabr. suis communib. tit. de testib. concl. 21. nu. 87. Plot. ad l. si quando. nu. 777. & 808. C. vnde vi. Mascard. de probat. cõcl. 1125. insigniter Ant. Sola ad noui. decret. Pedem. tit. de excussionib. glo. 9. nu. 20. & 21. vbi post conclusum in causa, & post iuramentum decisiuum admitti-
5 tur † probatio per euidentiam rei. ita sanè Marant. in suo specul. par. 6. tit. de concl. in causa. nu. 6. Ias. ad l. eum qui. §. in popularibus. nu. 6. & vltra. ff. de iure iurand. præclarissimè Mascard. de probation. vol. 1. q. 8. vbi multimode probat, hanc pro-
6 bationem † esse liquidissimam, inducere irrefragabilem præsumptionem, omniumq; fortissimam, potentissimam, atque superlatiuam, ideo numquam cęseri prohibitam, etiamsi statuto cautum sit, non posse in aliquo casu probari contrarium. addo locum numquã pœnitendum apud Rutger. Rulant. tract. de commissarijs, & commissionib. lib. 3. c. 1. vbi nuperrimè docet, quam adferat vtilitatem parti. quã iudici, & quam testibus ocularis inspectio & optimè confert illud Lyrici Poetę. Segnius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & §. vlt. Insti. de grand. cog. dicitur, quod oculis videmus, meritò omni probationi præferimus, cum adductis per Gilchen. tract. de præscript. par. 2. memb. 1. c. 1.
7 vnde super loco † recipiuntur testes etiam post rem iudicatam in cõtrouersijs superius relatis. Purpurat. cõs. 33. nu. 3. vol. 1. & Rulant. plenissimè annotato loco. cap. 3. 4. 11. & 13.

Et verò huius remedij requisita sũt sex,
8 Primum, quòd facies † rei non sit mutata, & hoc probandum per mutationem allegantem Castr. ad l. 2. in fin. C. de rescind. vend. Imol. ad c. cum causa. de empt. & vend. atq; Natta. cons. 353. nu. 1.

Insuper requiritur instantia vnius partis cum citatione alterius, quãuis aliquando ex officio possit deueniri ad ocularem inspectionem, eiusq; arbitrio cõmittatur visio loci, ita vt iudex nõ temerè eam decernat. d. l. si irruptione. Rulant. ibidem c. 1. nu.

1.nu.12.& c.3.nu.8.& c.5.

Tertiò requiritur indictio certæ diei ad visitationem loci differentiæ, Rulãt. d.loco.c.7.& 10.

Quarto requiritur, quòd nõ agatur de mero possessorio, quo casu iudex non se intromittit, nec tenetur ire in rem præsentem, Mysingher.consi. 16. num. 45. Rulant. d. loco. capit. 5. num. 4. Purpur. consi. 144.

Quinto requiritur assumptio peritorũ in arte partibus confidentium vel saltem pictoris pro describẽda pagella, seu tabella, vulgò, disegno. Abb. ad cap. lator. de re iud. Fel. ad cap. proposuisti. de probat. per d. l. si irruptione Rulant. d. loco cap. 4.nu.8. Petra placent. in argumento meliora mentorum tract. de fideicommis. q. 15.nu.293.cum seqq.

Vltimo requiritur, quòd semel tantùm fiat, nisi fortè per modum reuisionis allegato errore repeti contingat.l.1. vbi Iaso. C. de error. calcul. Paset. consi. 58. Thesaur. Decis.246.

Quod si possessores rerum, vbi ocularis inspectio faciẽda est, recusent rem oculis subijci,
9 sic cogendi † sunt mandatis pęnalibus. Rulant.d.loco. cap.8.nu.6.vt in muliere, quæ aliquando compellitur corpus suum dare inspiciendum obstetricibus, vt videant, an sit prægnans.l.1.ff.de ventr.inspici.F.Pacian. tract. de prob.lib. 1.c.63. nu.123.& recusanti exhibere instrumentum mandante iudice denegatur ius, id in posterum producendi ad fidem obtinendum. Couarruu. lib.1.var.resol. c.18.nu.1.

Fallit primò, si in specie esset renuncia-
10 tum (vt fieri potest) huic † priuilegiatæ probationi, nequaquam sufficiente generali renuntiatione. Bald. ad d.l.contra negantem. Rulant.d.loco.cap.9. vbi vtrinque edisserit, an valeat isthæc renuntiatio.

Fallit secundò, quòad retractandũ iuramẽtum in litem de affectione delatum actori ob dolum, & contumaciam aduersarij. Iason. ad l. de periurio. nu.3.& 5.

Fallit tertiò, in inspectione oculari, quę dumtaxat adminiculatur, & quæ fallax est; nam ea non facit notorium, nec sufficit ad condemnandum. sed solùm facit indicium. vt declarat Rosental. d.loco. n. 50. & ponit exemplum Mascard. d. q.8. num.21.cum seq. ad quod pertinet theorica Bart. ad l. de ætate. ff. de minorib. ac Mascard.de probat.conclus.667.vbi plena manu circa probationẽ ætatis per corporis aspectum.

Fallit postremò, quòad tollendam pręsumptionem, quæ oritur ex antiquitate temporis positi inter duo extrema. veluti explicat Rot. Rom. Decis.30. p.1. in nouissim. nimirum; quando appositio sigilli testatoris esset de substantia, & ex ipsa rei euidentia cõstet de cõtrario, hoc est, quod sigillum testatoris nõ fuit appositum, cursus longissimi temporis inter confectionẽ testamenti, & ipsam inspectionem efficit, vt testamentum nequeat oppugnari, quia potuit inferius interuenire, nec probatur contrarium, neque ipsa scriptura cantat eius ineptitudinem. Addo Burs. cõs.424. nu.27.vol.4.

Et tamẽ scribit Afflict. alleg. decis. 107.
11 nu.6. si facies † scripturæ, seu instrumenti aspectus, & sic euidentia facti repugnat, perperam recurritur ad præsumptionem solemnitatum resultantem ex temporis diuturnitate, cùm veritati cedãt præsumptiones omnes, vnde illud pertritum, res ipsa loquitur. proinde cõsultius est, quòd instrumentum defectiuum, aut informe non producatur, sed insistat pars super tẽporis antiquitate, allegãdo inde titulum, & possessionem. Gabr. suis communibus tit.de præsumpt.conclus.1.num.57.Menoch. præsumpt.131.nu.49.lib.3.Berret. noster consi.146. col.2. Caputaquen. sub Rot.Roma. Decis.304. par. 3. Mascard. de probat. cõclus.108. vbi optimè declarat. Amed. à Ponte ad tit. qui feud.da.pos. nu.153. post tract. de quæst. laudimialib. ac Doctissimus Vasquius. libr.2. controuers.Ill.cap.64.nu.32. Nec sanè potest di-
12 lucidius † probari negatiua, quàm ex inspectione scripturæ vel actorum, vel libri, vel instrumenti. Rip. ad cap. cùm ecclesia Sutrina.nu.74. & seqq. de caus.poss. & propriet. atq; Dec. consi.558.

At in criminalibus nihil frequẽtius per ora Pragmaticorum ingeminatur, quàm illud axioma, ante omnia constare opor-
13 tere verè vel præsumptiuè de † corpore delicti.

delicti. vnde præmittitur visitatio vulnerati, aut cadaueris, violati loci, veneni dati, abortus furti, fracturæ, antequam procedatur ad inquisitionem, capturam seu torturam. l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. Boss. praxi criminal. tit. de delicto num. 1. cum seqq. Amplissime Farinac. tract. crimin.
14 par. 1. q. 2. non obstante confessione, † ne per indirectum quis mortis suæ ad libitū sit autor, sicq; per consequens dominus membrorum suorum contra l. liber. homo. ff. ad legem Aquil. dummodò liqueat talem confessionem esse falsam, cum alias iura non præsumant, quempiam velle se ipsum prodere. Grammatic. Deci. 48. nu. 4. cum seqq. Declarādo cum insigni moderno Petro Caball. resolut. crimin. cas. 180. vbi agit de confitente se venenasse aliquem alio non apparente, distinctione illa obseruata inter ea delicta, quæ post se signa relinquunt, & ea flagitia, quæ nulla post se relinquunt signa. cumulatè Farin. quem pro multis sufficiat citasse d. q. 2.

REMED. CII.

Ex §. 1. Instit. de Attil. tut. ex §. interdum. Institut. de curat. & l. penul. ff. de legit. tut. circa tutelam, & curam datiuam.

SVMMARIVM.

1 *Tutela, seu cura datiua dicitur remedium subsidiarium, & cur. nu. 3. ac quando. nu. 5.*
2 *Tutorem habenti non datur alius tutor.*
4 *Curator interdum datur impuberi, sed in subsidium.*
6 *Tutor datiuus debet esse de iurisdictione dātis, & sufficit submisso.*
7 *Suspitione tutoris allegata, causaq; suspecti durante datur interim curator, qui administret, & exigat, præmissa tamen interdictione administrationis tutori accusato.*
8 *Tutorum vnus ex pluribus testamentarijs si acceptauerit onus tutelæ, alij statim desinunt esse tutores.*
9 *Nominatores tutorum aliquando approbatorum per testantem, non tenentur etiam in subsidium, & cur. nu. 11.*
10 *Nominans tenetur in subsidium pro nominato.*
12 *Matre, vel auia transeunte ad secunda vota nunquid operiatur aditus legitimæ, vel datiuæ tutelæ.*
13 *Mater volens præfertur cuicunque in tutela filiorum ante tamen fluxum quadrimestris.*
14 *Tutor datus in testamento matris indiget confirmatione, vnde confirmatus dicitur datiuus, sed in aliquibus participat de testamentario.*

Vere tutelam datiuam, necnon & curam datiuam remedium esse fatemur subsidiarium, † vel ex eo, quod ad eam non deuenitur, nisi deficiēte tutore testamentario & legitimo: quem lex decernit ipso iure: ideò habenti tutorem, † non datur alius tutor. l. legitimos. ff. de legit. tut. glos. ad l. 1. C. de test. tut. vel ex eo, quia si † testamentarius, & legitimus non sit idoneus nec capax, pro eo est ac si non foret relictus vel vocatus. §. 1. Instit. de Attil. tutor. §. interdum. Instit. de curatorib. Franc. Marchi Decis. 241. par. 1. cum adductis per Montan. tract. de iur. tut. vel cur. cap. 21. Bald. cons. 111. volum. 6. Surd. cons. 159. vol. 2. vbi de requisitis agit. Laderch. cons. 47. nu. 2.
4 Quin amplius pupillo datur † curator in subsidium, vel tutor tēporarius ad supplendum defectum alterius, Bart. ad l. filet. nu. 2. ff. de testam. tut. veluti, quando tutor abest, vel appellauit in casibus permissis. l. 2. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Mōtan. d. c. 21. nu. 5. Rot. Aueni. Decis. 141. Vinc. de Franc. Decis. 214. par. 1. Maluasi cons. 37. nu. 19. Idem sanè dicendum esset, quando extarent cōsanguinei de prouincia omnino extranea, quoniam adhuc
5 ad datiuam † tutelā recurritur, & illi postponuntur tutoribus datiuis, qui datiui de-
6 bent esse de eadem iurisdictione † dantis qua est pupillus. l. diuus. ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. neque. C. qui dar. tut. vel curat. nisi tales tutores vellent se submittere ad tale onus. Franc. Marc. d. Decis. 251. num. 3. par. 1. Maluas. cons. 113. Sic præ-
7 terea tutoris suspecti causa † pendente datur

tur curator, qui interim administret, exigat, & alia peragat opportune, donec causa suspicionis allegatæ finiatur. Saly. ad l. eum qui. C. de suspect. tut. quia pendentia litis super suspicione tutoris impedit administrationem tutelæ, etiam ipso iure secundum Bald. ad d. l. eum qui, sed tutius est, quòd interdictio, & prohibitio administrationis fiat ad instantiam necessariorum pupilli, vel etiam ex officio per iudicem. §. si quis autem suspectus. Instit. de suspect. tut. Afflict. decis. 357. Viuius Decis. 40. nu. 11. lib. 1.

Accedit, & illud non pœnitendũ, quod in casu deputationis in testamento parentis plurium tutorum in quo per accepta-
8 tionem † vnius, alij mox esse desinũt. arg. c. si duo. de procur. in sexto, & c. cum plures de offic. deleg. in sexto, si alius ex nominatis adhuc adiũgatur ob qualitatem, eius tutoris qui acceptauit solus, & ob
9 quantitatem patrimonij is dicitur verè † datiuus tutor, neque nominatores tenebuntur etiam in subsidium, contra, l. nominatori. C. de pignorib. vbi in epitome
10 habetur, quod nominans † tenetur pro nominato in subsidium. Specul. tit. de primo decreto. §. restat. versic. hoc etiam nota, & Bertachin. tract. de Gabell. p. 1. col.
11 penul. quia hi nominatores secuti sunt † iudicium, consiliũ & fidem patris de pietate paterni nominis nil subuerẽtes. Rot. Auen. d. Decis. 141. in fi.

Additur prædictis, quod in casu transi-
12 tus matris, vel auiæ ad secunda † vota fit aliquando locus tutelæ datiuæ, interdum legitimæ. Illi, quando mater suscepta tutela transiuit ad secundas nuptias: huic, quando mater numquam suscepit tutelam, vel recusauit. Surd. optimè, & copiosè Decisione 106. per tot. & cit. cons. 159.

Declarantur prædicta bifariam, primo ne procedant quando transeunte alterutra scilicet, matre & auia ad secunda vota super esset altera earum vidua, quia ma-
13 ter, † maior annis. vigintiquinque si vult præfertur quibusq; alijs in tutela, etiam auo, & auiæ, dummodò non labatur quadrimestre datum ad capescendam filiorũ tutelam. Bart. & Angel. ad Auth. presbyteros. secunda, C. de episcop. & cler. Authen. matri, & auiæ, vbi Salyc. C. quando mulier tutel. off. Afflict. Decis. 231. Surd. d. loco. nu. 14. cum seq. Bero. cons. 124. vol. 3.

Altera declaratio est quia si tutor testamentarius prorsus est inhabilis, vel à tutela iure se excusauit, tũc fit locus legitimo, si adsit, non datiuo tutori. l. 1. §. interdum, & l. penul. ff. de leg. tut. Bart. ad Authent. sacramẽtum. C. quando mulier. offic. tut. & c. vbi matre recusante fit locus legitimo tutori, Surd. Decis. 207. nu. 6. & octauo; & Bald. d. cons. 11. vol. 6. vbi de intellectu. l. 2. & d. Auth. sacramentũ. C. quando mul. tut. offi. quod si tutor esset datus mox à matre in testamento confirmetur,
14 dicitur datiuus, sed in aliquibus participat de testamentario. Bero. cons. 123. nu. 4. & 28. vol. 3.

REMEDIVM CIII.

Ex l. vlt. §. 1. ff. de eo, per quem fact. erit, circa impedientem debitorem citatum venire ad iudicem.

SVMMARIVM.

1 *Debitorem citatum venire impedient, vel captum, e manibus satellitum eximens, tenetur creditori in subsidium.*

2 *Depositarius depositum contentiosum, sine iudicis licentia restituens, non citato creditore, in subsidium conuenitur.*

3 *Depositum legitime factum, vbi subest solutionis causa, parit liberationem.*

4 *Depositum conditionale expirata conditione deponenti est restituendum, item quando is cuius intuitu est factum, illud impugnat, nisi declaret se pœnitere.*

5 *Depositum extraiudiciale voluntarium potest ad deponentis libitum reuocari, nisi factum sit contemplatione tertij pro quo notarius sit stipulatus, vel nisi tempus appositum sit gratia depositarij.*

6 *Depositum habet paratam exequutionem, modo constet de eo per instrumentum, & sit actum via executiua: secus si per testes vel per scripturam priuatam à depositario non recognitam, vel sit actum via ordinaria.*

7 Saluus

7 *Saluus conductus non nocet creditori ex causa depositi.*
8 *Non. constit. Mediolani sub titulo de bonis insolutum dandis locus declaratur.*
9 *Depositarius executiuè conuenitur, etiam si sit clericus, nec potest appellare à sententia de deposito restituendo.*
10 *Appellationi non est locus in causis celeritatem desiderantibus.*
11 *Appellatio datur in iudicio detentatorio, quoad effectum deuolutiuum: non quoad suspensiuum.*
12 *Emens rem à minore seruatis seruandis, & de eius mandato pretium creditori soluens, si minor in integrum restituatur aduersus eundem emptorem auditur agens contra creditorem.*

Emoriæ succurrit non spernendum illud remedium subsidiarium l. vlt. §. 1. ff. de eo per quem factum erit & c. vbi tribuitur actio creditori contra
1 impedientem † debitorem citatum venire ad iudicem, necnon & contra eximentem captum debitorem è manibus familiæ: vltra alias pœnas, de quibus apud D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 583. per tot. & apud Farinac. cons. 49. n. 3. latius tract. Crimi. par. 1. quæst. 32. Viu. Decis. 92. lib. 1. & Clar. §. fi. quæst. 68. nu. 10. Amplissimè Catalan. tract. Amnestiæ. cap. 4. ampliatione 13. n. 41. & deinceps, vbi pleno cornu de exemptione capti, vel carcerati, tum in ciuilibus, tum etiam in criminalibus, atque Excell. Pet. Caball. Resolut. criminal. casu 8. sed hoc tantùm in subsidium, si non sit hic eximens aut impediens soluendo, reintegretur actio contra veterem debitorem. Id quod Roma. consil. 287. protendit ad depositarium restituentem
2 † sine licentia iudicis & irrequisito seu nô citato creditore, vt teneatur creditori in subsidium si non potest aliter consequi à debitore. Quod intelligendum credimus in deposito contentioso, propterea quod vbi depositum fit ad fauorē vnius illi vtique datur vtilis actio quando constat deponentem semel voluisse, quod ei restituatur. l. publia. vbi Bar. & Castr. ff. depos. l. pen. §. si verò. C. ad exhibend. Idem Rom. ad l. stipulatio ista habere licere. §. si stipuler. nu. 24. ibiq; Alex. nu. 19. & Ias. nu. 26. ff. de verb. obligat. quos cum alijs adducit Surd. cons. 474. n. 1. vol. 4. Adiūgitur etiam quòd huiusmodi depositum
3 habet vim solutionis, quando † subest causa solutionis: & legitimè factum, scilicet seruatis seruandis, parit liberationem not. glos. & Bald. ad d. l. obligatione. C. de solutio. ad l. acceptam. C. de vsur. Bart. ad l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solui. Negusan. de pignor. tertio memb. 5. part. per tot. Crauett. cons. 705. num. 1. 2. & 8. vol. 4. Rol. à Vall. cons. 63. vol. 1. Menoch. de arbitr. iud. cas. 232. & satis copiosè apud nos tract. de port. rata. quæst. 121. Extant præterea aliæ rationes apud Crauett. cons. 428. n. 19. cum seqq. vol. 3. quibus potest solui ille nodus, quòd depositum præsumitur simulatum, si factum sit, & mox restitutum Crau. cons. 585. nu. 6.

Excipiuntur modò à superiore nostra traditione duo casus, quos tui causa referre non grauabor.

4 Primus est † quando depositum esset conditionale idest consignandum alteri sub conditione, nam si conditionis tēpus expirauit debet restitui deponenti Bald. cons. 379. vol. 5.

Secundus est casus, quando is cuius intuitu factum esse constat depositum, manifestè illud ab initio impugnaret, nisi deinde declaret se pœnitere, & velle moram purgare: vel etiam si tacitè nō curet illius implere conditiones. Rip. ad cap. ex parte nu. 66. de rescript. Deci. cons. 356. nu. 4. Confert regula cap. ex eo. de reg. iur. in 6.

5 Planè diuersum est in deposito † extraiudiciali præsertim merè voluntario, dummodo absit contemplatio alicuius tertij pro quo notarius stipulatus sit; quandoquidem potest tale depositum extraiudiciale reuocari seu temperari ad libitū deponentis cuius solius gratia factum fuit. præclarè Castren. cons. 434. volu. 1. Bald. cons. 364. lib. 2. & facit l. contractus. vbi Deci. & Cagnol. ff. de reg. iur. Mathesillan. sing. 5. & Rebuff. tractat. de sequestr. art. 1. glos. 1. quia per depositū non transfertur dominium, sed remanet penes deponentem, ita quod à deponente potest

Io. Baptista Costa Tract. A a semper

semper reuocari re integra & ante tẽpus expressum in actu depositi. l. 1. §. si deposuero. & l. licet. ff. deposit. Rom. & Iason. ad l. 3. §. 1. ff. de cōdict. ob caus. Bald. cōs. 104. & 105. vol. 1. Bald. Nouell. tract. de dot. par. 6. priuileg. 51. nisi tempus esset appositum fauore depositarij Cephal. cōs. 603. num. 33. secus in facto gratia tertij si fuit acceptatum: vel intercessit stipulatio personæ publicæ, vel etiam priuatæ illius tertij, nomine, quando statutum ita permittit. vt Ticini viget huiusmodi. Bal. ad d. l. acceptam col. 2. & d. cons. 104. cū seq. Deci. cons. 98. Castren. cons. 432. vol. 1. Sim. de Pręt. cons. 120. nu. 17. cum seq. & Ioann. Botta cons. 74. nu. 23. cum seq. qui loquuntur de depositis pecuniæ ad finem implicandi fauore tertij. Vtrobique
6 tamen depositum habet † paratam executionem, dummodo sit notorium, idest, de eo constet per publicum instrumentum, vel per scripturam instrumento ęquipollentem, & ita quòd sit actum via executiua: secus si constet de deposito per testes vel per priuatam scripturam nō recognitam à depositario: vel pro eo repetendo sit actum imprudenter via ordinaria l. penultima ibiq; Bart. & alij. C. deposit. Imperator in Auth. de deposit. in prin. Alex. ad l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. nu. 6. ff. sol. matrim. Cornazan. Rot. Lucent. Decis. 209. nu. 1. Mathesill. singul. 5. Rolan. à vall. cons. 17. nu. 1. vol. 1. & cōs. 4. nu. 4. & seq. vol. 4. vbi nec compensationis exceptionē admittit, neque sequestrum. Caroc. de deposit. par. 2. rubr. Intellectus verborum ad l. Publia. tit. euen-
7 tus. Imò nec saluusconductus † nocet creditori ex causa depositi. Vincent. de Franch. Decis. 151. par. 1. Ita de iure executiuo. Surd. cons. 246. num. 8. cum seqq. vol. 2. & cōs. 327. nu. 10. vol. 3. Bertazol. Ciuil. cons. 49. nu. 40. Maluasia cōs. 113. nu. 36. etiamsi ageretur de deposito simulato. Alba cons. 3. nu. 12. vol. 1. & de deposito irregulari Natta cons. 438. num. 7. Rol. à vall. consilijs iā adductis. Mari. Antonin. resolut. 13. nu. 9. & 10. lib. 2. Non tamen in deposito cōfessato, quando materia esset exorbitans vel correctoria iuris communis Plot. ad l. si quando. nu. 431. C. vnd. vi. & Rimin. iun. cons. 152. num.
8 46. volu. 2. vbi in terminis † nou. constit. Mediola. sub tit. de bon. insolut. dand. excipitur quidem causa depositi inter non paucas aliàs; verumtamē Plot. & Rimin. iun. interpretantur locum, vt non procedat in deposito cōfessato. fortiusq; admittimus prærogatiuam hanc paratæ executionis, quando adesset iuramentum, quia iuramentum de se habet paratam executionem. Ias. ad §. item si quis postulante. nu. 17. Instit. de action. Seraphin. abundè de iurament. priuileg. 77. potestque agi
9 cōtra † depositarium executiuè, etiamsi esset clericus, Negusant. d. loc. num. 29. Hinc perperam à quibusdam reuocatur in dubium, nunquid à sententia condemnatoria depositarij, vt reddat depositum, post multas excusationes, aut (rectius dixerim) subterfugia, detur appellatio, & verior mihi videtur & tutior opinio negatiua: non ex vi iuramenti, quod parum operari quòad facultatem appellandi, scribit. Panormit. ad cap. ad hæc. de appellat. & Surd. cons. 263. in fin. volu. 2. & ex eo quod non valet sequela hæc, scilicet, versantur in executiuis, ergo reijcitur appellatio. Bald. Salicet. & Contard. in notabil. l. vni. C. si de moment. possess. sed ex indole depositi notorij, cùm disertè habeatur in d. l. pen. C. deposit. quod depositum cōpellatur modis omnibus restituere depositarius quàm celerime & citissimè. Accedit, quod in causis desiderantibus ce-
1 sterij † ex vi translationis vniuersalis, seu vniuersaliter factæ mediante ingressu emphyteutæ, mox secuta professione legitima, prout hoc pacto transire potest hæreditaria emphyteusis in monasterium capax bonorum tamquã hæredem ingredientis, tum etiam quia hæc est alienatio necessaria. §. emphyteusis. Auth. de alien. & emphyt. multaq; trãseunt cum bonorum vniuersitate, quæ aliàs non transirent. c. ex literis. & c. cum sæculum de iur. patr. Bart. Castr. & Salyc. ad Auth. ingressi. C. de SS. eccl. Abb. Fely. Bero. & Dec. ad cap. in præsentia. de probat. Anchar. consi. 165. & 420. Bero. consi. 93. nu. 56. vol. 1. & Corbul. tract. de iure emphyt. tit. de causa priuat. ob mortem ciuilem. num. 4. cum seqq. subuenitur,
2 inquam, altero † ex tribus remedijs. data tamen optione domino directi, nimirum vel permittat dominus, quod ecclesia detineat rem emphyteoticam, vel ad se attrahat soluta ecclesiæ æstimatione, vel patiatur, quod res intra annum alij vẽdatur, inchoandum à die declarationis voluntatis domini. Id quod consuetudine, & longo vsu receptum esse, affirmat Clar. in §. emphyteusis. q. 33. & ante eum. Alex. cõs. 120. nu. 4. vol. 1. sic ratiocinatur Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua num. 117. Io. And. Butr. Imol. Cardin. & Anchar. ad c. potuit. de locat. cũ alijs aggestis per Surd. cons. 521. nu. 1. & 10. vol. 4.

3 Nil sanè officiente pacto † inuestituræ perpetuæ apud nos vsitato, exclusiuo personarum prohibitarum, quales sunt potẽtiores, & sic ecclesia, ac huiusmodi. teste glo. ad prælleg. c. potuit. Corbul. d. tract. tit. de caus. priuat. ob alienat. ampliatio. 12. quando quidem illa pactio intelligenda sit de alienatione inter viuos per viam contractus: non de ea, quæ contingit ex lege, aut ex vi institutionis. Alex. d. consi. 120. nu. 4. per rationes, quas reddit idem Corbul. d. tit. de causa priuationis ob alienat. limit. 14. Deinde ecclesia non reperi-
4 tur † prohibita capere æstimationem quę fungitur vice rei in subsidium etiam in particularibus. l. 1. vbi glos. & Bart. ff. de distra. pigno. Ang. Alexan. Ias. & alij per Surd. annotato loco. relati idipsũ probãt, & supra apud nos remed. 61. Vnde huc pertinet reg. ll. non videtur quisquam. ff. de reg. iur. scilicet, non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere, donec autem incertum est, quid ex tribus eligat dominus directi, iudicanda est perpetua illa acquisitio, quã fecit ecclesia:
5 quia perpetua † præsumuntur ea, quæ pẽdent à beneplacito alterius: vel quorum status, seu mutatio pẽdet à futuro euentu. vulg. l. sufficit. ff. de cond. ind. & glo. ad
6 cap. vlt. de solut. Ideoq; locatio facta † ad beneplacitum iudicatur perpetua à qua caueant emphyteotæ, ne ita domino inconsulto bona emphyteotica locando, incidant in commissum, cum videantur alienare. Surd. Decis. 265. num. 55. cum seqq. & apud nos tract. de facti. scient. & ignor. distin. 67. centur. 1. tom. 1. quare
7 ecclesia minimè reputari potest incapax † iuris emphyteotici, siue cõsideretur purũ factum: siue iuris censurã metiamur, quia quatenus ad factum, ea retinet instar

cuiuslibet priuatæ personæ: atqui inhabilitas, quæ in ea perpenditur descendit à voluntate domini directi, qui nō vult pati, quòd ecclesia habeat, quia sit potentior, vel quia nulla sit omnino spes, quod finiri aut deuolui possit, cùm nunquā moriatur ecclesia, glo. ad cap. si gratiose. de rescrip. in 6. & hoc est verissimum. Ea propter secuta declaratione domini recreatur ecclesia in subsidium per receptionē pretij recipiendi ex vēditione rei emphyteoticæ, quemadmodum sancitum est nouis constitutionibus Mediol. tit. de pœnis. §. collegijs. vbi non subditi prohibentur acquirere in dominio sub pœna amissionis rei,
8 verùmtamen possunt impune † accipere bona insolutum à debitoribus suis, vel à iudice, dummodo intra annum vendant subdito: vel efficiantur, & ipsi subditi ad euitandas decipulas, quia venditores vt vitarent cōstitutionem de facili fingerent se debitores, mox bona darent insolutum, compulsi quoq; à iudice Carpan. ad d. §. collegijs. nu. 224. cum sequentibus.
9 Quod si præterfluxerit † annus, nec ecclesia adhuc distraxerit rem emphyteoticam, tūc ita distinguendum puto, Aut dominus directi nondum declarauit mentē suam, & tunc sibi ascribat. Aut declarauit, sed non denuntiauit ecclesiæ, & tunc idē statuerem. Aut declarauit, & intimauit monasterio. Quòd membrum placeat sic subdistinguere. Aut non potuit, quia dominus directi contendit enixè super deuolutione, & curauit interim ordinari, nullum tempus currere, & tunc conditio habetur pro impleta quòad ecclesiā, per quā non stat. cap. cum nō stat. de reg. iur. in 6. l. iniure ciuili. ff. de reg. iur. vel quia facta omnimoda diligentia nō inuenitur emptor, & tunc detracto laudimio dominus cogetur in subsidium sibi appropriare soluendo æstimationem rei ecclesiæ, si-
10 cuti creditori † in subsidium addicitur pignus, dum nō reperitur emptor. l. vltima. C. si in caus. iudica. cū tamen non possit creditor sibi ipsi vendere pignus, siue interposita personæ. l. & qui sub imagine. C. de distra. pig. Afin. tract. de execution. §. 6. c. 31. nu. 17. cum seqq. vel potest cogi
11 † ad consentiendū retentioni vel in subsidium prorogabitur terminus, sicuti euenit translato iure patronatus in aliquem titulo cessionis, vel cum vniuersitate bo-
12 norum, tunc Episcopus † nolens consentire potest cogi per Archiepiscopum, qui est ordinarius Episcopi. cap. pastoralis de offic. ordin. & si forsan exemptus esset Episcopus, poterit cogi per Pontificem. Lambertin. tract. de iur. patronar. libro 1. par. 1. artic. 17. q. 2. principali. & Ioseph. Ludouicus suis communibus concl. 42. vers. acquiritur etiam ius patronatus per emptionem, ibi contrarium voluit &c. P. ip. de iur. patron. respons. 2. & 6. par. 2.
13 Vel posset iudex † defectum domini directi supplere ad exemplum consanguinei proximioris, cuius consensus desideratur in cōtractibus mulierum, vel minorū sub pœna nullitatis contractus, vt Ticini tale
14 viget † statutum. 119. in ciuil. fine tamen clausula irritatiua, quæ aliàs plurimi fieri solet, quoniam ea non extante iuramentū
15 suppleret defectum solemnitatis † statutariæ, saltem quòad ligandum iurantem, vt contractum obseruet, siue statutum sit in rem, siue in personā Abb. Imol. & alij ad c. cum contingat, de iureiur. Alex. cōs. 27. nu. 5. & cons. 59. nu. 4. vol. 1. & cons. 29. num. 14. vol. 7. Lamberteng. tract. de contractib. eorum &c. ver. finis. num. 5. cum seqq. Morot. cons. 52. nu. 34. Bim. cons. 60. num. 10. vol. 1. Fachinæ. lib. 3. & cons. 53. num. 8. Alciat. cons. 9. lib. 5. controuers. iur. c. 15. Seraphin. de iuram. Priuileg. 61. & 83. Præclarissimè Vincent. Mancin. tract. de iuram. par. 4. q. 4. primi effectus. nu. 40. vsque ad fin. Declarando vt per Gab. cons. 13. nu. 8. cum seqq. vol. 1. & Gail. obser. 65. nu. 5. lib. 2. Etiamsi in
16 instrumento ad esset clausula illa † cæterata, iurantes &c. quæ virtualiter influit in omnia contenta in ipso instrumento; perinde ac si in quolibet pacto, & conuētione esset expresse inserta. Carol. Crass. tract. de exceptionib. Except. 22. nu. 12. atque Mancin. d. tract. de iuram. par. 4. q. 3. primi effectus nu. 20. vbi quādo forma iuramenti non est restricta, sed ampla, cessat illa dubietas, & amaritudo, an iuramentum suppleat plures defectus, idem Mancinus. q. 13. primi effect. nu. 13. par.
17 4. vbi refellit † tenentes, non esse curandum de iuramento posito in fine contra-

ctus

ctus ex ſtylo notariorum, quos inter fuit Decian. conſ.7.nu.122. lib.1. Seraphin. de iuram priuil.57.nu.6. Guid.Pap.Deciſ.199.& Carpan. adſtatut. Med.par.2. c.399.nu.105.& cap.453. nu. 86.par.1. Clar.in §.emphyteuſis.q.8.nu.2.qui prætera loquuntur de iuramento præſtito in genere,non de comprehenſo ſub clauſula cæterata, quod apud nos ad extenſum continet aſſertorium, & promiſſorium. Rip.ad c.2.nu.20.de reſcrip.|V.Mancin. d.par.4.effect.8.nu.24.Addo Barz.Deci. 16.nu.20.cum ſeqq.vbi Borgnin. Deciſ. 30.par.1. Nam (vt ad rem reuertar) ſi
18 conſanguineus † recuſet ſuum præſtare conſenſum, iudex cõtradictionis cauſam explorabit, exploratamq; diligenter examinabit,quam ſi minus æquam iudicabit, decernere debebit indebitè, refugiente ſemoto alium eſſe adhibendum, qui ſit proximior,vel ipſe iudex conſentiet contractui pro recuſante, quoniã paria ſunt, non extare agnatos,vel extare,ſed inhabiles, vel qui cõſentire ſine iuſta cauſa recuſent.In noſtra praxi tamẽ conſueuit ſupplicari Ampliſs. Senatui pro diſpenſatione quod alius proximior ſubrogetur, vt tradit Menoch. de arb.iud.caſu.211.
19 Aut tandem eccleſia neglexit † intra annum vendere rem emphyteoticam, & tunc adhuc integrum, & illæſum, ius eccleſię media tamen reſtitutione in integrũ
20 aduerſus† omiſſionem ſeu culpam huiuſmodi, inſtar minoris. Odd. de reſtit. in integ.q. 89.artic.7. Ante eum Abb. ad c. auditis.de reſtit.in integ. Redoan.de reb. eccl.non alien. in quæſt.de reſtit.in integ.
21 in princ.num. 14. vbi eccleſia aduerſus † lucrum quoque omiſſum reſtituitur,& amiſſum.

REMEDIVM CVI.

Ex tit.ff.de lib.agnoſ.& C. de alen.lib.in decernendis alimentis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta iudicis officio debita,nunquã decernuntur,niſi in ſubſidium.*
2 *Alimẽta filio beneficiato, aut aliunde lucrãti à patre non ſunt præſtanda.*
3 *Alimenta à ſocero nurus, & pro nurui, debentur,quando filius qui eſt in poteſtate, probabili ex cauſa cum patre habitare non poteſt, & num. 8.*
4 *Alimenta filio bannito, ſpurio,vel adoptiuo, vſque ad neceſſitatem, non ad decentiam ſunt miniſtranda, item, & filio naturali, & exhæredato poſt patris obitum.*
5 *Alimenta filijs etiã naturalibus,primò pater deinde in ſubſidium auus, & vltimo loco mater præſtare tenetur, etiam ſi ſecundò nupſerit, & omnia bona in dotem ſecundo viro dederit.*
6 *Matrem alere filius tenetur in ſubſidium,& etiam ad æs alienum per eam ob alimenta contractum.*
7 *Pater ſpiritualis filium ab eo ex ſacro baptiſmate leuatum,in ſubſidiũ alere tenetur.*
8 *Vxor intra annum luctus ab hæredibus viri, eſt alenda,ſiue dos conſiſtat in immobilibus ſiue non.*
10 *Intereſſe dotis poſt annum luctus, quando, & quantum poſſit uxor prætendere ab hæredibus viri, ſi non ſint in mora, & mulier aliunde habeat alimenta, & an fructus in ſortem imputentur.*
11 *Alimenta ingratis denegantur ex omnibus cauſis,ex quibus exhæredatio fieri poteſt.*
12 *Legitimatus per reſcriptum principis ob ingratitudinem non remiſſam à patre, poteſt reuocata legitimatione ad priſtinum ſpurietatis ſtatum reduci.*

ALimentorum ſeges multa eſt. Meſſis noſtra paucis cõtẽta eò tendit,vt quod rei eſt,& materiam hanc auget; ſummatim attingamus. Porrò ad alimẽ-
1 ta officio† iudicis debita,numquam deueniri,niſi in ſubſidiũ, vnde quaque eſt conſtitutiſſimam ex diſcurſu totius tituli. ff. de lib.agnoſcend.& C.de alend.lib. Alex. conſ.27.lib.4.Deci.conſ.176.Angel.cõſ. 369.nu.2.Caſtr.conſ.415. volum. 2. vbi filium de quo aliàs in materia alimento-
2 rum fit exactior mentio, beneficiatum † aut artificem pater nõ tenetur alere. Ang. Areti. loquens in filio aduocato vel publico lectore.conſ.95.dummodo ex ſua

pro-

professione viuere possit idē Angel. Areti. cons.40. cumulatissime Viui. Decis. 523. lib. 4. precedit\q; prior nostra enuntiatio tam inter ascendentes, quàm descendentes, Tiraq. de iure primog. quæst. 62. etiā ex rebus primigenij, si aliæ desint: etiam
3 quoàd nurum, † & pro nurum si sit pudica, & honesta, aliter secus: Surd. d. tract. tit. 7. q. 27. nu. 1. cum seqq. quando filius est in potestate nec potest cum patre habitare probabili ex causa, siue pater receperit dotem, siue non. Bart. tract. de alimen. num. 16. & Bald. Nouell. tract. de dot. 7. par. princip. priuil. 74. Vinc. de Franch. Deci. 336. par. 2. Viuius annotato in loco Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 38. sed nō in subsidium, quādo socer habet dotem penes. se. Surd. ibidem. nu. 24. quid soluto matrimonio, an adhuc nurui inopi socer prouidere teneatur. die. quod sic. Collet. de alim. lib. 1. cap. 12. nu. 24. & quinetiam
4 filium bannitum, † adoptiuum, vel spuriū vsque ad necessitatem. non ad decentiam. Bald. & Alex. ad l. si maritus. ff. solu. matrimo. Surd. d. tract. de aliment. tit. 1. q. 1. 2. 3. & 20. Benintend. Decis. 22. Cordub. ad l. si quis à liberis. ff. de agnoscend. lib. Vinc. de Franch. Decis. 283. par. 2. Gabr. suis communibus. tit. de alimen. concl. 1. Gamma Decis. 201. & 225. Capijc. Deci. 163. Tessaur. Decis. 211. vbi debentur alimenta filio naturali, etiam post obitum patris, quàmuis in testamento pater peti prohibuerit, si tamen ex operis suis viuere nequeat, nisi ageretur de operis rusticis, vel pater vellet ei relinquere alimenta, nō obstante artificio. Soci. sen. cons. 161. lib. 2. Crauett. cons. 199. nu. 10. Gabriell. cōs. 25. vol. 1. quod in exhæredato quoq; procedere scribit Gallia ad cōsuet. Alex. ver. solidos. q. 6. nu. 36. Barbat. cons. 81. num.
5 15. vol. 3. vbi prius pater tenetur † deinde in subsidium auus ad alimenta liberorum etiam naturalium tantùm. Mater autem pro vltimo refugio tenetur, & ipsa necessitate præcisa, alioqui priuatur successione filij, & iuxta matris facultates alimenta decernuntur. l. pen. ff. de liberis agnoscen. §. illud. in Authen. vt matr. & aui. & non habito respectu ad priuationē successionis filij adhuc tenetur in casu inopiæ filij etiam spurij, & mariti. Castr. cons. 436. libro 1. Osasc. Decis. 46. nu. 10. etiamsi iam secundò nupta sit, & dederit in dotem secundo viro omnia bona, tunc adhuc filios primi matrimonij alit, si aliunde non habeant. Gallia ad d. consuet. Alex. ver. solidos d. quæst. 6. num. 34. relatus Carpan. ad statut. Mediol. par. 1. cap. 314. nu. 21. vnde præcedat excussio, necesse est. Gab. cons. 25. nu. 18. vol. 1.

6 Quemadmodum ecōtra mater alenda † est in subsidium. Surd. d. tract. de alimēt. tit. 1. q. 15. 22. 105. & 106. etiam pro tēpore præterito, quando constaret eam ob causam conflatam fuisse molem æris alieni. Ias. & Decis. ad l. de alimentis. C. de transact. Socin. sen. cons. 57. num. 36. lib. 4. Alex. cons. 72. lib. 5. & Ioann. de Anan. cons. 54.

7 Quin amplius pater spiritualis in subsidium † alit eum. quem leuauit ex sacro baptismatis fonte. Surd. d. tit. 1. q. 11. Mascard. tract. de probatio. conclus. 332. nu. 10. Tiraq. ad l. si vnquam, verb. susceperit liberos. nu. 31. C. de reuocand. dona. Carpan. dicto loco. nu. 31. Socer quoq; quia
7 parentis † locum obtinet. l. quia parentis. ff. sol. matrimo. tenetur nurum alere, quia loco filiæ habetur, deficiente etiam dote, vel eius fructibus non sufficientibus, & ob retentionem dotium, si penes eum reperiuntur intra annum luctus. Idemq; dicendū est, pendente controuersia alimentorum nurui à socero præstandorum sub quouis prætextu non ignominioso. Surd. d. q. 38. & 112. Vincent. de Franch. Decis. præalleg. 336. in fin. sic etiam in hæredes prædictarum personarum migrat onus alendi, etiamsi respectu filij qui habuit legitimam, sed eam consumpsit. Mathesyll. sing. 147. Gabr. d. cons. 25. n. 19. vol. 1. & Peregr. de fideicommis. artic. 42. num. 8. & 9. Viduæ autem circumfertur, vt pro
9 dote non consistente in rebus soli † stabilibus, vel eis æquipollentibus intra annū luctus debeantur alimenta ab hæredibus viri: ab inde supra minimè debeantur nisi in subsidium, donec dos remanet penes dictos hęredes, idest, quando alimenta aliunde non habuit.

10 Cæterum perperā ad † dotis interusuria aspirant viduæ post annum luctus, nisi sint à tertio alimentatæ cum protestatione

ne de illis repetendis interpositæ. Castr. conf. 11. vol. 1. Capyc. Decis. 65. vel præcedente interpellatione, & contracta hæredum mora regulari, vel irregulari calumniosè diffugientibus hæredibus viri solvere dotem iudicialiter petitam, & absq; iusta causa litigantibus quo casu interesse debetur saltem ad rationem quinque pro singulis centenis libris, vbi ad ampliorem summam nõ probetur ascendere interesse danni emergentis. Bart. conf. 128. Ias. ad S. fuerat. num. 27. cum seqq. Instit. de action. Abb. conf. 39. vol. 2. Bald. conf. 56. & 86. vol. 2. Crauett. cõs. 189. Rol. à Vall. conf. 55. vol. 2. Alex. cõs. 74. vol. 5. Bursa. conf. 8. nu. 41. vol. 1. Alb. conf. 649. vol. 4. Surd. conf. 194. & 243. vol. 2. Cepha. cõs. 746. Brunor. à Sole quæst. 46. Plot. præclarissimè ad l. si quando à nu. 461. vsque ad nu. 469. C. vnde vi. Afflict. Decis. 284. Imò fructus computantur in sorte, quando hæredes non sunt in mora, & ipsa mulier habet aliunde modum viuẽdi, multò magis mortua vxore etiam cum liberis. Abb. ad cap. salubriter. de vsur. Imol. & Alex. ad l. diuortio. ff. sol. mat. & Sola ad antiq. decret. Sabaud. tit. de feud. glo. 3. part. num. 7.

A prædictis subsidijs excipiũtur ingrati
11 †filij quibus denegantur alimenta ex omnibus causis admittentibus exhæredationem. Cremens. singul. 20. & Marsil. singulari. 413. Rip. ad l. vlt. nu. 205. C. de reuo.
12 donat. Imò etiamsi filius † legitimatus per rescriptum principis ob ingratitudinem potest ad primæuum statum reduci reuocata legitimatione Gerard. Petra Sancta singulari. 1. Rom. singul. 229. Marsil. & Cremens. prædictis in locis, latè Surd. de aliment. tit. 7. q. 1. atque Curt. sen. conf. 73. num. 23.

Identidem si pater non habeat, quòd sibi, atq; vxori non sufficiat ad alimoniam tunc ordinata charitas non finit, vt suis agris sitientibus alienos irrigare cogatur, & liberis grandioribus subministrare alimenta. Natta conf. 387. nu. 8. Benintend. Decis. 89. num. 5. quod procedit etiam in eo, qui iure actionis adigi posset, nedum officio iudicis Lancell. Gallia ad cõsuetud. Alex. vers. solidos. q. 6. nu. 139. vsque ad nu. 148.

REMEDIVM CVI.

ILLATIO PRIMA.

Ex ca. Episcopus. de præbend. & ex sacro Concil. Trid. cap. 2. sessione 21. circa alimoniam ordinatis præstandam per Episcopum in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi, vel ad titulum beneficij, vel ad titulum patrimonij ad sacros ordines promouentur.*

2 *Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. locus refertur & num. 5.*

3 *Beneficium, ad cuius titulum quis est promotus resignari non potest, nisi duobus concurrentibus.*

4 *Patrimonium, ad cuius titulum quis est promotus, sine episcopi consensu alienari nequit, item nec in legitimam imputatur, nec in diuisione cum alijs fratribus confertur.*

5 *Statutum Mediolani 305. declaratur remissiue.*

7 *Sacerdotum stante penuria, quis & sine beneficio, & sine patrimonio ordinari potest, modò alter idoneus necessaria spondeat.*

8 *Dotare episcopus ecclesiam indotatam, à se consecratam tenetur, iuxta qualitatem ecclesiæ, quæ si est parochialis, eius dos esse hodie debet centum aureorum.*

9 *Concil. Trid. sess. 24. cap. 13. quid peculiariter disponat.*

B episcopis insigniũtur religiosi sacris ordinibus, duplici modo, vno
1 ad titulum beneficij † idonei altero ad titulũ sufficientis patrimonij, quandum in subsidium ipsi tenerentur ad decentia alimenta, & id ne vilescat ordo clericalis tantoperè æstimandus. cap. non liceat. & cap. episcopus, vbi glos. de præbend. ibi, nisi talis ordinatus de sua vel paterna hæreditate vitæ subsidium possit habere, & disertè cautum est sacro œcumenico

2 nico conc. Tri. sess. † 21. c. 2. Mascard. de probat. concl. 1140. n. 9. Surd. de alimēt. tit. 4. q. 18. n. 32. Nauarr. de temp. ordin. cons. 28. Gregor. Sayr. absolutiss. Theolog. in Thesaur. cas. conscient. lib. 4. c. 14. Cæuall. tract. commun. contra commun. quæst. 527. & quæst. 565. & supra diximus nos inter prælud. Vltra autem ibi deducta comperimus priuilegiata isthęc bona assignata ad titulum patrimonij: nam quemadmodum beneficium ad cuius ti-
3 tulum † quis est promotus ad sacros ordines nequit resignari. ca. sanctorum 70. distin. ibi, in qua ecclesia quilibet titulatus est in ea perseueret perpetuò. nisi de hoc expressa fiat mentio, & quod aliunde habeat, vnde honestè viuat Nauarr. Manual. cap. 22. n. 28. latè Flam. Paris. de resignat. beneficio. lib. 2. q. 6. num. 1. & 351. cum seqq. vbi nec aliter attento stylo Curię cōcedi solet.
4 Ità quoque patrimonium † ad quod est ordinatus non potest sine episcopi licētia alienari, extingui vel remitti, nisi ordinatus retineat congruam sustentationē. iuxta decreta concilij d. c. 2. Cæuall. d. q. 561. nu. 24. & 30.

Deinde episcopi post publicationem prædicti concilij non debent ordinare fi-
5 lios † diuitum volentes sacris initiari & dignissimo sacerdotis munere fungi; nisi in primis & ante omnia fuerit eis donatū quàmuis de iure communi valeat sequela. Pater est diues, ergo etiam filius, cùm ęstimum patris dicatur æstimum filij. cap. 1. de magistr. glos. ad l. 2. C. qui ætat. lib. 10. Alex. & Alciat. ad l. in suis. ff. de lib. & posthu. Flamin. Paris. d. loco nu. 23. cum seq. cùm multa accidere possint, ne patris bona in filium perueniant. Tiraquell. ll. connub. glos. 2. nu. 27. Et ea præterea bona sic filio assignata non imputantur in legitimam, nec conferri debent in bonorū diuisione interfratres, cùm filius non possit liberè de illis disponere contra germanam legitimæ naturam. Ioann. Fab. ad l. si emancipati. num. 6. C. de collation. Crauett. cons. 136. præclarè quidem Polyd. Ripa obseru. 232. vbi quoque tenet ex
6 Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 305. † nu. 23. cum seqq. par. 1. quòd descendens beneficiatus per huiusmodi patrimonij assignationem dici minimè possit melioratus per consequens non sit comprætensus in statuto prohibente, quòd ascendens non possit meliorare conditionem descendentium.

His accedit, quòd ob penuriam sacer-
7 dotum † potest quis sine beneficio ordinari, & absque patrimonio, dummodo alius idoneus spondeat necessaria, vel si habeat dumtaxat nomina debitorum vel mobilia, curet quantocyus, vt in immobilia conuertantur. Nauarr. de tempor. ordinat. cons. 29. Flamin. Paris. d. quæst. 6. nu. 11. & 15. Quæ præterea locum sibi arrogant etiam in ordinato ab episcopo non suo, quia ratione tituli efficitur de eius foro, & fit ei subditus. Roma. Rot. Decis. 731. n. 15. p. 1. in nouissim.

Ita quoque si episcopus cōsecrat eccle-
8 siam † indotatam, tenetur eā de suo proprio in subsidium, idest, in defectum fundatoris dotare. cap. cùm sicut. vbi glo. & Abb. de consecrat. ecclesiæ vel alta. glos. ad cap. nemo el j. de consecrat. dist. 1. Hēriquez cōs. 48. vbi quoque expendit, quis sit censendus fundator. Dos autem competens iuxta qualitatē ecclesiæ esse debet, & parochialis debet esse regulariter centum ducatorum pro parochi sustentatio-
9 ne, vt habetur in Concilio Trident. † sess. 24. c. 13. Thesaur. fori ecclesiast. par. 1. c. 5. num. 5.

REMEDII CVI.

ILLATIO SECVNDA.

Ex cap. de his de ecclesi. ædifi. & ca. decernimus. 10. quæst. 1. circa refectionem ecclesiæ dirutę faciendam in subsidium per patronum. Sacca. cons. 36.

SVMMARIVM.

1 *Patronus diues ecclesiam dirutam in subsidium reficere tenetur, comparochiani vero, nisi ob patroni, vel rectoris inopiam nec renunciando vsui ecclesiæ hoc onus vitare possunt, quod peras & libram diuiditur nu. 3.*

2 Con-

2 *Concil. Trid. sessione 21. cap. 7. locus refertur.*

4 *Patronus inops ab ecclesia diuite, & Rectore alendus est etiamsi à principio fuerit diues, idemq́; est in rectore hospitalis, qui, si sit pauper. potest, se & suos ex fructibus hospitalis alere.*

5 *Alimenta debita ex causa lucratiua præstantur solum ex fructibus, qui si non sufficiant proprietas vendi non potest.*

6 *Bona alienari prohibita ob grauati necessitatem fructibus nō sufficiētibus alienari possunt, modo necessitas sit fatalis, vel naturalis, non culpabilis.*

7 *Bona fideicommissaria pro delicto grauati alienari nequeunt, nisi in quibusdam casibus.*

1 Quemadmodum patronus † alicuius Ecclesiæ diues tenetur in subsidium ad ecclesiæ dirutæ refectionem, vel etiam domus, quam rector institutus inhabitat ruentis, quando rector est pauper, nec redditus habet sufficiētes. can. decernimus 10. quæst. 1. cap. de his. & cap. ad audientiam de eccles. ædificand. Citadin. de iur. patronatus. par. 6. art. 5. nu. 7. Lamberti. eiusd. nomi. tract. lib. 3. art. 2. & 3. septim. quæst. princip. Flam. Paris. de resig. benef. lib. 3. q. 15. mox populus, & parochiani tenentur in subsidium ob inopiam rectoris & patroni si quis sit, ad reparationem ecclesiæ & eius ampliationem in casu augumenti populi, quem templum non capiat. Abb ad cap. 1. de eccles. ædific. omni exemptione, contradictione, & appellatione remota. vt ex Sac. Concilio Trid.
2 cautum est sess. 21. cap. 7. §. parochiales, & Thesaur. for. ecclesiast. par. 2. cap. 31. vsque adeò vt nec sit in potestate patronorum vel populi vel parochianorum renuntiando vsui & iuri patronatus dictæ ecclesiæ dictæ refectionis vel ampliatio-
3 nis onus subterfugere vel euitare, † cùm non dependeat à populi voluntate. cap. omnis. de pœnit. & remiss. Abb. prædicto in loco. & ad cap. si quis. nu. 8. de reb. eccles. non alienan. Surdus latè cōs. 62. vol. 1. ad quod onus ferendum contribuunt parochiani per æs, & libram, scilicet, pro rata sui æstimi, vt seruatur in constructione operis publici, Thesaur. for. ecclesiast. d. loc. n. 73. per l. omnes. vbi Salicet. C. de operib. public.

4 Ita quoque idem patronus ecclesiæ, † altaris, vel sacelli secundum suam dignitatem in subsidium est alēdus ab ecclesia, vel à rectore instituto ad beneficium iuris patronatus ex honore quodam personæ annexo, etiamsi dos perempta esset, & siue patronus ab initio diues fuerit, deinde facultatibus lapsus, vel à principio fuerit pauper. cap. quicumque, & cap. contra sanctorum decimosexto quæst. septima. Instar quoque Rectoris hospitalis, qui potest se, & suos alere ex bonis hospitalis, deficientibus proprijs bonis, vel vix sufficientibus. Mathesil. singul. 190. numero secundo, dummodo id ferant ecclesiæ, vel hospitalis facultates preclarè & copiosè Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. & 23. Graff. Decis. aur. lib. 2. p. 2. cap. 25. nu. 3. cum seqq. propterea quòd non debent vendi prædia pro alimentis præstandis, sed ea de fructibus & redditibus superabundantibus erogantur Lambertin. de iur. patronat. lib. 3. art. 2. & art. 6. nu. 23. in 3. quæst. principa. Bero. ad rubric. de iur. patronat. nu. 68. & 69. Claud. Tutius inter quæst. iur. patron. quæst. 12. cū relatis per Surd. d. tract. de aliment. tit. 4. quæst. 9. nu. 11. & seqq.

Quod generaliter recipiendum est in omni materia præstandorum alimento-
5 rum, eorum, scilicet quæ debentur † titulo lucratiuo: non oneroso, vt proprietas non vendatur, sed ex redditibus alimenta percipiantur, & quidem iuxta decus præstanda, siue ad decentiam. Alex. ad l. marito ad fin. ff. solut. matrim. Cordub. ad l. si quis à liberis num. 40. ff. de lib. agnoscend. Fab. de Ann. cons. 4. nu. 67. latissimè Gallia ad consuet. Alex. ver. solidos q. 6. nu. 149. cum seqq. vbi etiam declarat. plenè Surd. de alim. tit. 4. q. 9.

Cæterùm aliud est in necessarij ad vitæ sustentationem, pro quibus ad alienationem rerum est deueniendum, etiam alioqui prohibitarum alienari, si fructus non sufficiant. Ias. ad Authen. res quæ. nu. 31. C. commun. de legatis. Alex. ad l. mulier. §. cùm proponeretur. nu. 3. ff. ad Trebell.

cùm

cum adductis per Marchisell. qu. 60. vbi inter quinq; fallentias in hanc rem relatas, ne vendatur proprietas propter alimenta, excipit causam victus & alimentorum in bonis præsertim fideicommissarijs causæ cognitione accedente, & præuijs informationibus de necessitate. sic Maluas. conf. 8. n. 28. vbi bona fideicommisso obnoxia cum expressa alienationis prohibitione, possunt alienari in subsidiū
6 † ob grauati necessitates; intelligendo de necessitate fatali, vel naturali, non de culpabili, & in quam data opera incidit bonorum fideicommissariorum possessor. Bald. conf. 20. volu. 2. cùm communis sit
7 sententia, non posse alienari bona † fideicommissaria, exceptis quartis etiam pro grauato eruendo è carceribus pro debitis contractis: & multò minus pro delicto ab eo commisso Salicet. Angel. Castr. Curt. iun. Iason. Padilla, & alij ad d. Authen. res quæ. C. commun. de legat. cum multis adductis per Surd. conf. 367. num. 32. & 42. vsque ad fi. vol. 3. vbi quoque recensentur authores contrariæ opinionis, quam appellant, humaniorem. quibus ego accederem in casualibus maleficijs siue delictis, vbi potissimum ageretur de pœna mortis vel membri mutilationis, vel damnationis ad remigandum, & denique in his casibus, in quibus testator viuens sic facturus fuisset, quia sic cesset ratio fideicommissi euertēdi, vt traditur apud Peregrin. tract. de fideicommiss. art. 42. nu. 91. 92. Decian. conf. 55. nu. 38. vol. 4.

REMEDIVM CVI.

ILLATIO TERTIA.

Ex cap. Pastoralis. §. verum, de appellat. & cap. vt hi qui. de ætat. & qualit. circa alimenta præstanda etiam excommunicatis de fructib. beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus si aliunde victum non habeat, ex fructibus beneficij est alendus, nisi vltra tempus ei præfixum ad redeundum ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, insordescat. nu. 2.*
3 *Beneficiati familia post illius excommunicationem, vel suspensionem de beneficij fructibus est alenda.*
4 *Beneficiatus post depositionem de fructibus beneficij non alitur.*

Excommunicatum nō priuari beneficio, sed quidem illius fructibus; tradit glo. ad c. pastoralis. §. verum. de appell. Rip. & alij ad cap. primum. de iudici. Sed contingit dubitari, nunquid in subsidium fructibus beneficij perfruatur excommunicatus,
1 quando aliunde † viuere nequit, & aliàs fame periturus esset, & sanè Cardin. ad Clem. vt hi qui. de ætat. & qualita. Præpo-sit. ad c. præter hæc. nu. 91. 32. distin. atq; alij relati per Franc. March. Decis. 881. p. 2. & per Surd. tract. de aliment. tit. 1. qu. 82. cōcludunt affirmatiuè, etiamsi ex propria culpa in excommunicationem incidisset. intellige si sit in extrema necessitate: instar suspensi, vel etiam depositi, ne is excommunicatus cogatur in cleri vilipēdium & opprobrium mendicare, & quia semper haberi debet ratio, ne egeat, l. inter eos. ad fin. ff. de re iudi. & arg. l. stipendia. C. de execut. rei iudicat. Idem Franc. March. quòad suspensos, vel depositos. Decis. 882. par. 2. F. Eman. Roderic. tract. de quæstion. regul. tom. 1. quæst. 23. art. 4. vbi refert duas species degradationis, scilicet, verbalem, vt depositio ipsa: & actualem, vt in pontifical. f. 188. & 190.

Nec obstat præsumptus contemptus clauium, qui eum tali subsidio indignum reddit. glo. vlt. ad d. §. verùm posteaquam non curat pœnitere, cum possit: nec absolutionem petere.

2 Quoniam is † obiectus procedit in cōtumace per annum pro crimine & in excommunicatione insordescēte vltra tempus ei præfixum ad redeundum ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, à quo remotus fuerat: vel militat in anathematizato, aut aliter de hæresi suspecto cap. cōtumacia. de heret. in 6. & Franc. Mar d. Decis. 881. nu. 13. Fel. ad c. apostolica col. 5. de exceptio. & Couarr. variar. resol. lib. 3.

lib.3.cap.13. Quin amplius beneficiati familiam † post eius depositionem suspensionem, vel excommunicationem de beneficij fructibus alendam esse, scribit glo. & præposit. ad cap. studeat dist. 50. & Archid. ad c. pen. de cleric. non resident.

3

Declaratur tamen aliud esse, quando in sententia expressè contineretur subtractio bonorum ecclesiæ, sicuti dicitur de relegato. l. deportatorum. C. de pœn. Franc. Marc. d. Decis. 881. nu. 2.

4 Qua pariter ratione actu depositus, † quem dicunt degradatum, non alitur de fructibus beneficij, cùm desinat esse sub protectione ecclesiæ, à qua fuit depositus, & causa redierit ad non causam. ca. degradatio de pœn. Gemin. ad d. c. studeat. 50. distinct. & Couarruu. d. c. 13.

REMEDIVM CVI.

ILLATIO QVARTA.

Ex l. vlt. §. quòd si ei. vbi Salyc. & Alberic. C. de ord. cog. & c. ex parte. de accusat. dum prouidetur de alimentis domino rei sequestratæ.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrata rei dominus ex eius fructibus est alendus, si aliunde non habeat, idem etiam est in delinquente, bonis propter delictum sequestratis.*

Fallit tamen in altero ex tribus casibus. num. 2.

3 *Sequestratam rem si solùm litigator possideat, ex eius fructibus, & litis expensas & alimenta habere debet, etiamsi sequestrans sententiam pro se habeat.*

4 *Descriptio fructuum in causa principali fieri potest, vt actor ab onere probandi eorum quantitatem releuetur: repositio tamen nō nisi in executiuis fieri potest.*

5 *Descriptio fructuum fit, vbi sequestro locus esse non potest.*

6 *Educatio puellæ vbi est suspecta, ob discordiam consanguineorum, fit deductio in monasterium, vel sequestratur, pœnes honestam personam.*

Io. Bapt. Costa Tract.

7 *Sequestrari faciens de dolo tenetur, vbi sequestratarius non erit soluendo.*

8 *Sequestrum quando tolli queat, & quibus remedijs remissiuè.*

Inter casus, in quibus sequestrũ relaxatur, is præcipuus notatur, qui vergit

1 in subsidium † domini rei, vt ex eius fructibus, vel illo sequestro alatur, si non habeat aliunde, iuxta textũ in l. vlt. §. quod si ei. C. de ord. cognition. quem tex. inquit Salicet. ibidem. num. 4. benè esse annotan. quia vix similis inuenitur. Bart. in tract. aliment. n. 44. Bursa. cons. 188. nu. 2. vol. 2. cum aggestis per Surd tract. de alimen. tit. 80. priuileg. 80. vbi reddit hanc rationem, quia si in casu inopiæ tenetur actor subuenire reo de proprio, quantò magis est ei subueniendum de suo, sic Caroci. de sequestr. par. 3. q. 13. Vallasc. consultatio. 1. nu. 1. & 2. vbi idem asseuerat in bonis sequestratis propter delictum, dum cõfiscantur, capiuntur, statim in inuentarium describuntur mox apud sequestrum poni consueuerunt: proinde expensæ ad litẽ, & defensionem suam cum alimentis decernuntur ex eisdem bonis, quando impictus de crimine nõ habet aliunde, quamuis de facto hæc malè apud nos seruetur æquitas l. vlt. vbi Alber. C. de ord. cog. Ideoq; Rebuff. tract. de sentent. prouisionali in rub. nu. 116. relatus ab eodem Surd. de alimẽt. tit. 1. q. 123. num. 5. asseuerat, sequestratis bonis dominum ex eis non esse alendum

2 in altero † ex tribus casibus.

Vnus est, quãdo bona essent parui momenti.

Secundus est, quando constaret, bona esse furtiua.

Tertius huic rei nostræ famulatur, quãdo mercator, cui sunt sequestratæ merces, vel quispiam alius haberet aliunde: alioqui in subsidium reus de illis est alendus, priuationis bonorum iudicio pendente. Alberi. ad d. l. vlt. C. de ord. cogn.

3 Imò si litigator † nihil proprij habet præter rem sequestratam, tunc debet de fructibus rei sequestratæ litis sumptus habere & alimenta, ne cogatur litem deserere. Salicet. ad l. vnic. num. 11. C. de prohibit.

sequestr.pecun.Pract.Pap.in forma libelli.sub rub. de for. sequestri. Anchar. iun. q.47. nu.15. lib.1. Gail. obser.147. cum seq.lib.1.Magon.sub Rot. Flor.decis.98. & 115. etiamsi iã lata foret sententia pro sequestrante, quoniam ante sententiam in prima instantia de iure communi interdicta est sequestratio, quàmuis possidens non esset soluendo, & dubitaretur de fructuum dilapidatione, siue actione personali, siue reali quis experiatur.Salicet.& Cur.ad d.l.vni.Paris.cons.41.nu.45.cum seq.vol.1.Anchara.iun.citat. loco nu.13. cum seq.sic enim turbaretur ordo iudicij, non permittens exordium litis ab executione:& præterea auferretur commoditas rei domino, quæ potissimùm in fructuum perceptione consistit.l.1.&l.ordo. C.de execut. rei iudicat.& §.commodum. Instit.de interdict.& Rip.ad cap.sępe de restit. spoliato. Quare in causa principali ante sententiam latam potest fieri fructuũ

4 † descriptio, vt releuetur actor ab onere probandi fructuum quantitatem,& possit iudex super illis ferre certam sententiam, ac determinatam. Pract.Pap. in forma sequestri.in princ.Anchara.iun.d.q.47.nu.16.& Capell.Tholosa.q.477.citra tamen repositionem,nisi simus in executiuis, vltra necessitatẽ domini. Bursat.d. cõs.188. num.7. & 8.idem prius cons.43. nu.2.& Caroc.d.tract.p.4.q. 15. & quemadmodum vsitatum est remedium descriptio-

5 nis † in subsidium, quando scilicet nõ potest fieri sequestrũ.Anch.Iun.d. q.47.nu. 16. vbi reddit rationem. Polyd. Rip. obseruat. 163. nu.19. & descriptio fit ad instantiam quoq; substituti eiusdẽ expensis,ne bona dissipentur,vel perdantur esto quod pręcedat liberatio à confectione Inuentarij.Castr.cons.367.nu.3.par.1. ita

6 quando suspecta est educatio † puellæ, & discordant consanguinei,vel dubitatur de impressione nuptiarum, fit in subsidium collocatio in monasterium,vel sequestratur penes honestam personam arbitrio iudicis.Franc.Marc.Decis.163.p.2. & scripsi.cons.7.vol.1.

7 Atqui sequestro procedente faciens † sequestrari tenebitur in subsidium de dolo, quando sequestrarius non esset soluẽdo. Curt. in repetition. d.l.vnicæ.qu.15. C.de prohib.sequest.Sequester autem debe: esse cautus, ne reddat rem sequestratam, nisi causa cognita, nimirum citata parte, iuxta apertissimum tex.in l. ei apud quẽ.§.vlt.ff.deposit. & Curt. ad præalleg.

8 l.vnica.qu.26.tametsi tolli queat † multifariam sequestrum, vt tradit Rot.Florent. d.Decis.98.& 155.& de remedijs opportunis ad reuocandum sequestrum. doctè & plenè Borell.cõs.8.vbi præterea admonet, à sequestro non inchoandum, quæuè præcedere debeant sequestrum,& quæ illud iuuent.& nouissimè Excell.I.C.Mancin.tract.de iuramento.p.4.Effectu. 149. in eo articulo quãdo sequestrum reuocetur cautione data.& quid stante impotentia dandi fideiussores.

REMEDII CVI.

ILLATIO QVINTA.

Ex l.1.§. si pupillus. ff. de tut. & rat. distrah. circa alimenta tutoris in bonis pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Tutori egeno, vel salarium, vel alimenta,iudicis arbitrio, de fructibus bonorum pupilli, sunt ab initio petenti decernenda.*

2 *Tutor pauper, si reddita ratione reperiatur diues, an præsumatur locupletatus ex bonis pupilli.*

3 *Tutor diues pupillum pauperem alere non tenetur. & cur.*

Vtor, cui regulariter salarium non debetur,nec alimenta, cùm tutelæ officiũ mandati imaginem p ræseferat, quod debet esse gratuitum. l. qui sine vsuris. circa med.ff.de negot.gest.l. in eos.vbi gl. ff.de tutel.l.à tutoribus.§.principalibus.ff. de admin.tuto.Castr.cons.302.n.7.lib.1. D.Menoch.cons.228. & Vincen.de Frãch.Decis.122.par.1.in subsidium alendus

1 est de fructibus † bonorum impuberis, si tutor ipse egenus sit, nec aliũde victui suo pro-

prospicere possit, & cogitur relinquere facta sua cum damno dũ muneri incumbit tutelari, vel eidem postulanti salarium constitui debet, & alterutro debet esse cõtentus. l. 1. §. si pupillo. ff. de tute. & ratio. distrah. Bart. tract. de aliment. nu. 51. Viu. Decis. 40. num. 4. & 5. lib. 1. Aret. ad §. sed & propter paupertatem. nu. 4. Instit. de excusat. tuto. Surd. cons. 159. in fin. vol. 2. & tract. de aliment. tit. 1. q. 47. nu. 3. Idq; in arbitrio iudicis collocatum est, an in casu inopiæ tutoris sit de alimentis potius prouidendum, vel de salario, & quantum debeatur singulis annis pro alimentis, aut pro salario. latè D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 512. nisi causa subsit, vt tutor pro negocijs pupilli, modò huc, modò illuc proficiscatur, quia tunc à iudice salarium peti posset, atq; decerni deberet. Castr. Menoch. & Viui. locis præallegatis.

Neque verò ratione caret hæc prouisio alimentorum aut salarij constitutio: nam aliàs pupilli negocia negligerẽtur, vel paupertatis stimulis vrgeretur ad deprædandum pupillum. Montan. tract. de iur. tut. cur. cap. 36. reg. 2. Vnde vocari consueuit in controuersiam, vtrũ tutor pauper reddita ratione repertus diues, præsumatur † diues de bonis pupilli, nam casus iste est positus in statu coniecturali, quapropter si bonam reddidit rationem suæ administrationis, non potest eidem quicpiam imputari, nec fortune suæ est inuidendum: alioqui secus. Rom. cons. 159. Alex. cons. 51. lib. 6. Crauett. cons. 129. num. 3. cum seq. Montan. ibidem num. 17. quod commune est omnibus administratoribus, sindicis, Thesaurarijs, officialibus & prælatis ecclesiæ repentè ditescentibus, si ab initio tenuem habuerunt substantiam, vt ad cõiecturas recurratur, quibus constare possit de causa & modo locupletationis præter hominum opinionem. Crauett. cons. 191. nu. 8. & ante eum glos. ad l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. Bero. plenè cõs. 191. num. 48. cum seqq. vol. 1. D. Menoch. libr. 2. præsumpt. 85. nu. 21. plenius lib. 3. præsumpt. 52. Farinac. accuratissimè cõs. 96. nu. 7. cum seqq.

2 (margin, beside "dita ratione repertus diues")

3 Econtra non tenetur tutor † etiam diues quicquam de suo erogare, nec alere pupillum egenum. l. ius alimentorum. §. sed si egeni. ff. vbi pupill. educa. deb. Mõt. d. loc. n. 3. ne contingat officium esse cuipiam damnosum. contra vulgat. l. sed & si quis ex signatoribus. ff. quemadmod. testam. aperiant.

REMEDII CVI.

ILLATIO SEXTA.

Ex l. reo. ff. de solut. & l. vlt. C. ad l. Iul. maiest. circa validitatem alienationis factæ per reum delicti, pro quo sint confiscanda bona.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta titulo oneroso à reo criminis, pro quo publicationis bonorum pœna irrogatur, valet si fiat pro alimentis, vel pro soluendo ære alieno ante delictum contracto, vel pro dotanda filia.*

2 *Constit. Nona. Mediolani de iure & priuil. fisci §. omnium. locus refertur, & num. 6. enucleatur.*

3 *Alienatio à reo pro filia vel sorore dotanda facta à fisco reuocari nequit, nisi ad ... sit excessus.*

4 *Statuto stante fœminarum exclusiuo, fiscus sororem dotatam excludit.*

5 *Dotis causa tam ex parte dantis, quàm recipientis, dicitur onerosa.*

7 *Fisco debentur fructus bonorum delinquentis à die commissi delicti, & quando hoc verum.*

Reus delicti, pro quo imponenda venit cõfiscatio bonorum de iure communi vel ex statuto, potest in subsidium pro necessarijs
1 alimentis, † vel ad se redimendum à vexatione æris alieni antea contracti, vel pro dotanda filia alienare oneroso titulo, & valet alienatio. l. reo. ff. de solutio. l. vlt. C. ad l. Iul. maiestat. Bart. ad l. post contractum. in 3. tempor. ff. de donat. argum. l. alienationes. ff. familiæ hercisc. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 176. & 177. A. Cathalan. tracta. de

Abolit. seu Amnest.c.17.num.111.cum seq. Laderch.cons. 6. Ad quod pertinent Nou.constit.in domin. Mediol.sub tit.de
2 iur.† & priuil.fisc.§.omnium.vbi in preiudicium fisci prohibentur omnes contractus, & distractus quoad dominium, & possessionem in bonis delinquentis, nisi fiant bona fide ex causa onerosa post annum à die commissi criminis, quando tamen crimen est occultum quoad acquisitorem. Porrò satisfacere creditoribus, reputatur causa necessaria. Boss. sua prax. tit. debitores an delinquenti soluere possint. Declarat quoq. Alb.cons.384.ad fin. vol.2.in terminis Nou.constitut.

Quò verò ad dotationem filiarum est
3 abstinendum † ab excessu: alioqui fiscus posset per reuocatoriam acta prosternere & fraudes reijcere. semoto autem excessu causa dotationis necessaria dicitur, vnde reuocatio alienatorum ex paterna pietate non conceditur. l. 1. §. si libertus. ff. si quid in fraud. patro. Clar. prax. crim. §. fi. q. 78.
4 nu. 18. Sicuti ad beneficium fisci soror † dotata excluditur à fisco in terminis statuti exclusiui fœminarum ob existentiã masculorum Fab. de Anna. cons. 8. num. 8. sicuti hoc ipsum beneficium competens masculo ex statuto dotandi, & excludẽdi fœminam ad quoscunque hæredes transmittitur. Morot. cons. 51. nu. 2.

Imò fisco agenti obstabit exceptio. doli. l. 1. ff. de dol. exceptio. Peregrin. d. loco nu. 177. Boss. in terminis dictę constitutionis tractat. crimin. tit. de bonor. publicat. num. 45. Itaq; reuocari non potest in dubium quin causa dotis sit ex parte do-
5 tantis † & eam recipientis onerosa Rip. ad l. 1. nu. 68. ff. solut. matrimo. qui loquitur etiã in filia vsurarij dotata ex pecunia fœnebri, vt nequeant creditores vsurarij illam reuocare. Bart. ad l. vltimam. §. si à socero. ff. de his quæ in fraud. credito. Decis. cons. 259. nu. 3. Natt. cons. 547. num. 11. D. Menoch. lib. 2. præsumpt. 72. num. 18. cum seq.

Iam verò occurrit mihi verbum Plot.
6 in terminis Nouar. † constit. d. §. omnium cons. 30. nu. 6. & 32. atque in simili propemodum decreto Curt. sen. cons. 59. nu. 6. nempe requiri sententiam declaratoriã præcedentem, qua decernatur, eum cuius bona sunt confiscanda, deliquisse, & præterea quòd deliquens sit condemnatus, vt conuictus, vel contumax. quæ sanè est natura omnium dispositionem cum qualitate factarum, vt non habeant locum, nisi ante omnia de illa constet qualitate. Bart. ad l. diuus, & ad l. Titius. ff. de testam. milita. Surd. Decis. 56. nu. 2. & Decis. 71. nu. 11. sicuti etiã in notorijs debet præcedere declaratoria, quòd delictum sit notorium quàmuis ipso iure pœna sit imposita. secundùm insignem doctrinam Felyn. ad capitulum. ad probandum. num. 6. de re iudicat. per cap. cùm secundùm. de hæreti. in 6. cumulatissimè Gab. suis commun. tit. de criminalib. conclus. 12. vbi quoque limitat hoc dictum in 11. modis.

Et tamen verum, quòd prædicta declaratoria ad diem patrati sceleris retrotrahitur à quo tempore debetur fisco fructus
7 † omnes, vnde alienatio facta ante sententiam (exceptis necessarijs) vt prædixi, nihil valet. Plot. annot. loc. n. 31. Farinac. tract. crimin. parte 1. quæst. 25. nu. 10. & quod sequitur. & apud nos tract. de fictione. c. 8. cas. 7. vbi exposuimus, quando sententia retrotrahatur tam in criminalibus, quàm in ciuilibus. Additur Bursat. cons. 440. vol. 4. vbi declaratoria retrotrahitur in delictis, nisi sit prolata in contumaciam, ne detur fictio fictionis.

REMED. CVI.

ILLATIO SEPTIMA.

Ex c. si quis propter de furt. quando furtum non sit punibile.

SVMMARIVM.

1 *Furari quis potest pro victu, vel vbi rem suam alia via consequi nequit, nec criminaliter potest vexari, modo absit violentia, & dolus. Idem etiam est in famulo, qui salariũ à domino exigere nequit. nu. 4.*
2 *Const. Noua. Mediolani sub titulo in quibus casibus criminaliter procedi non potest. locus declaratur.*
3 *Furans ob necessitatem ad restitutionem non te-*

tenetur, etiam si peruenerit ad pinguiorem fortunam, secundum quorumdam opinionẽ. Contrariam vero sequitur auctor, tãquam tutiorem pro anima.

5 *Furtum si fit à pluribus factum omnes insolidum tenentur, nisi de detẽtatore liqueat, & vbi aliquis ex correis non sit soluendo, alij idonei in subsidium tenentur.*

6 *Hypotheca non cadit super re empta ex pecunia fœnebri pro restitutione vsurarum, vbi res peruenit ad tertium ignorantẽ ex causa onerosa; secus si ex causa lucratiua.*

7 *Causa onerosa, vel lucratiua dicitur, inspecta origine.*

SVb censura sanctæ matris Ecclesiæ, cui cernuus, & pronus quoscunq; meos labores, & scriptiones libenter subijcio, liceat sic præfari, quatenus fert ratio præsentis nostri instituti, nimirum, ad furtum duo pertinere, quæ subsidiarijs remedijs accommodantur. Primũ habetur in cap. si quis. propter de furt. & in ca. Dominus noster. 23. q. 2. l. quæ propter. ff. de reg. iu. glo. ad l. nullus. C. de iudæis. cum adductis per Surd. tract. de alim. ent. tit. 8. priuil. 39. vbi in subsidium, quando aliter quis non po-
1 test viuere, † aut dominus non potest rem suam consequi; potest illam, aut tantumdem, cessante scandalo, propria authoritate capere Alex. conf. 135. col. 1. & 2. vol. 1. Marsi. singul. 77. Clar. ad §. furtum. num. 20. & 24. Graffius conf. 6. nu. 21. de senten. excommun. lib. 5. Bargal. de dolo lib. 6. regula 1. n. 10. Præclare Caroc. vbi quatuor refert requisita tract. de deposit. p. 2. q. 3. Alex. de Næuo. conf. 103. etiã in religioso. Viuius Dec. 323. n. 8. lib 2. Sic in Republica propter cuius necessitatem res aufertur inuito. l. venditor. §. si constat. ff. com. præd. Fely. ad cap. quæ in ecclesiarũ. de constitut. Adijngitur vberrimus locus apud Sebast. Med. de casib. fort. q. 6. vbi de recessu à regulis iuris tempore necessitatis, prolixius agit vltra deducta per Viuium prædicta Decis. 323. vsque adeo vt nequeat procedi criminaliter cõtra furto subtrahentem quantum sibi debetur, dũmodo absit violẽtia, & dolus malus immò non tenetur vi bonorum raptorum, scilicet de robaria, seu rapina, quæ in idem incidunt. Plot. ad l. si quando. nu. 708. & 709. C. vnde vi. qui accipit rem debitoris, vt sibi de debito satisfaciat, quia nec rapinam voluit commitere, & credidit sibi licere. In puncto Grammatic. conf. 50. nu. 6. tametsi obstare videantur deducta ex Bosf. de decret. Mediol. nu. 12. & 13. non aliter ac quando res habet originem à cõ-
2 tractu, ex nouis constitutionibus † sub tit. in quibus casibus criminal. proced. non potest. Plot. ad l. si quando. in indice verb. Decretum prohibens vers. furto subtrahens. secundùm aliquorum placita nõ fit facienda restitutio æquiualentis, quando
3 is, qui tale furtum † commisit propter necessitatem, ad pinguiorem peruenit fortunam, quasi res tunc pleno iure, & repente effecta fuerit accipientis, argum. cap. suggestum. de decim. cùm tempore necessitatis omnia communicentur. Summ. Syluestr. in verb. furtum. q. 5. Simile est in præscriptione completa cum bona fide omni tempore, quæ propterea non languescit, neque per turbatur ex malæ fidei superuenientia. glo. & Imol. ad cap. vlt. de præscript. Diuus Thomas quodlibet 12. argum. 25. Scot. 4. sentent. distinct. 15. & plenè Ceuallos tracta. commun. contra communes quæst. 567. nisi forte habeat conscientiam remordentem. Marchisell. q. 15. Nobis tamen magis placet, quòd cessante causa indigẽtiæ, & superuenientibus diuitijs, fiat restitutio. Put. Rotæ Rom. Decis. 82. lib. 2. Viuius d. loco, idq; tutius esse nostrę cõscientiæ existimamus quasi primæua obligatio non fuerit extincta, sed suspensa, nõ quòd pugnet regula. cap. peccatum non dimittitur. de reg. iur. in 6. sed quia cesset causa necessitatis. Cæuallos d. tract. quæst. 729. nu. 16. vsque ad fin. Iallong. Racematione 46. nu. 30. Am-
4 plius furti crimine excusabitur famulus † surripiens domino tot bona, quæ salarij summam capiebant, dummodò famulus sit certissimus sibi tantumdem deberi, & alia via non possit à domino extorquere salarium, caueatque ne dominus iterum soluat cesset etiam timor rixæ, & ne furtũ imputetur filio, vel vxori. Iallong. prædicta Racematione 46. num. 33. cum seqq. vbi Didac. Sot. & alios ad rem hanc allegat.

gat. Adiungo Graff. conf. 1. nu. 7. de furt. lib. 5. vbi quis potest impune furari rem suam quæ non potest recuperari ob potentiam aduersarij præsertim si deficiunt probationes. Imò si sic capiat quis, quod sibi debetur, minimè tenetur seipsum ad literas monitorias ecclesiæ indicare, neque restituere. Viuius d. Deci. 223. nu. 5. lib. 2. At declinarem à prædictis, quoties quis esset ita tenuis, & pauper. vt absque eo, quod alius ex causa necessitatis adimere intendit, viuere non possit, nam tunc cum alio nō fit communem, sic repugnante ratione ordinatæ charitatis Lancel. Gallia ad consuetud. Alexand. ver. solidos. q. 6. num. 143.

Alterum verò pendet à quæstione furti
5 facti per plures, nam quemlibet † insolidū teneri deciditur in l. item vulneratus. §. id est cōseq. ff. ad l. Aquil. cum adductis per nos tractat. de portio. rata. quæst. 40. nu. 10. & ex Couarruu. 2. par. relect. §. 12. n. 3. ad d. c. peccatum. Rot. Auen. Dec. 112. nisi liqueat de certo possessore rei contrectatæ, vt ibi aduertit. Couarruu. quòd si aliqui ex correis non sint soluendo, cæteri, qui idonei sunt in subsidium tenentur, Tessaur. Decis. 254. num. 3. Caball. resol. crim. casu. 198.

Nec dissimile esse reor causam prædij empti ex vsuris, quæ dicuntur rapinę. Nauarr. Manuali c. 27. Couarruu. lib. 3. variar. resolut. c. 3. nu. 6. plenè Petr. Gregor. tract. de vsur. lib. 1. c. 3. & 4. ad quarum restitutionem his à quibus fuerunt extortæ obligatus esse dicitur fœnus exercens, saltem in subsidium. cap. cùm tu. §. possessiones. de vsur. Calderin. conf. 2. de donatio. int. vir. & vxor. Rot. Rom. Decis. 315. nu. 4. par. 2. in nouiss. nisi res empta ex pecunia fœnebri peruenerit ad manus tertij ignoranter, & ex causa onerosa. Nam in hoc casu negatiuam cēseo præualere opinionem, idest bona vsurarij non esse taci-
6 tè † hypothecata pro restitutione vsurarū quoàd tertij præiudicium. secus si reperiātur apud tertium ex titulo gratuito siue lucratiuo, quia alijs bonis vsurarij deficientibus distrahi possunt, ne dum capi pro restituendis vsuris, ex ęquitate l. si me & Titium. ff. si cert. petat. de quâ superius remed. 12. Anchara. ad d. cap. peccatum. nu. 29. Couarr. varia. resolu. lib. 3. c. 5. nu. 6. Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 1. artic. 4. Nauarr. d. c. 23. nu. 265. Cordub. q. 57. Alex. de Neuo conf. 92. Negusant. de pignor. par. 2. membr. 4. num. 155. cum alijs per Ceuallos aggestis tract. commun. contra commun. quæst. 355. vbi ait ita tenendū esse in iudicando, & consulendo, tametsi in oppositum vrgeant pleræque authoritates tam glo. præcipuè ad cap. quamquam. de vsur. in 6. quàm Bald. ad l. furti. C. de furt. & lap. Abb. Rip. & aliorum ibidem relatorum, quibus crediderim satis esse factum fœdere prædictæ distinctionis inter tertium possessorem ex causa onerosa & tertium possidētem ex causa lucratiua. adiungitur plenissimus locus Viui. Decis. 451. lib. 3. & confert Decis. Alexan. ad l. vlt. num. 21. ff. de eo per quem fact. er. vbi etiamsi in subsidium non agitur contra illum, ad quem res ex causa onerosa peruenit dolo alterius, nisi ille ad quem res peruenit doli sit particeps. l. 1. C. si vend. pi-
7 gnor. agat. & causa dicitur † onerosa, vel lucratiua, inspecta origine, Asin. tract. de execution. §. 4. c. 1. nu. 14. sicuti causa nō potest censeri necessaria, quæ habuit originem à voluntate. Surd. plenè Deci. 254. nu. 28. & 29.

REMEDII CVI.

ILLATIO OCTAVA.

Ex cap. præsenti. de offic. ord. in 6. vt prouideatur successori in beneficio post collectos, & exportatos aliò omnes fructus beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Successor in beneficio in subsidium tenetur soluere æs alienum à prædecessore contractum ob alimenta, vel pro vtilitate ecclesiæ, cū quasi hæres prædecessoris dicatur.* num. 8. & 9.

2 *Fructus collecti, & in horreo reconditi à prælato mortuo, diuiduntur pro rata temporis inter successorē, & heredem prælati mortui ex magis approbata opinione.*

3 *Fructus*

3 *Fructus post vacationem, beneficij percepti ad ecclesiam pro eius subuentione pertinẽt, & apud œconomum donec prouideatur, successori reseruantur consignandi.*
4 *Fructus tempore obitus prælati nõdum exacti successoris sunt, etiamsi antecessor iudicialiter pro illis conductorem conuenisset.*
5 *Fictus nondum exacti per hæredem etiam, quod dies cesserit, fideicommissario debentur, & quando procedat.*
6 *Borgni. Caualcan. contrarietas, circa bullam Iulij 3. editam anno 1550. notatur & dicta bulla declaratio. num. 7. refertur.*
10 *Successor in beneficio, tenetur ad debitum prædecessoris cohærens rei ecclesiæ, duobus concurrentibus nu. 11. & 12.*
13 *Prælatus informiter bona ecclesiæ vendens, tenetur ad precij restitutionem emptori, & si non est soluendo ecclesia non tenetur, nisi duo concurrant, & nu. 14.*

On semel rogatus fui, quid sentirem circa successorẽ in prælatura, vel in sacerdotio post recollectos omnes fructus, in horreumque importatos ac reconditos, & post exactos omnes redditus, an extra casũ priuilegij, vel indulti, vel cõsuetudinis, prælati mortui hæredes ad nouos fruct⁹ vsque teneãtur subministrare nouo successori vitæ subsidium, vel saltem pro rata sint diuidendi fructus prædiorum ecclesiæ inter defuncti hæredes, & successorem ipsum. Nam quidam voluerunt ex fructibus iam collectis deducẽda esse successoris alimenta iuxta qualitatem & cõditionẽ ipsius. quia fructus illius anni sint obligati ad omnia onera vsque ad nouorum fructuum collectionem, ne is contra omnem iustitiam interim suis stipendijs militare cogatur. & sic debet ali successor vsque ad nouam messem ex canonum dispositione, & Apostoli sententia. vt tradit Gemin. & alij ad cap. præsenti, de offic. ordin. in 6. Neuizan. cons. 83. Bellon. cons. 16. numer. quinto Nauarr. de spoli. clericor. §. 1. nu. 2. cum seqq. & Alfons. Mendoz. Hispan. tract. de benefic. incompatibil. par. 1. c. 29. nu. 35. & seq. Oldrad. cons. 249. nu. 2. reliquos autem omninò spectare ad hæredem beneficiarij, etiam ex generali consuetudine Ambrosin. plena Decis. Perusin. 42. p. 2. sicuti successor
1 in beneficio in subsidium † tenetur soluere pebitum contractum ab antecessore ratione alimentorum: secus quando ratione rerum propriarum. Surd. de alimẽt. tit. 8. priuileg. 54. nu. 8. Alijs verò potius
2 placuit, quòd fructus † pro rata temporis diuiderentur inter successorem, & hæredem prælati defuncti. Alberi. ad l. diuortio. num. 12. ff. sol. matrimonio. Couarr. lib. 1. c. 15. num. 12. vbi ait, hanc esse probatissimam opinionem & æquiorem, quã & nos tutati sumus ex Molin. Flamin. Parisi. Hondede. & alijs tract. de portio. rata. qu. 29. addo Praxim. Archiep. Neapol. c. 54. n. 11. vbi quoq; docet quando incipiat annus. Videto quæso Caualc. Decis. 27. num. 18. cum seqq. par. 3. Scrad. de feud. par. 9. secundæ partis principalis sect. 3. nu. 88. optimè Peregr. de fideicom. artic. 49. nu. 101. & 102. Ænneus Robert. rer. iudic. lib. 3. cap. 3. vbi plenissimè, & insuper præstantissimum locum ex Ioanne del Castillo tract. de vsufruct. cap. 79. vbi refellit Nauarium sibi parum in hac materia constantem, & Pet. Barbosam, dicẽs hanc opinionem sæpe obseruatam vidisse, cùm fructus agrorum & prædiorũ beneficij ecclesiastici eiusque reditus sint cõstituti & designati à sacris canonibus pro sustentatione clericorum de eis prouisorum ac iisdem integrè debentur ob ministerium quod ecclesiæ exhibent in eius regimine, cura, & diuinis obsequijs. cap. 2. de præbend. ibidemque citat Sarmient. de redit. eccles. p. 3. cap. 6. nu. 12. & Gutierez Hispanorum ingeniorum splendidissima lumina, huius sententiæ propugnatores, expẽso quoq; in id famoso tex. in l. defuncta. ff. de vsufruct.
3 Quo † verò ad fructus perceptos vacãte ecclesia seu beneficio per mortem aut resignationem vel aliter ad ecclesiam sui tituli pertinent, quando nullus datus est successor, & ecclesia opus habet subuenire, scilicet indiget subsidio. Dato autem successore omnes fructus ipsi reseruantur cap. relatum de testam. cap. quia sæpe de elect. in 6. ibi vel futuris deberent successoribus fideliter reseruari. Imò dum prouidetur

uidetur de successore, redditus integri, &
vniuersi penes œconomum Asseruantur,
deinde consignandi successori. cap. quo-
niam 75. distin. Tessaur. Decis. 143. nu. 2.
nisi ex speciali priuilegio, seu ex consue-
tudine legitimè præscripta, seu alia causa
rationabili ex statutis Ecclesiæ permissa,
Ecclesię vacantis, fructus alijs deberentur,
vt in Ciuitate Nouariæ attestatur Plot. ad
l. si quando. n. 664. C. vnd. vi.
4 Cæterùm redditus † non exacti in vita
prælati, aut fructus nondum à solo sepa-
rati, nec in horreum reconditi, & sic re-
perti tempore mortis beneficiarij, neque
ab eo percepti, de iure communi deben-
tur ecclesiæ, & sic successori. latè, & do-
ctissimè Caldas. lib. 1. recept. sent. q. 13. &
Nicol. Garz. tract. de benef. p. 2. cap. 1. nu.
94. cum seqq. vbi quoq; fit mentio con-
stitutionis Iulij III. Henric. Bohic ad cap.
vlt. nu. 4. de pecul. clerico. Perusin. Decis.
33. nu. 15. par. 1. Abb. ad cap. quærelam.
nu. 7. ne prælat. vic. suas. Rot. Roma. De-
cis. 809. p. 1. in nouissim. Thessaur. d. De-
cis. 143. Camill. Borrell. cons. 41. nu. 44.
latè Fran. Leo in suo Thessaur. fori eccle-
siastici. par. 3. c. 34. nu. 43. & seq. sic etiam
iubēte Bulla Iulij III. edita de anno 1550.
admodum fauorabili successoribus in be-
neficio, etiamsi pro affictuum consecutio-
ne antecessor iudicialiter egisset contra
conductorem nedum si iam cesserit dies
soluendi affictus, vt in simili fructus in-
5 exacti † per hæredem, etiam quod iam
cessisset dies, pertinent ad fideicommissa-
rium non ad hæredem hæredis quando
tamen deberentur ex contractu defuncti,
nec peterentur, vt fructus, sed tamquam
res hæreditariæ præclare concludit Vin-
cen. de Franch. Decis. 13. p. 1. Tametsi de
dicta bulla Iulij in dominio Mediolani
non esse curandum, quia non sit in vsu,
scribat Borgnin. Caualcan. Decis. 33. nu.
36. & seqq. p. 3. tum in statu. Mediolan.
tū etiā in Illustrissima & antiquissima pa-
tria mea vt est Principatus de se consistēs
sub Potētissimo Hispaniarum &c. Rege:
Idem Borgnin. Decis. 30. nu. 5. p. 5. Surd.
cons. 333. vol. 3. atqui cum idem Borgn.
Decis. 44. num. 4. par. 1. apertè scripserit,
memoratam Iulij constitutionem vidisse
Papiæ obseruari, & vlterius ipsa constitu-
tio loquatur de consuetudine antiqua nō
circa fructus inexactos, ad quos spectent,
sed circa spolia, quæ notoriè in statu Me-
diolani locum non habent. præclarè Ma-
ri. Antonin. var. resolutio. lib. 1. resol. 46.
vbi quoque animaduertit ad relatam cō-
6 trarietatem † Borgnin. & bullæ Iulij III.
obseruantiam. Thesaur. for. ecclesiastici.
d. c. 34. nu. 44.
7 Quapropter † dici posset ad successorē
in beneficio (circumscripta legitima cō-
suetudine) pertinere redditus non exa-
ctos, & fructus non perceptos Decis. Pe-
rus. 33. nu. 15. p. 1. intelligendo fructuum
perceptionem legaliter iuxta ea, quæ de-
duximus nos cons. 62. vol. 1.
8 Nam successor in beneficio, dicitur †
quasi hæres prædecessoris. Surd. d. cons.
333. nu. 7. & Bero. cons. 138. volum. 1. ac
Hondede. cons. 85. num. 35. volu. 2. licèt
non in omnibus fiat repræsentatio, sicuti
in merè prophanis dicitur de successore
vniuersali. Bald. ad cap. 1. qui successor.
feud. dan. tenea. & cōs. 225. vol. 1. Angel.
cons. 245. & Castr. cōs. 2. vol. 1. vnde suc-
cessor in beneficio tenetur ad debita con-
9 tracta per prędecessorē pro vtilitate † ec-
clesiæ idem Surd. d. cons. 333. n. 33. Abb.
cons. 7. & 10. lib. 2. atque ita intelligendū
esse text. in cap. 1. de solut. monet. Molin.
tract. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 10.
nu. 24. sicuti pro necessitate ecclesiæ. Ca-
pell. Tholosa. q. 70. nu. 30. Zabarell. cons.
110. nu. 5. sic quando debitum prædeces-
10 soris cohæret rei ecclesiæ † Gemin. cons.
3. nu. 2. Fachinæ. lib. 2. controuers. iur. c.
77. Nauarr. cons. 24. de reg. lib. 3. copiosè
Steph. Gratian. Rom. discept. Forēs. cap.
24. nu. 20. 21. 22. 23. & nu. 30. cum seqq.
vbi quoq; loquitur de impensa funeris, &
infirmitatis prædecessoris, de salario Vi-
carij, de expensis litis, alimentis, & pro
sustentatione personæ. Ibidem quoque
tractatur ad quæ teneatur Camera Apo-
stolica &c. Intelligenda sunt tamen ea
quæ diximus. Temperamento puplici ad-
hibito.
Primum est, quòd successor sit in pos-
11 sessione † beneficij, quia hoc modo verè
dicitur successor. Rot. Roma. apud Pute.
Decis. 154. lib. 3. & Henriquez. cons. 97.
num. 7.

12 Secun-

12 Secundum est, † quòd si agatur depĕsione debita pro fructibus perceptis, vel qui dietim percipiuntur, non pertinent integri ad successorem: sed pro rata temporis hæredibus debentur prælati, si de illis habuit potestatem disponendi in vita, cùm non sint domini fructuum, nisi quòad fidelem dispensationem. latè Ias. cons. 75. vol. 3. Hondede. d. cõs. 85. col. pen. & fin. Gigas cons. 24. & 25. Rimin. iun. cõs. 716. Lauren. de Pinu. cons. 133. Redoan. de spolio. q. 5. Neque huc pertinet distinctio illa, nunquid beneficiarius habeat administrationem, necne. id quod declarat. Bald. ad d. c. 1. qui successor. feud. dar. tene. iuncto cons. 483. lib. 3. & Ias. d. cons. 75. quicquid sit, vbi agitur deligando successore ex prædecessoris contractu. Gemin. cons. 17. Alex. cõs. 166. vol. 3. Montepic. cons. 6. nu. 45. cum seq. Bero. cons. 83. num. 6. cum seqq. vol. 1. Ias. cons. 94. vol. 1. Natta cons. 517. Anguillæ. cõs. 64. Gabriell. cons 83. num. 51. vol. 1. & Monald. cons. 24. Franc. Marc. Decis. 564. p. 2. Rot. Floren. apud Magon. Decis. 69. Vinc. de Franch. Decis. 163. p. 1. & Surd. Decis. 326. nu. 78. cum seqq. & cons. 183. præcipuè, nu. 44. & 45. vol. 2. vbi probat,
13 quòd si prælatus informiter † vendit bona ecclesiæ, tenetur ipse, si est soluendo, de proprio restituere pretium emptori: ecclesia verò non tenetur, nisi duo concurrant.

14 Primum est, † quòd prælatus non sit soluendo.

Secundum est, quòd liqueat, ecclesiam factam fuisse locupletiorem. Modum autem probandi, quòd quis sit factus locupletior, refert Petra Placent. de fideicommiss. quæst. 15. num. 332. cum seqq. vltra deducta per nos in anteludijs præsentis operis.

REMEDIVM CVII.

Ex l. maximum vitium. C. de libr. præter. circa quærelam inofficiosi testamenti.

SVMMARIVM.

1 *Inofficiosi testamenti querela censui subsidiarij remedij ascribitur, & vltimi adiutorij.*
2 *Requisita, vt hoc remedium procedat. & quomodo proponendum nu. 12.*
3 *Exheredatus sibi relictum acceptans à patre, an & quando sibi praeiudicet.*
4 *Iuri quòd quis ignorat, renuntiare nemo censetur.*
5 *Transactio super querela & inofficioso testamento promissorum fide deserta an rescindatur.*
6 *Silentium quinquennij super testamento inofficioso, an excludat querelam.*
7 *Exheredati heres an habeat querelam inofficiosi.*
8 *Ius rescindendæ donationis inofficiosæ quantum duret: & quid in iure reuocandi donationem propter ingratitudinem, vel petendi legitimam aut eius supplementum, & alijs condictionibus ex lege.*
9 *Exheredatio bono vel malo zelo an sit facta vel ad bonum finem, refert multum, vt detur querela.*
10 *Minimum si quid sit relictum in testamento alicui filio, an detur vel excludatur querela, & quando & quid in fratribus vel sororibus turpi persona herede instituta.*
11 *Heres testatoris qui nihil filio in testamento reliquit, an liberetur ex legitimæ oblatione testamentum annullare procuranti. & an legata in huiusmodi testamento relicta reseruentur vel euanescant.*

Vbsidiarium etiam tractatum nostrum impinguat testamenti †
1 inofficiosi querela, quã vltimum adiutorium esse, inquit Imperator in l. maximũ vitiũ circa medium. C. de liber. præterit. Alex. ad l. in prouinciali. §. si in loco, num. 7. ff. de no. op. nuntiat. & auxilium subsidiarium nuncupatim probat Mysinger. ad rub. instit. de inoffic. test. Signorol. cons. 177. nu. 5. & Barz. Decis. Bon. 130. num. 97. propterea quod liberis exhæredatis vel habitis pro exheredatis, sine causa, aut cum causa expressa, quæ non sit legitima, aut non

non vera, aut non probata, subueniri aliter non possit, nisi hoc ipso remedio ad rumpendum & expugnandum totum testamentum. l. 1. l. nam & his. §. vlt. & l. Titia. ff. de inoff. testam. Alex. cons. 8. n. 26. lib. 3. Deci. cons. 561. & Illustr. Card. Mant. tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 4. tit. 11. nu. 40. Dummodò illa quinque
2 † concurrant requisita.

Primum est, quòd præcedat aditio hæreditatis ex parte hæredis scripti, alioqui non secuta aditione post obitum testatoris, nil valet exhæredatio, ad differentiam bonorum possessionis contra tabulas, quę non requirit aditionem per ea quæ Bart. ad l. filium. ff. de bono. possess. contra tab.

Secundum, quòd testamentum non sit approbatum expresse, vel tacitè: veluti si
3 filius exheredatus recipiat id quod sibi † relictum est ad cautelam à patre, tunc namque testamentum paternum approbare intelligitur: consequenter à quærela excluditur. l. si pars. §. illud. & l. nihil. ff. de inoff. testam. & l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. nisi ageretur de persona, quæ verisimiliter ignoraret sibi quærelam
4 competere. quoniam iuri † ignorato renuntiatum non censetur. sic Deci. nuncupatim cons. 530. nu. 10. cum seq. Similiter transactio super inofficioso testamento, inducit illius approbationem, saltè quoad sopiendam quærelam. Boer. Decis. 147. imò quærela sic sopita per transactionem instaurari amplius non potest, etiam ob
5 promissorum † inobseruantiam. l. cùm mota. C. de trāsactio. & taciturnitate, seu silentio quinquennij inofficiosi testamen-
6 ti quærelę † præscribitur. l. si quis filium. C. de inoff. testam. Bart. cōs. 205. nu. 2. lib. 1. Gaill. lib. 2. obseruat. 120.

Excipio adhuc ignorantem, veluti hæ-
7 redem † exhæredati, ad quem transmittitur quærela. Menoch. cons. 207. nu. 40. & cui post quinquennium quoque competit quærela, vt obseruatur ferè semper, quoties agitur de priuatione iuris iā quæsiti. probat. Deci. d. cons. 530. nu. 8. & 9. & D. Menoch. d. cons. 207. nu. 42. & 46. Decian. cons. 16. nu. 22. & 23. vol. 5. vbi
8 idem dicit in rescissione† donationis inofficiosæ, quoad quinquennium, tametsi ius reuocandi donationem prætextu ingratitudinis perduret spatio xxx. annorum, sicuti ius petendi legitimam vel eius supplementum, & reliquæ condictiones ex lege. iuxta insignem traditionem Rip. ad l. vlt. quæst. 67. C. de reuoca. donat.

Tertium est, quòd exhęredatio sit facta
9 † malo zelo, vt est de natura priuationis: secus si liqueat, ad exhęredationem bona mente deuentum fuisse, vel propter imbecillitatem intellectus, & ad merā correctionem filij. per l. si patronus. §. 2. ff. de bon. libert. præclarè Bart. ad l. multi non notę. ff. de lib. & posthu.

Quartò requiritur, quòd in testamēto
10 nihil sit † relictū titulo institutionis: alioqui etiamsi obolus vel denarius minimus dumtaxat esset pro legitima relictus, prędicta prorsus cessaret querela, cùm sit satis prouisum liberis multò magis fratribus vel sororibus per statutū non exclusis quando turpis persona est hęres instituta. per condictionem ex l. vlt. §. repletionem C. de inofficio. testam. non etiam filijs fratrum aut sororum. Bart. ad §. 1. n. 12. 14. & 16. in Authen. de hæred. & Falcid. Rip. respon. 3. num. 3. de success. ab intest. & respon. 4. de secund. nup. Afflict. Decis. 125. & 204. illud constat quod non libe-
11 ratur hęres offerendo † legitimam quando nihil est pro ea relictum. Decis. d. cōs. 530. nu. 13. quia in totum oppugnatur, ac intercidit huiusmodi testamentum, si nil sit relictū pro legitima, quibus oportet, exceptis legatis quæ iure nouissimo cōseruantur. Auth. ex causa. C. de lib. pręter. Clar. in. §. testamentum. q. 50. & 52. Tessaur. Decis. 126. & Mantic. præallegato loco.

Quintò, & vltimo requiritur, quòd de
12 per se proponatur hoc † remedium, aut saltè subordinatè, & subalternatim; postquam querela, quòd testamentum sit falsum non se compatitur cum hac querela, quamuis tendant ad eundem effectum, scilicet, vt reducatur testamētum ad causam intestati, tamen sunt contrariæ origine, quia hæc querela inofficiosi validum præsupponit testamentum: sed cōtra pietatem, quasi à demente factum, sed accusatio testamenti nullum esse testamentū arguit. l. contra maiores. C. de inofficio. testam. & Decia. cons. 55. nu. 14. vol. 4.

REME-

REMED. CVIII.

Ex l. si filius. C. de inofficios. donat. circa querelam donationis inofficiosæ.

SVMMARIVM.

1 *Querela inofficiosa donationis subsidiarijs adnumeratur remedijs, & cur. num.* 16.

2 *Actiones reuocatoriæ dantur in subsidium fraude apparente, & facta excussione.*

3 *Debitore conuento personali actione, & eo alienante ob timorem futuræ pignorationis creditor quid probare debeat contra emptorem bonorum, & quomodo sibi prouideatur, & similia subnectuntur exempla nu.* 4. 5.

6 *Donatarius omnium bonorum an, & quando teneatur ad debita donatoris ante vel post donationem contracta, & nume.* 7. 8. 9. 10. 11. 12.

13 *Donatio vniuersalis omnium bonorum an sit titulus vniuersalis, & quando.*

14 *Donatarius omnium bonorum an dicatur hæres vel successor bonorum singularis, & an idem sit in donatione facta ecclesiæ, vel pio loco, quo in articulo distinguitur. vt ibi.*

15 *Querela inofficiosæ donationis an transeat ad hæredes, & an in filium.*

17 *Quartam non petit vxor superstes quando aliunde habet ius consequendi alimenta, modo sit creatum tempore mortis viri.*

18 *Quarta non debetur vxori alternatiuè, sed subordinatè, quando habet patrem, vel fratrem diuitem, etiam si sit nupta sit, vel cum parua dote.*

Iximus tractat. nostro de portio. rata. quæst. 113. n. 11. querelam inofficiosæ donationis esse remedium in summa æquitate fundatum, atq; omnino
1 † subsidiarium, vtpote, quæ minimè competat, quando extat aliud remedium extraordinariũ. teste glo. vltra. ad l. si filius. C. de inoff. donatio. Bero. consi. 49. nu. 51. & 52. vol. 1. Decian. consi. 1. nu. 36. vol. 4. Barz. Decis. Bon. 130. nu. 90. cuius meminimus suprà prælud. 3. nu. 1. & Fab. Turret. consi. 72. volum. 2. declarat plenè, quæ dici debeat donatio inofficiosa. Sic is, cui donatum esse constat in fraudem creditorũ, siue sciat, siue ignoret, tenetur, quatenus locupletior. cæterum in subsidium teneri probat. glo. ad l. si fraudator. ver. cap. ff. quæ in fraud. cred. Et ecce nunc attexere iuuat rationem, exempla, & modificationes insigniores. Nemini planè est
2 incognitum actiones † reuocatorias dari in subsidium, constito de fraude, & facta excussione, alias secus. l. debitor, & l. patrẽ. ff. de his quæ in fraud. creditor. qua ratione prouisum est contra debitorem conuentum actione personali, & alienantem pendẽte lite ob metũ futuræ executionis, vt ad conuincendum fraudem tertij pos-
3 sessoris etiam titulo oneroso ex parte † agentis reuocatoria, duo probentur: nimirum quòd recipiens alienationẽ sciat pendere litem, necnon, & inopiam ipsius debitoris. quibus probatis in processu executiuo auocanda est possessio bonorũ sic alienatorũ, absque nouo processu, & sententia condemnatoria. Couar. pract. q. c. 15. nu. 7. ante eum Castr. ad l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. Hieron. Papon. pleno consi. 63. sicuti obseruauit Rosental. tract. de feud. c. 9. membr. 2. concl. 100. nu. 28. contra dominum colludentem cum vasallo alienante feudum antiquum in præiudiciũ agnatorum. sic Vincent. de Franch. Deci. 318. in fin. par. 2. in casu donationis factæ per maritum locu-
4 pletem filio suo in fraudem † quartæ debitæ vxori pauperculæ, & indotatæ, vt de bonis donatis filio sit habenda ratio ad vxoris beneficium, quando apparet alienationem esse facta in fraudum. Authen. præterea. C. vnd. vir. & vx. etiam si actus sit sui natura pius, veluti manumissio seruorum expressa, aut præsumpta in fraudẽ creditorũ. §. 1. & ferè pro tot instit. quib. ex cau. manum. lic. vel non. sed splẽdidius est exemplum in filijs vel filiabus, quorũ
5 mater dotem † excessiuam dedisset alteri filiæ nuptui locatę ab ea, ita vt non supersint bona pro legitima, aut pro dote filiorum seu filiarũ nubilium. nam quicquid censuerit Afflict. Decis. 86. & Grammat. Decis. 90. præualet proculdubio opinio Castr.

Castr. ad l. primam. C. de inoff. dotib. approbata per Ioann. Lupum Couarruu. & alios relatos à Vincen. de Franch. Decis. 104. par. 1. vt propter excessum agi possit contra maritum constante matrimonio. sed in subsidium: nihil proficiente marito illa excusatione, quòd non erat ducturus vxorem, nisi tãti dotatam. vt optimè probat Vinc. de Franch. eo loco. Verùmtamẽ intelligenda sunt hæc quando dos esset in bonis stabilibus, alioquin si dos excessiua esset in pecunia, quæ amplius non extaret tutus remanet vir huius mulieris, nec molestari potest à sororijs. Vrsill. ad Afflict. Decis. 86. & Caroc. Decis. 78. nu. 14. Peregrin. de iur. fisci lib. 3. tit. 18. nu. 79.

Hinc donatarius omnium bonorum
6 tenetur in subsidium † dumtaxat ad debita ante donationem contracta dummodò prius actum sit reuocatoria cõtra donantem. l. æris alieni. vbi glo. C. de donatio. Decis. conf. 237. etiamsi donatarius permisisset debita donantis persoluere. Caroc. Decis. 125. nu. 3. secus ad æs alienum cõtractum post donationem. Abb. cõs. 102. col. 2. lib. 2. quia esset in facultate donantis per indi rectum reuocare donationem aliàs irreuocabilem. l. perfectam. C. de donat. quæ sub mod. nisi fraudulenter præcessisset donatio: mox æris alieni moles extructa, iuxta notabilem doctrinã Bald. ad rubr. C. de reuocand. his, quæ in fraud. creditor. nu. 5. relati cum multis alijs per Caroci. cas. seu Decis. 1. nu. 7. & Angel. cons. 48.

Excipiuntur tamen sex casus.

7 Primus est in donatione causa † mortis, à qua prius detrahendæ est omne æs alienũ vsque ad obitum donantis. l. vni. versic. vbi Bald. C. de legat. Albe. cons. 333. col. 1. volu. 2. sic in vsufructuario. q. Ceuall. tract. commun. contra commun. q. 191.

8 Secũdus est casus in donatione † remuneratoria, quæ æquipollet oneroso titulo. Is enim donatarius non tenetur, etiam in subsidium. Rip. ad l. 1. §. si hæres. nu. 13. & 17. ff. ad Trebell. & Magon. sub Rot. Florent. Decis. 102. ad fin. ita quòd aliunde liqueat concludenter de æquiualentibus benemeritis. Iuli. Clar. in §. donatio. q. 3. & q. 24. nu. 5. Riminal. Iun. cons. 507. nu. 20. & seqq. vol. 5. Ceuall. tract. commun. cont. communes q. 273.

Tertius casus est quando bona donata
9 essent hypothecata † pro debitis donantis quia tunc donatarius via ordinaria: non executiua rectè conuenitur, præcedente scilicet donantis excussione. Pinell. ad l. 2. p. 2. cap. 1. nu. 32. C. de rescind. venditio. Boer. Decis. 204. nu. 41. & seqq. & Parlador. rer. quotidian. lib. 2. c. vlt. par. 4. §. 2. num. 6.

10 Quartus est casus apud Tesaur. Decis. 211. nu. 8. vbi onus alendi spurium, sicuti transit contra hæredem patris; ita etiam contra omnium bonorum donatarium tametsi donatarius nõ teneatur ad debita defuncti post donationem contracta, imò nec ad præterita debita, contracta sine hypotheca bonorum expressa, vel tacita, sed habentia solam actionem personalẽ, nisi prius intendatur reuocatoriæ subsidium. Abbas dicto cons. 102.

Quintus est casus, si donatio omnium
11 bonorum habeat † annexam reseruationẽ facultatis testandi de summa aureorum centum maiori vel minori, iuxta vires donationis, tunc si donans post donationem se constituat tertij debitorẽ pro illa summa reseruata, debet donatarius superuenienti satisfacere creditori, quia si potest testari, ergo de illis quoque disponere per viã contractus, ducto argumento de contractu ad vltimam voluntatem. l. vlt. vbi Salicet. C. de legat. sic nuncupatim Illust. Card. Tuscus practicab. su. concl. litera D. concl. 651. nu. 10.

Sextus, & postremus est casus, si donãs
12 decessisset † sine hærede, quo casu donatarius oĩum bonorũ obligatus remanet omnibus creditoribus donantis, & conueniri potest, vt vniuersalis successor totius iuris donatoris defuncti: non quia vniuersalis successor iuris. glo. & Bald. ad d. l. æris alieni. Guid. Pap. Decis. 105. Cels. Hugo cons. 13. nu. 22. cum alijs adductis per me tract. de portio. rat. q. 90. nu. 9. vsq; ad fin.

Nec obstat, quòd donatio omnium bo-
13 norum † vniuersalis non sit titulus. l. vlt. ff. de vsufruct. legat. Castren. & Alex. ad l. vsufructu bonorum. ff. de vsufruct. legat. Iasad l. 1. col. 3. C. ad Trebell. Idem Castr. cons. 388. & 460. volu. 2. & Mathesillan. singul. 4. & quòd vox, hæreditas in con-

tractu

tractu apposita, nil aliud quàm titulum particularem importet. Alexan.cons.83. lib.2. Socin.sen.cons. 102. lib.3. & Crauett.cons.139.

Quoniam moriente donatore sine hærede, induit donatio naturam tituli vniuersalis,& sic per accidens dicitur vniuersalis titulus: ideò ad debita donatarius tenetur.Decis.d.cons.237.& 382.ac Corn. 195. volum. 4. non tamen de suo, sed ex bonis donatoris tantum.argum.l.omnes. §.Lucius.ff. de his quæ in fraud.credit. Illustr. Cardin. Tuscus annot.loc.num. 11. cumulatè Argentræus tract.de donat. artic.219.glo.7.nu.12.& glo.8.num.6.vbi defendit, hunc donatarium omnium bo-
14 norum † non posse dici hæredem, sed successorem bonorum singularem, nec teneri vltra modum rerum donatarum, nisi aliud actum sit. Abb. d. cons. 102. in fi. vbi idem dicit in donatione facta ecclesiæ vel pio loco. distinguendo, an status personę donantis mutetur,veluti quando obtulit etiam donator personam suam ecclesiæ:vel non contingit mutatio status personæ donātis.Bero. ad cap.in præsentia.nu.90. & seq. de probatio. Bellamer. Decis.31.& Franc.Marc. Decis.322. nu. 13. lib. 1.

Declarantur prędicta ne procedant, si
15 donator tacendo, quærimoniam ipsam † non proposuisset in iudicio,quoniam reuocatio nequaquam transit ad hæredes, nisi quòad filium,cui non licet proponere quærelam inofficiosę donationis,nisi post mortem patris,cùm in vita patris nullum ius habeat in legitima. Bald. ad d.l.1. nu. 13. C. de inoff. donatio. & Viui. Decis. 434.nu.9.& 10.lib.3.

Rursum declarantur, ne obtineant in casu,in quo competerent plura remedia, quæ haberent gradum,& ordinem, quoniam non esset locus electioni, sed magis subsidiariū reseruatur in fine loco vltimi præsidij,veluti se habet quærela inofficiosi testamenti, seu inofficiosæ donationis in ordine ad restitutionem in integrū, post-
16 quā quærela † ita demum competit,si cesset omne remedium non solum ordinarium,sed etiam extraordinarium.iuxta deductionem nostram in proxime anteced. remed. quemadmodū in terminis quar-
17 tæ † debitæ in bonis viri locupletis præmortui beneficio text.in Auth. præterea. C. vnde vir. & vx. de quo supra sub remed. 2. Nam ad hanc quartam minime potest aspirare mulier, quæ aliunde, quā ex viri substantia, potest cōsequi alimēta. atq;ita optio nō est mulieris, ex quo subordinate,non alternatiue agendū est, dūmodo ius consequendi alimenta esset ortum, & creatum tempore mortis viri, secus si erat creandum.Honded.cons.79.n. 28.vol.2.cessante subtilitate sentientium, quod mulieri cōpetat hoc idē beneficiū, etiamsi habeat patrem. seu fratrē diuites, vt tradit Barz. d. Decis.Bon.130. nu.87. & deinceps,ac num.126.cui opinioni neque ego accedere possum, etiam si filia forte ob elegantem formam, vel ob venustatem non vulgarem esset nupta sine dote, vel cum parua dote. Hondede. d. loco num.24.

REMEDII CIX.

Ex l. 1. vbi Bart. ff. de iur.codicill. circa clausulam codicillarem, quæ & ampliatiua est, atque valde subsidiaria.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris copulatiuè expressa dicitur subsidiaria, & ampliatiua. quid quando alternatiuè scripta comperitur. nu.3.*

2 *Clausula codicillaris tollit caducum.*

4 *Clausula codicillaris an operetur quòad exhæredationem.*

5 *Clausula codicillaris quid præstet stante præteritione filij iam nati, vel posthumi.*

Clausulam codicillarem esse conceptam per verba præsentis temporis vel futuri num interfit.

7 *Iulij clari locus in §.testamentum q.46. an sit retinendus,& nu.8.*

9 *Præteritionis Matris vel auiæ vitium, an purget clausula codicillaris.*

10 *Præterito quot quarta debeantur.*

11 *Clausulæ codicillaris subintellectæ virtus quæ.*

12 *Consuetudo generalis notariorum attenden-*

Io. Baptista Costa Tract. Cc *da non*

da non constito de specialiore stylo notarij, de cuius scriptura agitur.

13 *Clausula codicillaris officium quando conquiescat, & nu. 15.*

14 *Clausula codicillaris quando operetur suos effectus etiam in testamento fratris, turpi persona instituta herede.*

Nxius diù scrutatus sum, numquid clausula codicillaris subsidiarij ordinis foret, & anceps per multa volumina disquisiui; cùm demum obuius sese obtulit locus Fab. Turret. tract. de clausu. codicillar. q. 1. enucleatus diligentissimè (vt semper) ab excell. Polyd. Rip. obseruat. 322. vbi distinguit in hunc modum.

1 Aut est concepta copulatiuè † prædicta clausula, & tunc intelligitur ampliatiuè; suntq; duæ dispositiones principales sub futura tamen electione, quæ aliquando fit ex parte hæredis, aliquando ex parte actus, vt quando hæres institutus moritur viuo testatore, quia prædicta clausula tol-
2 lit † caducum. Bart. & Alex. ad Authen. ex causa. C. de liber. præter. Bursa. præclarè. cons. 262. nu. 12. vol. 3. Vinc. de Franc. Decis. 156. part. 1.

3 Aut est expressa † alternatiuè, & tunc stat subsidiariè, posteaquam huiusmodi clausula sustinet testamentũ, quãdo esset
4 inofficiosum, vel nullũ ob iniustam † exhæredationem ex causis enumeratis in §. aliud quoque Auth. vt cùm de appell. cognosc. vel similibus eis, quę sufficiunt. Bart. ad d. Authen. ex causa. n. 2. & 12. ibique Bald. nu. 4. Angel. nu. 3. Castr. num. 7. & Alber. pariter. nu. 7. quos cum alijs refert Turret. d. tract. q. 23. & 24. q. 25. dissentit tamen Signorol. cõs. 177. relatus per Cæuall. tract. commun. contra com. q. 185. vbi monet ab hac opinione non esse recedẽdũ. Afflict. Decis. 125. & 204. Tessaur. Decis. 128. nu. 2. nõ obstãte. l. Tytia. ff. de inoffic. testa. quam correctã esse ait Alex. cons. 142. nu. 5. vol. 2. & copiosè probat Turret. d. q. 25. n. 10. sublata quoq; coniectura dementię super qua fundatur. d. l. Tytia, eadem etiam clausula testamẽtum ab omni tuetur ruptura ratione præteritionis filij factæ scienter vel ignoranter. Socin. & Aretin. ad l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. cùm idem quoq;
5 sit cautum in præteritione † posthumi, & quidem indistinctè quòad caput scientiæ, & ignorantiæ, siue clausula codicillaris sit
6 concepta per verba † præsentis temporis, aut etiam futuri, potissimùm quando non est institutus extraneus & quando testator superuixit tanto tempore, intra quod si voluisset, potuisset mutare vel reuocare testamentum & aliter prouidere suæ posteritati, vt contra Bart. Alex. cons. 142. num. 9. cum seqq. vol. 2. iuncto cons. 30. vol. 3. Castr. cons. 15. col. pen. & fin. vol. 2. Ripa de probat. respon. 21. nu. 34. p. 2. Hondede. cons. 74. vol. 1. Bursat. cons. 88. num. 21. vol. 1. Pedrocc. cons. 8. vbi plenissimè. Surd. Decis. 54. num. 10.

7 Et quàmuis Iul. Clar. † in §. testamentum. q. 46. asseueret contrariam opinionem vti veriorem atque humaniorem, approbasse Excellentissimum Mediolani Senatum præcipuè ob auctoritatem Bart. ad l. 1. ff. de iur. codicill. à qua non esse diuertendum tradit Cęuall. tract. commun. contra commun. quæst. 180. eamq; pluribus defendit Paul. de Montepic. cons. 1. & Andr. Gayll. lib. 2. obseruat. 113.

8 Nihilominus hanc ipsam † sententiam Castr. Alex. & superius relatorum pro sustinendo testamento in foro præualere, quando non est institutus extraneus, testatorque post natiuitatem posthumi sibi perspectam superuixit vnde facta fuit ei potestas mutandi testamenti, concludit Tessaur. Decis. 141. nu. 11. 12. & 15. Put. ex Rot. Roma. Decis. 234. lib. 2. quibus quoque ego accedo ob authoritatũ acies, & rationũ propugnacula de quibus apud Cacheran. Olasc. cons. 11. & 70. vbi sigillatim respondent omnibus contrariæ sententiæ argumentis & in specie remouet obiectam Iulij Clari authoritatem d. qu. 46. egregie, vt semper, Ludouic. à Peguer. inter Decis. Regni Catalon. c. 110. Crass. tractat. de successión. §. codicillus q. 1. nu. 22. Peregrin. cons. 73. nu. 10. & cons. 81. nu. 4. volu. 1. vbi idem concludit quando
9 Mater vel auia † reperit se præteritam in filij testamento aut nepotis, in quo sit inserta codicillaris clausula, cùm paria sint apponere clausulam codicillarem, vel re-

linquere

linquere venientibus ab intestato quasi testatoris cogitatio generalis circa omnem casum intercedat, quo testamenti causa fallescat. Castr. conf. 29. & conf. 395. vol. 1. vnde præterito, qui censetur pure grauatus restituere hæredi instituto ex testamento, competit ius retinendi, non duas quartas vt opinati sunt pleriq; relati per Viui. Decis. 420. num. 13. lib. 3. Inter cæteros Angel. cōs. 99. & cons. 364. colum-
10 na vlt. sed legitimam † tantùm de stricto iure. iuxta receptiorem opinionem nostratum Bart. cons. 6. lib. 1. Guid Pap. Decis. 52. in fin. Crauett. cons. 242. Bursat. d. cons. 88. col. vlt. Turret. cons. 11. nu. 19. vol. 1. & d. tract. de clausu. codicill. q. 53. nu. 22. Viui. Decis. 541. nu. 22. & 23. lib. 4. & Osasc. d. cons. 70. ad fin. quamuis de æquitate detrahendas esse duas quartas scripserit Tessaur. d. Decis. 141. nu. 18. cui ego condescendere minimè expaui cons. 13. nu. 20. vol. 1. in casu instituti hæredis extranei, id quod rursus approbarem, si casus eueniret.

Extenditur prædictæ clausulæ codicil-
11 laris virtus † etiam quando est subintellecta, vel ex natura actus, vt in testamento inter liberos. Bald. & Iason. ad Authen. quod sine C. de testam. Ladereh. cōs. 157. nu. 5. per glos. ad l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupill. Boer. Decis. 240. n. 6. Cæuall. tract. commun. contra cōmun. q. 187. vel ex vi dictionis circumcisæ sub illa abbreuiatura & c. si consuetudo notarij de testamento rogati huiusmodi sit, vel sic in regione obseruetur; ad quam gene-
12 ralem consuetudinem † recurritur, non constito de speciali stylo notarij. Natt. cons. 660. Illustrissimus Cardinalis Mantica de coniectur. vlt. volunta. lib. 1. tit. 9. num. 9.

Quòd si aliqua repugnantia voluntatis
13 † testatoris detegatur, desinit repente operari clausula codicillaris. Bursat. cons. 89. num. 41. vol. 1. Gerard. Mazol. cons. 9. n. 26. cum seqq. lib. 1. Hondede. cons. 33. n. 44. cum seqq. vol. 1. & Viui d. Decis. 420. lib. 3. vel etiam personæ institutæ turpitudo obstet, tunc nihil præstat clausula Codicillaris præterito vel excluso fratre. Viui. d. Decis. 420. nu. 18. vbi attestatur de magis communi voto scribentium Petr. Ioan. Anch. sam. q. t. lib. 1. reclamāte Tessaur. d. Decis. 128. vbi multifariā probat. clausulam codicillarem etiā in testamēto
14 † fratris dictum effectum operari, quamuis turpis persona hæres sit instituta, præcipuè si in hoc casu esset fratri relicta legitima titulo institutionis aut aliter, in quo differt à legitima à filio relinquēda. Natt. cons. 478. Clar. in d. §. testamētum. q. 50. Cui ego acquiescerem, quando ageretur de plena clausula codicillari, hæredisque turpido esset absque illius culpa, & in eo caderent benemerita: alioqui in odium fratris censeretur conditum testamētum eo modo, ideò nihil operetur clausula codicillaris. l. si filiā. C. de inoff. testam. Turret. d. tract. q. 26. & 27. plene Surd. tract. de alim. Priuil. 95. nisi & ipse frater esset turpis persona, quia tunc cessaret omnis quærela. l. in arenam. C. de inoff. test. iuxta illud, Hæbreus nihil hæbreo, Catilina Cethego. idem Tessaur. Decis. 126.

Tandem non est obliuiscendum, nun-
15 quam attendi prædictam clausulam, † nisi liqueat, testamentum esse lectum coram testatore qui non contradixit: alioqui præsumeretur apposita est stylo & capite solius notarij, & ideò esset infructuosa & inutilis. Hondede. d. cons. 33. num. 46. ac Polydor. Ripa d. obseruat. 322. nisi in testamento inter liberos. distinguendo testamentum nuncupatiuum à testamento in scriptis. sapienter Laderch. cons. 156.

REMEDIVM CX.

Ex l. 2. §. vlt. ff. de iud. l. 2. C. de sportul. & gl. ad l. vlt. C. de mod. mulcta. circa mulctā. circa mulctas quando in subsidium imponi queant, vel incidenter, vel principaliter.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus in subsidium mulctam indicere potest, non regulariter, & cut. num. 2.*

3 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest mulctare, sicuti delegatus principis.*

4 *Contumacia Syndicorum an sufficiat ad mulctandam*

ctandam vniuersitatem.

5 *Syndicus generalis constitutus à Republica ad exigendos omnes debitores quando teneatur in subsidium, si nomina debitorum sint effecta deteriora.*

6 *Mulctæ parcendum quantum fieri potest.*

7 *Mulctæ excusationem sumit ex qualibet causa colorata.*

8 *Fisco non quæritur sine præambula stipulatione iudicis, aut notarij.*

9 *Mulcta declarata seu adiudicata fisco, fit irretractabilis.*

10 *Mulctam transmissam ad fiscum, etiam si sit iniusta, exoluit iudex, sed in subsidium credit auctor: nisi repareturgrauamen per Senatum.*

11 *Appellatio permittitur etiam in mulctis de iure communi: sed ex Nouis Constitutionibus titulo de mulctis, licitum est docere de nullitate, vel appellare tantùm à præcepto comminanti mulctam, ibique expenditur summatim locus Nou. Constit.*

12 *Mulctæ possunt intelligi nullæ multifariam.*

13 *Mulctæ quando condonari valeant ob paupertatem, & num. 15. etiamsi deinde fiat diues; non idcirco tenetur amplius. nu. 16.*

14 *In mulctis non habet locum regula, qui non habet in ære, luat in corpore.*

17 *Præceptum comminans mulctam quid sit.*

OBseruatione quoque illud dignum est, quòd habetur in l.2.§.vlt.ff.de iudic. in l. 2. C. de sportul. gloss. ad l. vlt.C.de mod. mulct. iuncta theorica Angel. ad l.1. ff. si quis ius dic. non obtemp. Panormit. ad cap.1. de offic. deleg. Lanfranc. Balb. Decis.155. Farinac. tract. crim. p.1. q.18. nu.49. Nimirum, delegatum ab inferio-
1 re † ad vnam causam, vel ad certas causas, non posse contumacem mulctare, nisi in subsidium, scilicet quando aliter non posset suam iurisdictionem defendere, & tūc incidenter, non principaliter. veluti ex Afflict. & alijs notat Pereg. de iur. fisci. lib.
2 4.tit.8. nu.29. quia delegatus † habet solum vsum iurisdictionis, & non proprietatem iurisdictionis Scaccia tract. crimin. p.2.c.9.num.705. & nu.779.
3 At longè diuersum est in delegato † ad vniuersitatem causarum, & fortius in delegato Pontificio, vel regio, c.de causis, & c.pastoralis, ibiq; Butr. & Abb. de offic. deleg. optimè declarat Alb. cons. 348. vol. 2. Exciperem ego vniuersitatem, vel collegium, aut communitatem, quæ non po-
4 test mulctari † ex contumacia syndicorū, nisi data opera recusaret congregare consilium, in quo posset citari, Bart. in l. non. potest. ff. de reg. iur. Lanfranc. Balb. Decis. 156. quemadmodum, nec Syndicus
5 generalis † constitutus à republica ad exigendum omnes debitores tenetur, nisi in subsidiū, quando scilicet procurator specialiter constitutus, fuisset negligens, & debitores specialiter exigendi effecti interim fuissent non soluendo, nec isto casu habet locum regula, generi per speciem derogatur, iuxtà elegantissimum textum in l. quoniam. C. de conuen. fisc. deb. lib. 10. Rom. sing. 324.
6 Amplius ad mulctam non est festinandum, nisi † in subsidium, Crau. cons. 18. vbi, quando alia pœna imponi potest, iu-
7 dex abstinet à mulcta, † & quælibet causa colorata excusat à mulct. Plot. d. loco. nu. 17. cum seqq. Gabr. suis communibus. titulo de criminal. conclus. 8. nu. 16. cum
8 seqq. nec sufficit † præambula stipulatio iudicis, vel notarij vt fisco quæratur (hoc enim semper est necessarium) Pereg. d. tract. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. nu. 20. sed statim quòd est fisco declarata, seu adiudicata, & deuentum est ad eius transmissionē,
9 dicitur fisco quæsitum ius † irreuocabiliter Franc. Marc. Decis. 206. par. 1. quando agitur de mulctis principaliter impositis non de incidenter adiectis ob contemptum iurisd. iudicis Pereg. d. loco. nu. 19. etiam si paterent ipsius mulctæ nullitates, quoniam iudex, qui mulctauit, & quidē iniustè & nulliter, mox subsignauit transmissionem ad cameram quæ in forma fuit
10 subsecuta, sustinet in † subsidium saltem omnem fortunam & cogitur bibere calicem, hoc est, quando qui instítit, vt mulctaretur aduersarius, & quidem nulliter, vel indebite, non esset soluendo, arg. l. 1. & 5. C. de magist. conuen. nisi reparetur præiudicium (& hanc viā tutiorem reor) per recursum ad Senatum, qui aliquando mulctas indebitè irrogatas infringit. Id quod disertè innuunt Nou. Constitutio.

sub

sub tit. de mulctis. Boss. praxi. eod. tit. nu. 5. Quoniam deferendum erat nullitati
11 † per mulctatum opportunè allegata, veluti permissum est, dicere de nullitate mulctæ, non obstante prohibitione appellationis ex Nou. Constit. allegato tit. de mulctis, vbi à præcepto comminante mulctam appellatio licita est, non à mulcta ipsa. Bened. Plot. inter cons. criminal. tom. 2. cons. 3. in fin. quicquid sit de iure communi. l. & in mulctis. C. de appellat.
12 Farinac. d. loco. num. 58. & nullitatum † mulctæ plurima capita referuntur. per Plot. citato cons. 3. per Bursat. cons. 225. num. 21. vsque ad num. 33. vol. 2. Rol. à Vall. cons. 42. & 47. vol. 2. Bertaz. cons. crimin. 79. Prosp. Farinac. d. q. 18. nu. 25. & deinceps, atq; Petr. Caball. resol. crim.
13 casu 81. Atqui ex causa paupertatis, † iudex potest minuere, immo remmittere mulctam fisco applicandam, vel communitati, ex antiqua aliqua consuetudine, vel ex statutorum dispositione, Gallia de honorificentissima ciuitate Alexandriæ, & de laudatissimo oppido Solerij loquens cons. 58. nō etiam parti adiudicatam pro suo interesse. Boer. Decis. 349. Plot. d. loco. nu. 20. & 21. Farinac. d. loco. nu. 56.
14 vbi subijcit in mulctis † non procedere regulam. l. vlt. ff. de in ius voc. quod non habens in ære luat in corpus, de qua superius sub remedio 25. cum luitio corporalis succedere soleat loco solutionis,
15 Rom. singul. 24. Sed admittitur † pauper ad cessionem bonorum. Caball. resol. crimin. casu 77. num. 8. cum seqq. Ex ordinibus tamen superinde æditis impetrantur litteræ ab Excellentissimo Senatu facta fide de miserabilitate. Boss. d. tit. de
16 mulctis nu. 14. neque postea diues † factus in aliquo tenetur, cui prætextu miserabilitatis cōdonata depræheditur mulcta. Boer. d. Decis. 349. num. 4. Roman. d. singul. 24. & insignis. I.C. Petr. Caball. d. casu 77. nu. 29.

Qualiter autem dignoscatur præcepti
17 comminans † mulctam, non est multi laboris, nec magnæ speculationis, quandoquidem, vel sit comminatio iudicis executiua grauaminis iam illati de præterito, vt quando præcepit aliquid dari, vel fieri sub pena excommunicationis, aut sub pœna centum librarum, vel comminatio habeat in se grauamen annexum, veluti, cū iudex cominatur parti, quod nisi tale quod fecerit, imponet pœnam librarum centum, vel procedet ad sententiam excommunicationis, vel iniungitur pœnę comminatio parti, si & quatenus non destiterit, vel abstinuerit à tali facto, hoc modo intelligitur præceptum comminans mulctam à quo potest appellari, modò tempore debito fiat, vt habetur in loco citato Nou. Cōstit. facitq; l. 1. C. commination. vel epist. cap. cū cessante, vbi Innoc. Imol. de appellat. Imò etiam ab ipso peremptorio comminãte processum ad vlteriora in casum inobedientiæ potest appellari. l. 1. de dilat. & ab istis comminationibus, ex quo non habent vim sententiæ, nec transeunt in rem iudicatam, potest appellari etiam post decendium, sicuti obseruatur in præceptis, quæ fiunt à iudice absque causæ cognitione, vel quæ cōtinent grauamen causam successiuam habens, donec sit pronuntiatum super mulcta, eaque indicta, seruatis seruandis Innocent. & alij ad c. 2. de testit. in integrū, & probat Brederod. tracta. de appellat. part. 1. tit. 20. pag. 312. cum duabus sequentibus.

REMED. CXI.

Ex l. cùm antiquioribus. C. de iur. delib. & l. vlt. C. de repud. hæred. circa transmissionem iuris deliberandi.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio iuris deliberandi quando præseferat ad mentem. Rip. promissionem subsidiariam, & sub num. 18. & 19.*
2 *Transmissio an requirat ius in habitu, vel in exercitio, & nu. 7.*
3 *Conditionem esse adiectam acquisitioni, vel executioni plurimum interest.*
4 *Transmissio regitur a coniectura sagaci, & robusta.*
5 *Transmissionis species multæ referuntur.*
6 *Transmissioni an locus sit in materna hæreditate.*

8 *Substituti datio quid praestat in materia transmissionis.*
9 *Substitutio vulgaris numquid impediat trãsmissionem, & nu. 12. & 15.*
10 *Conditio necessaria admittit extensionem, & cur.*
11 *Substitutionis vulgaris formula complectitur tria.*
13 *Substitutio vulgaris aufert suitatem in gratiam haeredis.*
14 *Transmissionis beneficium cessare videtur in praeiudicium tertij.*
16 *L. si infanti. C. de iur. delib. exorbitans est.*
17 *Transmissio iuris deliberandi adiuuatur aliquando ope restitutionis in integrum.*
20 *Testamentum potest incipere à substitutione vulgari.*
21 *Filius potest suam abstensionem infra triennium reuocare.*

1 Ransmissio iuris † deliberandi, cuius fit mentio in l. cùm antiquioribus. C. de iur. deliberandi nuncupatur prouisio subsidiaria teste Rip. ad l. 1. nu. 138. ff. de vulgar. & pupill. quoniam tendit ad excludendam caducorum obseruationẽ, de quibus in C. tit. de caduc. tollen. quoties defectus non consideratur in iure deferendi, sed in iure agnoscendi, vel petẽdi si impedimentum causatur dumtaxat facto tertij. l. ventre. ff. de acq. haered. Bald. cons. 426. lib. 3. Anchara. cons. 221. secus in impedimento causato ex legis dispositione, quia fortè haereditas nunquam fuit delata. pleniffime. Corn. cons. 7. lib. 2. D. Menoch. cons. 105. nu. 83. cum seqq. suf-
2 ficit namq; ad transmissionem † faciendã ius in habitu, licèt non habeatur in exercitio. l. si quis filium. C. de inoff. testamẽt. & vbi adest solummodo iuris impedimẽtum in petitione, & exactione, ibi non impeditur transmissio d. l. ventre. de acq. hae-
3 red. etiamsi conditio † executioni sit adiecta. secus in adiecta acquisitioni. Alciat. ad d. l. ventre. nu. 22. Ruin. ad l. 3. nu. 16. ff. de leg. 1. iuncto cons. 22. nu. 16. vol. 3. & Zanchus ad l. haeredes mei. §. cùm ita. par. 4. num. 114. ff. ad Trebellia. & d. Menoch. cons. 473. nu. 10. vbi ex parte transmittentis requiritur ad transmissionis validitatem, quòd ius sit acquisitum, licèt nondũ sit apprehensum. Vinc. de Franch. Decis. 32. nu. 5. par. 1.

Nec mutat, quod transmissio procedit
4 ex verisimili † voluntate defuncti stãtibus coniecturis vrgentibus, & efficacibus secundùm regulas iuris communis. Surd. Decis. 138. nu. 24. cum seqq. Viui. Decis. 541. nu. 30. lib. 4. Rot. Roma. Decis. 782. num. 10. cum seqq. par. 1. in nouissimis. Turret. cons. 10. nu. 19. vol. 1. Peregrin.
5 cons. 43. vol. 3. siue agatur de ea † quae ex potẽtia suitati cõceditur haereditatis adeũdae, non aditae. l. vni. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. Vinc. de Franc. d. Decis. 32. Viui. Decis. 514. lib. 4. Siue remedio d. l. vni. C. de his qui ant. apert. tabu. in haere-
6 ditate † materna, in qua non cadit suitatis praerogatiua. Bald. cõs. 1. & 2. vol. 6. Ibiq; cumulatissime in scholijs praeclarissimi D. Flauij Torti. Corn. cõs. 87. vol. 1. Vinc. de Franch. d. Decis. 32. nu. 9. Tessaur. Decis. 88. & 248. nu. 11. Surd. Decis. 140. nu. 2. vel ecõtra in haereditate filij quoad gratiam matris. Ruin. cons. 48. num. 5. volu. 3. Bursat. cons. 60. volu. 1. Fab. de Anna cons. 1. num. 50. cum seqq. Caes. Crass. ex Rot. Roma. Decis. 161. de testamen. & Tessaur. Dec. 88. Siue de transmissione dicti iuris deliberandi ad praescriptum d. l. cùm antiquioribus. Stringitur difficultas
7 ex eo quod nobis competentia † in habitu, non transmittũtur ad haeredes, nisi sint in actum deducta. l. scripto. ff. vnd. lib. Rot. Rom. Deci. 126. nu. 6. p. 2. in nouiss. Quare pro cõponẽda hac pugna duo sũt considerandi casus, scilicet quando est da-
8 tus † substitutus vulgaris, & quando nullus est datus substitutus.
9 Primo casu videtur, quod transmissiò † non impedit vulgarem substitutum, potissimum, si non sit extraneus, non solùm quae fit ex iure deliberandi: sed etiam quae fit ex virtute d. l. 1. C. de his qui ant. apert.
10 tab. quoniam conditio † necessaria recipit extensionem, cùm effectus consideretur implendi: non voluntaria quae modum implendi praeseferret Rip. ad d. l. 1. nu. 94. Insuper quandiu est locus primo gradui, desinit secundus l. quandiù 3. ff. de acquir.
11 heredit. Deinde formula † vulgaris tria compле-

cōplectitur, scilicet, si hęres esse noluerit, vel non potuerit, vel alium ex sua persona hæredem non fecerit. l. si paterfamilias. ff. de hered. institu. & ecce ius transmissionis 12 † substitutione vulgari potentius. Bald. ad l. 3 C. de hæred. instit. Georg. Natt. tractat. de statut. quæst. 3. nu. 54. Laderch. cons. 3. num. 12. & sanè transmissum ius capitur non tamquā hæreditas transmittentis, sed primi defuncti, quicquid dixerit Peregrin. cons. 1. nu. 31. vol. 2. Surd. d. Decis. 138. nu. 19. & hoc tam in tacita, quàm expressa vulgari, quæ tollit suitatē 13 † in gratiā hæredis, & impedit transmissionem. not. Bart. ad l. si filius hæres. ff. de lib. & posthum. ad l. filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. & Decian. cons. 1. num. 82. volu. 2. addo Lancellot. Polit. tractat. de substitu. partic. 3. num. 99. & partic. 6. Moueor etiam quia transmissionis beneficium non intelligitur concessum in prę iudicium eius, cui est ius quæsitum ex testatoris voluntate. l. nec auus. C. de emancip. liber. Atqui verior, & communior est 15 opinio quòd substitutus † præfertur, quādo institutus transmissit hæreditatem ex potētia suitatis, cùm transmissarius possit esse extraneus: ideò cessat ratio prædilectionis. d. §. in nouissimo Dissentiūt tamē non pauci, quando datus est substitutus extraneus: sicuti dicitur de datione cohæredis extranei Peregrin. cons. 46. num. 4. vol. 1. Reliquæ verò duæ species trāsmissionis potiores sunt proinde efficiunt, vt hæres instituti præferatur substituto infra annum ad deliberandum quemadmodū ex Crasso, Vasq; Oddo. Coras. Zasi. & alijs ostendit Intrigliol. de substitut. Cent. 1. quæst. 27. num. 16. cum seqq. vbi reddit sex rationes quas breuitatis causa non transcribo.

Altero autem casu distinguitur inter hæredem infantis, & heredem adulti seu impuberis, & hæredem maioris, Primo casu competit transmissio iure communi ex l. si infanti C. de iur. de lib. quam legem 16 esse † exorbitantem testatur Rot. Rom. penes Caputaq. Decis. 67. par. 2. Vnde remediū subsidiarium euanescit, præsertim quia non competit restitutio ad adeundū. §. si verò. authen. de trient. & semiss. Ang. ad d. l. si infanti. nu. 3. & ad l. Pantonius. nu. 2. ff. de acquir. hæredit. Fab. de Anna d. cons. 1. nu. 20. At quando sumus in hærede minoris, impuberis tamen, tunc fit transmissio iuris adeundi per beneficium 17 † restitutionis in integrum, quæ est de iure speciali. ac substitutum. si quis datus esset, excludit. l. quod si minor. §. Sceuola. ff. de minor. Intrigliol. d. loc. nu. 24. Deniq; 18 in hęrede maioris locū obtinet † remediū subsidiarium. d. l. Pantonius ff. de acquir. hæredit. concurrentibus his quæ solertissimè congessit D. Oddus tractat. de restitution. in integr. quæst. 50. artic. 6. 7. 8. & 9. Osasc. cons. 13. & nos tractat. de fact. scient. & ignorant. inspect. 88. tom. 1. Inde fit perspicuum, quod potius dicitur accedere remedij subsidiarij naturæ transmissio ex beneficio d. l. cū antiquioribus, & d. l. vnicę. vbi est suitas, & ius sanguinis potissimum consideratur, nisi saluando dicta Ripæ interpretemur restitutionem in integrum, vti vehiculum ad transmissionem faciēdam, se habere per modum subsidij, vt eius opesit locus transmissioni: quoniam verius dixerimus, restitutionem in integrum esse remedium subsidiarium (vt supra docuimus opportuniore loco) quàm transmissionem ipsam, vnum tamē fit propter aliud: iccircò idem iudicium statuitur, vt de connexis. Decis. ad cap. translato lectur. 2. de constitut. & ad cap. quādo. de iudici. Boeri. Decis. 339. Osasc. Decis. 103. nu. 3. Alciat. cons. 161. nu. 4. lib. 5. secundùm Venetam impressionem. Natta cons. 135. & D. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 95. lib. 2. vel transmissionē 19 † ex beneficio. d. l. cùm antiquioribus esse subsidiarium respectu caducitatis testamenti: non quòad primum gradum quo deficiente fit repente locus secūdo gradui & sic substitutioni vulgari à qua nōnun-20 quam † incipit habere robur testamentū. Bart. cons. 37. & 40. Decian. cons. 1. num. 63. cum seqq. vol. 1. & Crass. tract. de successionib. §. substitutio. q. 10. & quæ neutiquam permittit, quòd filius perdat ius transmittendi, nisi post repudiationē seu 21 abstensionem expressam † non reuocatā (vt sanè potest) intra triennium. l. vlt. C. de repud. hered. de cuius legis argumento insigniter. Cæuall. tract. commun. contra com. q. 205.

REME-

REMED. CXII.

Ex l. in prouinciali. §. si in loco. & l. qui viam. ff. de no. op. nuntiat. circa edictū de noui operis nuntiatione.

SVMMARIVM.

1 *Noui operis nuntiatio quando reputetur remedium subsidiarium, & in quibus casibus id ipsum cognoscatur.*

2 *Nuntians, qui potest alio remedio experiri, repulsam meretur.*

3 *Nuntiatio noui operis quando sperni possit impune.*

4 *Appellationi non fit locus in remedio nuntiationis noui operis, sed nullitas valide obijcitur.*

5 *Nuntiatio noui operis valet facta diebus feriatis.*

6 *Nuntiatio facta fabris in ipso opere censetur facta domino.*

7 *Noui operis edicti tria capita, scilicet prohibitorium, permissorium, & demolitorium.*

8 *Hodie cōstat, hodie agatur, vt accipiatur hæc regula.*

9 *Opus captum quando dicatur.*

10 *Nuntiationis noui operis edictum etiam ad seruitutes procēditur reales, nō personales.*

11 *Nūtiatio facta nomine alterius sine præambulo mandato inefficax est, etiam cum cautione rati, declarando, vt ibi.*

12 *Reficere quando quis dicatur, ne procedat contra eum nuntiationis præceptum.*

Sæpenumero fui ab eruditis interrogatus, numquid in edicto de noui operis nūtiatione liceat subodorari quidpiam, quod subsidiariæ tractationis nostræ angulos impleat, & post sedulam discussionem, sese obtulerunt tres egregij iuris loci, quibus fit cuique perspicuum, nuntiationē noui operis esse beneficium extraordinarium,
1 darique in subsidium † duntaxat.

Primus est in l. in prouinciali. §. si in loco, vbi glo. in ver. quia possū, ibique Bart. & Alex. in princ. ff. de nou. ope. nunt. vbi inter socios volentes ædificare in re communi, non recurritur ad hoc edictum, postquam eis prouisum est de actione ordinaria, scilicet communi diuidūdo, iungitur. l. qui viam. ff. de nou. ope. nunt. vbi habens seruitutem viæ reficiendæ nō nuntiat nouum opus, cum possit intentare confessoriā quamuis constito de seruitute quæ præsertim sit vrbana, possit nuntiari nouum opus contra attollētem ædes vel eleuantem parietem, qui debeat vicino seruitutē, ne luminibus officiatur aut prospectui noceat. vel ne tollere possit. l. inter. ff. de ser. vrb. præd. l. de pupillo, in princ. iuncto. §. sextus. & l. si prius. ff. de no. op. nunt.

Secundus est in d. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. eod. iunct. l. 3. §. si riuum. ff. de riuis. vbi si quis riuum reficienti, aut purganti nuntiauerit nouum opus, non valet nuntiatio, ideoque potest sperni impune præceptum, & presuerari in refectione,
2 quia potest nuntians † experiri alio remedio, de quo ibidem fit mentio.

Tertius est, casus in l. prima. §. si quis purganti. ff. de cloac. vbi contra purgantē cloacam non datur præfatum edictum, cū sufficiat cautio damni infecti, ne damnum ædibus alienis detur ex purgatione, vel refectione cloacæ: veluti cum damnū cōtingit ex humore præstito parieti propter terram ibi appositam, tunc agitur ex locato contra conductorem areæ, qui cōgessit massam terræ nocentis muro: non aquilia lege, quæ plerumq; in subsidium datur. l. qui domum. ff. locat. sic in l. si ædibus. ff. de damn. infect. vbi habens ius reficiendi ædes suas, & repetendi expensas, non potest postulare cautionem damni infecti, quippe cui non fit locus, nisi quādo alia via sarciri non potest damnū, Qua ratione satis intelligi potest, nuntiationem
3 † noui operis in prædictis casibus neutiquam esse metuendam, & tamen regulariter timenda est ob autoritatē prætoris, sicuti excommunicatio ob authoritatem ecclesiæ etiam inique facta siue sufficeret, quod alia via non esse prospectum nuntianti, quando adhuc euidenter liqueret denuntiantis calumnia. Bart. cons. 64. nu. 2. & cons. 80. lib. 1. Surd. cons. 121. num. 10. vol. 1. Plot. ad l. si quando. nu. 118. & 120. C. vnde vi. Gail. obser. 16. lib. 1. vel si

præceptum

præceptum sit nullum parte opponente,
4 quia bene potest obijci nullitas † notoria, sed nõ appellatur à præcepto inhibitorio, cum ei sit parendum, siue iure, siue iniuria fiat, quia de modica mora, & de modico præiudicio agitur, Rimin.iun. consf.804. nu.30.cum seq.vol.7. & fouetur à clausula iustificatiua, vltra periculum in mora
5 vnde diebus † quoque feriatis facta valet Rimin.iun.cons.630.nu.12.& 13.vol.6. Marc.Mant.singul.672. vel nisi dilatio sit
6 allatura ædificanti graue † detrimentum, vel nisi nuntiatio fiat seorsim ab ipso opere: facta autem fabris, vel operarijs in loco differentiæ dicitur facta domino l. cuilibet.ff.de no.op.nunt. Anguill.cons.69. nu.34.Borgnin. Decis.23. num.6.par.2. Rip. de interd.resp.1. num.7. & 29.par. 2. Gail. prædicto loco. Crau. cons. 154. Bero. quæst.3. Iam verò prædicta extenduntur ad omnia capita. præfati adicti, quæ sunt tria: & in rem, non etiam in
7 personam scilicet † prohibitorium, permissorium, & demolitoriũ l. operis noui. l.prætor ait.§.siue.& §. hoc interdictum. ff.de no.op. nuntiat. atque declarat Gail. annotato loco. demolitoriũ autem habet locum etiam si nuntiatus vellet ostendere de meliore iure: aut postea constet nuntiatum iustè ædificasse ob contemptam maiestatem iudicis. Rot.Lucens.Dec.29. penes Magon.Gallia cons.52.nu.3.Idcirco nuntiante nouum opus, nec docente de iure suo intra continuum trimestre à die nuntiationis exordiẽdum potest pergere nuntiatus in opere cœpto, oblata satisdatione de opere demoliendo. Bart. ad l.1.ff.de ope.nou.nunt.Tessaur.Decis. 204. & Gail. prædicto loco: non autem statim danda est ædificandi facultas etiam oblata cautione, vel ante remissionẽ. cap. fi.vbi glo. de op. no. nunt. & l. vnica.C. de non.ope.nũt. Put.ex Rot.Rom.Decis. 129. lib. 2. Pract.Pap.in form.lib. in actione nou. op. §. ante aliquam. Franc. Marc.Decis.589.par.1.& Rip.de interd. d.respon.1.nu.5.& 24. par. 2. sicuti persæpe nõ auditur nuntians, qui dicat, hodie cõstat, hodie agatur, quandoquidẽ isthæc
8 regula non intelligatur de eodem † instãti, sed de tempore arbitrando per iudicẽ. Alexan ad l. si donaturus.§.1.ff. de cond. cau.dat. Menoch.de recup.pos.remed.1. num.258.& de arbitr. iud. casu 9. in fin. Fab.de Anna.cons.65.nu.19.& Magon. sub Rot.Lucens.Dec.81.nu.10.& dicitur
9 cæptum † opus etiam quando locus purgatur, & patent præparatoria proxima, Dyn.sing.260.

10 Idem remediũ ad seruitutes † quoque reales spectat: non etiam personales, quia in nuntiãte requiritur ius in re perpetuũ. Bart.in l.in seruitutibus.ff. de seruit. vrb. præd.& glo.in l.in iudicio. ver. nuntiare. ff. fam. ercis. Rip. de interd. d. respon.1. nu. 10. & causam debet exprimere nuntiator, si id petat nuntiatus. Dyn. singul. 259.

Disceditur tamẽ à prædictis in nuntia-
11 tione † facta nomine alterius sine mandato, quia non ligat nuntiatum, etiam cum cautione rati. Rip d. loco. num.1.nisi in gratiam socij, quo casu prodest alteri socio, quòad demoliendum, non quòad interesse. Rip.d.loco.num.4.vel nisi redundet nũtiatio in fauorem ecclesiæ, seu Reipublicæ, quæ à quolibet de populo valide fieri potest. Rip.de interd.Respons.10.n. 5.par.2.& superius sub remed.79.

Neque illud prætereundum est, quòd
12 si quispiam soli refectioni † incumberet, frustra tẽtaretur hęc via. l.1.§. si quis ædificium, & d.l.de pupillo.§. si quis riuos.ff. de nou.op.nunt. l.domum. vbi Dec.ff.de reg.iur. Surd.d.cons.121.nu.9. apud nos tract.de fact.scient. & ignor. inspect. 57. tom.1.Bero.cons.144.num.15. cum sequentibus. volu. 3. vbi illa verba (aptare conseruare, reparare, manutenere) non pertinent ad nuntiationẽ noui operis nisi ædificium esset funditus dirutũ, quo casu minimè conueniret terminus refectionis, cum propriè reædificare quis eo casu non dicatur, sed de nouo facere. Boer. Decis. 44.nu.5.Surd.d.cons.121.per tot.proinde fieret locus huic remedio nuntiationis. Surd. ibidem copiosissime.

REMEDIVM CXIII.

Ex cap.1.vbi glo.100.distinct.ex sacro Concil.Trid.cap.2.sessione.24.circa suffraganeos, &

neos,& coadiutores tam episcopales, quã presbyterales.

SVMMARIVM.

1 *Suffraganei unde dicantur.*
Suffraganeorum autoritas quanta sit, & quæ iurisdicio. nu. 4.
3 *Confirmatio superioris quam præstet Metropolitano ante receptum pallium.*
5 *Suffraganeorum excessus à quibus puniantur.*
6 *Vicarius archiepiscopi non habet iurisdictionem in eius suffraganeos, & quando.*
7 *Pontificalium exercitium quando permissum suffraganeis.*
8 *Transactio de bonis ecclesiæ non valet cum consensu suffraganei, & tamen autoritate superioris est realis, si concurrat utilitas ecclesiæ.*
9 *Coadiutores quando dentur episcopis, & presbyteris.*
10 *Coadiutori alimenta debentur de redditibus ecclesiæ, & in subsidium tenentur parochiani.*
11 *Coadiutoria species quot sint.*
12 *Coadiutoris qualitates requisitæ à sacro Concilio Tridentino sess. 25. c. 7.*

1 Tiam ad suffraganeos (hi dicuntur à suffragando, † idest, adiutorium ferendo in officio episcopali, veluti consecrando alios episcopos, concilia celebrando, & huiusmodi) pertinet isthæc tractatio, postquam hi supplent defectum Metropolitani gloss. ad c. 1. distinct. 100. c. 2. sess. 24. in Concil. Trid. Deci. ad cap. quia diligentia. nu. 16. de elect. Imò suffraganei, hi, scilicet, qui sunt † coepiscopi sub
2 eadem Metropoli degentes, eligunt Metropolitanum confirmandum deinde à summo Pōtifice. cap. Salonitanæ 63. dist. Card. à Turrecremat. ad cap. quia igitur. 63. distinct. prædicta & vt primum Metropolitanus est confirmatus, licèt nondũ receperit pallium, potest suum suffraganeum consecrari facere, quoniam post †
3 confirmationem competant ei, quæ sunt iurisdictionis: non quæ sunt ordinis. cap. suffraganeis, de electiõn. Et verò suffraganei non censentur esse assessores, aut consultores, Archiepiscopi, qui concilio præest, sed coniudices, & simul cum Archiepiscopo, vel cum primate dicuntur
4 habere iurisdictionem † ordinariam, ca. scitote 6. q. 3. glos. ad cap. irrefragabili. de off. ordinar. & Bero. ad cap. 1. num. 125. de iudici. etiam quoad facultatem absoluendi excommunicatos à Concilijs Prouincialibus. Sbrozz. de offic. vicar. lib. 2. q. 174. nu. 11.

Excipiuntur ante omnia tres casus.

Primus est, cùm de suffraganei excessu, vel eius officialium cõstaret, tunc eos punire potest, corrigere, & excommunica-
5 re in eo, quod † excedunt, tamquam officiales, secus si vt priuati. cap. in tantum. vbi Henr. Bohic. de Simon. Aliud tamen
6 & diuersum est in vicario † Archiepiscopi, qui non habet iurisdictionem in Archiepiscopi & Episcoporũ suffraganeos, si præsens sit Archiepiscopus in prouincia, vel circa illam. Sbrozzius tract. de offic. vicar. lib. 2. q. 58. & 59.

Secundus est casus, quod exercitium
7 Pontificalium † extra illam diœcesim, cui datus est, in suffraganeum, non est illi permissum absque expressa sedis Apostolicę licentia. vt traditur in sacro Concil. Triden. cap. 2. sess. 14. Thesaur. for. ecclesiast. p. 3. c. 39. nu. 18.

8 Tertius est, quia transactio † & quævis alia conuentio facta de bonis ecclesiæ cũ rectore, aut beneficiario authoritate superioris est realis. vnde ligat successorem quemlibet. cap. veniens. vbi glos. & Abb. de trãsact. Guid. Pap. Decis. 179. Non ita in conuentione facta suffraganei cõsensu. Put. Decis. 413. nu. 5. lib. 1.

Multò præterea magis subsidiaria est
9 datio coadiutoris † episcopalis, quando propter morbum incurabilem; senium, si excedat 70. annos, ob infirmitatem, quę inducat perpetuum impedimentum, lepram, dementiam, vel ob dilapidationis suspicionem, non potest Episcopus pastorale munus obire, & huiusmodi datio coadiutoris est de maioribus Papæ reseruatis, ita vt nec Metropolitanus, neque legatus delatere episcopis dare potest coadiutores, nisi habeat à pontifice specialem potestatem, c. 1. & c. quod translationem. de offic.

offic. legat. c. ex parte. & c. consultationib. vbi Io. Andr. & Abb. de cleri. ægrot. Franc. ad c. 1. §. verũ. eod. in 6. Glo. ad c. vn. eod. tit. in 6. & Sbrozz. d. tract. lib. 2. qu. 212. vbi idem dicit in coadiutore præsbyteri, vel Canonici, aut Præpositi: cuius formulam subijcit Garz. de benef. par. 4. cap. 5. nu. 54. cum seq. vbi optimè declarat Bulla inde manentes, quòad hoc vt eius datio sit de reseruatis episcopo, nec censeatur comprænensa in generali commissione vicariatus, sicuti se habet datio coadiutoris episcopalis, veluti de arduis, & de maioribus Papæ reseruatis. Bero. quæst. 136. n. 4. & d. cap. vni. Anchar. cons. 188. num. 7. qui loquitur in generali religionis perpetuo, & idem in cons. 279. Mandos. ad reg. cancellar. q. 5. reg. 11. Latè Flam. Paris. de resig. benefic. lib. 7. q. 20. Ad hæc
10 admonendi sumus, quòd coadiutor † ali debet de reditibus ecclesiæ, qui si non sufficiunt Prælato infirmo, & coadiutori simul, prouidebitur in primis Prælato infirmo, deinde in subsidium tenentur parochiani, siue diœcesani ad alimenta coadiutoris, cum coadiutoria non habet vim vacationis, nec resignationis. Serafin. sub Rot. Rom. decis. 108. n. 2. & Decis. 1148. n. 2. Anchar. d. cõs. 279. in fin. sicuti etiam tenentur, rectorem aliunde non habentẽ sustentare. Abb. ad cap. de rectoribus. nu. 6. de cler. ægrotan. & tetigimus nos alibi in hac nostra scriptione. Et huc pertinet copiosa traditio Thomæ Cãpegij in tract. de coadiutore episcopi. Intelligendo om-
11 nia prædicta in qualibet specie † coadiutoriæ, scilicet tam in spiritualibus, quàm in temporalibus: & tam in coadiutoria data ad tempus, quàm cum futura successione. Put. Decis. 226. lib. 3. Mandos. prædicta reg. 11. nu. 2. & 3. Dummodo coa-
12 diutor † habeat omnes qualitates à iure requisitas in episcopo præficiendo, & de his liquidò constet. vt ex sacro Concilio Tridentino sess. 25. cap. 7. Et quale sit officium coadiutoris explicat Menoch. cõs. 477. nu. 18. lib. 5.

REMED. CXIIII.

Ex cap. si propter. de rescript. in 6. & extrauag. Ioannis 22. incip. suscepti. circa annatam tam prophanam, quàm ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Annatæ tam prophana, quam ecclesiastica remedium cur subsidiarium denominetur.*
2 *Donatarius principis an persoluat annatam, vel possessor bonorum donatorum & quando.*
3 *Donatio ob benemerita proueniens à principe, non idcirco desinit esse titulus lucratiuus, & cur.*
4 *Constitutioni Mediolani. de feud. §. ne beneficiorum affertur locus.*
5 *Donatio ob benemerita inter priuatos aequipollet titulo oneroso: diciturque potius quadam solutio, vel extinctio debiti.*
6 *Præscriptio centenaria, & vltra quando præsefferat titulum lucratiuum, author breui distinctione explicat, & nu. 9.*
7 *Regalia non possunt possideri absque titulo, & sine speciali concessione nec probantur, nisi per priuilegium, & concessionem.*
8 *Constitutionis Med. in §. non exempti, de publican. locum interpretatur nouissimè author.*
10 *Accrescendi ius quando in feudis habeat locum.*
11 *Immunitas competens locatori, num proficiat conductori.*
12 *Ablatiuus absolutus etiam in statutis formam denotat: aliquando stat casualiter, & quandoq; dispositiuè.*
13 *Annatam non persoluit vassallus pauperrimus, nec rector hospitalis, & cur. nu. 15.*
14 *Charitatiuum subsidium non agnoscit clericus valde pauper.*
16 *Episcopum patrem pauperum esse oportet.*
17 *Interesse lucri cessantis non consideratur contra debitorem valde pauperem, etiam morosum.*
18 *Interesse lucri cessantis non debetur, nisi pro primo lucro, vel pro primo anno contra Cagnol. & alios: sed nu. 27. declaratur.*

19 *Afflict.*

19 *Afflict. decis. 20. explanatur.*
20 *Conductori impedito ex facto locatoris uti frui, an debeatur utrumq; interesse, scilicet, damni emergentis, & lucri cessantis.*
21 *Conductor ob intempestiuam alienationem factam per locatorem, an possit petere, ut habeatur ratio compendij totius temporis, quo esset duratura locatio, plena disceptatione expendit author.*
22 *Lucrum, quod solummodo est in possibilitate, non est considerabile, secus quando est in actu, vel quasi.*
23 *Lucrum formatum, & radicatum quomodo accipiatur, ne differat à damno, præcipuè inspecto communi usu loquendi ac nu. 25. & 29.*
24 *Conductor migrans ante tempus, reficit damna locatori pro tempore futuro in totum.*
26 *Bald. cons. 182. vol. 1. explicatur.*
28 *Lucrum quando unicum censeatur.*

On est prætermittendum
remedium annatæ etiam
1 atque etiam † subsidiariũ,
postquam tendit ad su-
bleuãdum Principem su-
premum à mole ęris alie-
ni, quo præmitur, contracti vt plurimũ,
pro tutela prouinciarum, pro arcendis
hostibus, & pro publica tranquillitate vel
redimenda, vel conseruanda, præstantur
fructus, siue reditus vnius anni bonorum
donatorum feudatarijs, vel alijs personis,
ex Boss. pract. crimin. tit. de Principe. nu.
132. ad exemplum summi sacerdotis spi-
ritualis omnium parentis, Romani Pon-
tificis, cui & decimæ debentur, & quarta
pars fructuum ecclesiasticorum reserua-
tur pro suis necessitatibus, & in subsidium
sacrosanctæ sedis, atque leuamen ecclesię
sanctæ Dei. cap. si propter. de rescript. in
6. & in extrauagan. Ioannis 22. incip. su-
scepti. vsque adeo vt cõtra pertinaces aut
renitentes in solutione decimarum, vel
præstatione annatæ inuocari possit bra-
chium sæculare, si fortè nil proficiat excõ-
municationis gladius. glos. ad clem. dispẽ-
diosam. ver. coerceri. de iud. Alex. Mone-
ta inter aduocatos consistoriales solertis-
simus, & ornatissimus tract. de decim, c.
8. nu. 57. Sic sanè Thom. Campeg. tract.
de annatar. instit. num. 5. cum seqq. Nec
2 refert, an bona sint pęnes † donatarios, vel
iam exierint eorum patrimonium titulo
tamen oneroso, postquam ipsi fruuntur
pretio, atque ita potiuntur liberalitate
principis. Boss. d. loco, dummodo alienã-
tes sint soluẽdo: aliàs in subsidium posses-
sori vexatio non de erit: vt prædiximus
illatione prima sub remed. 37. colum. 2.
Quin amplius non excusatur ab annatæ
præstatione is, cui donatum est à Princi-
pe etiam ob benemerita propria, vel ma-
iorum: quandoquidem in Principe solũ
consideratur obligatio antidotalis, quæ
nullam habet coactionem, cum inuitus
non cogatur remunerare, ideoq; non dif-
ferant, quoad Regem donantem gratuitę
largitiones, ab his, quæ profectæ sunt cũ
assertione benemeritorum. veluti in ter-
minis probat Surd. cons. 419. nu. 12. vol.
4 3. & diserte cautum est Nouis† Constitu-
tionibus. tit. de feud. §. ne beneficiorum
memoria. quem locum expendit Plot. ad
l. si quando. num. 111. C. vnde vi. Boss.
eod. tit. num. 332. atq; Berret. noster cons.
43. Tametsi quoad alias personas donatio
5 † ob benemerita præseferat titulum one-
rosum, sicuti quoad irreuocabilitatẽ dif-
fert donatio gratuita à donatione ob be-
nemerita, seu à priuilegio remuneratorio
non aliter ac si recepta pecunia Princeps
idipsum subdito suo concesserit, Felin. ad
cap. nouit. num. 9. cum seq. de iud. Abb.
cons. 41. lib. 1. Capyc. Decis. 121. nu. 16.
cum Roman. cons. 436. nu. 15. cum seq.
Cæphal. cons. 342. Rimin. Iun. cons. 540.
num. 96. vol. 5. Morot. cons. 45. num. 10.
Surd. d. cons. 419. num. 51. vbi infinitos
citat, cum potius sit quædam solutio, aut
extinctio debiti, vel recompensatio, quã
donatio. Tiraq. ad l. si vnquam ver. dona-
tione largitus C. de reuoc. donat. ibique
Rip. num. 29. & Osasch. Decis. 139. num.
28. Qua ratione creditur, quod feudata-
rij, & quicunq; possident Regalia Princi-
pis, veluti vtentes aquis ex fluminibus
Prouinciæ, vel extrahentes aquas publi-
cas vltra centum annos, & per tempora
antiquissima, nedum immemorabilia,
possint compelli ad solutionem Annatæ,
6 quoniam huiusmodi præscriptio † cente-
naria, aut millenaria habet quidem vim
con-

constituti, legis, naturæ, & priuilegij. Bartol. Iason. & Rip. ad l. quominus. ff. de fluminibus etiam contra fiscum. Menoch. consilio vigesimo, numero centesimouigesimosexto, & in Nou. Constitut. de iur. fisci sed titulus ille præsumitur lucratiuus. Bald. ad legem tertia, numero quarto. ff. de eo, per quem factum erit, qui loquitur etiam in præscriptione longissimi temporis. Alexandro consilio sexagesimanona numero decimooctauo volumine quinto. Iason. ad l. de quibus in prima lectura numero quadragesimatertia ff. de legib. copiosissime Gabr. suis communibus titulo de præscript. conclusione prima per tot. & apud nos tractat. de fact. scient. & ignor. regul. decimoquarto numero decimoquarto vsque ad fin. Thom. primo, vltra traditiones cuique obuias. Cranet. tractat. antiqu. temp. Balbi, & Gilchenij tractat. de præscription. Astipulatur in hanc sententiam ratio sumpta ex Grammatic. Decisione quintagesimanona. numero decimoquinto, & decimoseptimo vbi

7 Regalia † non possunt possideri absque titulo, & sine speciali concessione, neque probentur, nisi per priuilegium, & concessionem. At longè diuersum ius statuendum esset inter priuatos, inter quos, vel facile dixerim præscriptionem immemorabilem interpretandam esse ad fauorem præscribentis, vt præseferat causam lucratiua, vel onerosam: prout magis expedit intentanti præsidium præscriptionis. quod valdè

8 confert ad sensum, & sententiam † §. non exempti. in Nouis Constitutionibus subtitul. de publican. & vectigal. vbi non exempti, qui ab exemptis conducunt bona in emphyteusim ad solutionem vectigalis Imbotaturarum, tenentur, nec immunes præseruantur. deindè subijcitur ibidem. Hoc tamen non habet locum, quando locator pro eis bonis exemptionem à Fisco soluto pretio emisset, proinde si concedens in emphytheusim, per tempus immemorabile possedisset bona absque vlla contributione d. vectigalis, deinde deueniret ad concessionem huiusmodi bonorum in emphyteusim alicui priuato, creditur pro eo esse habendum hunc concedentem, ac si pro eis bonis emisset exemptionem à fisco pretio soluto, cummuniat suam intentionem robore præscriptionis immemorabilis,

9 quæ habet vim tituli † & quidem iusti (addo ego) & onerosi, atque prout est vtilius ipsi præscribenti, Vasquez. libro secundo Illustr. controuers. capite octagesimaprima, & octagesimaquarta, & Gabriel. suis communibus. titul. de præscript. conclusione prima numero quadragesimoquarto vsque ad numero quinquagesimoquinto vsque adeo, vt præscribens sit tutus in conscientia. lege hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aquir. quot. & æstiua. capit. super quibusdam. §. præterea. vbi glos. & Butr. de verb. signif. idem Butr. in capite peruenit de censibus quoniam si præsumeretur titulus lucratiuus, repugnaret receptioribus iuris nostri conclusionibus, scilicet quod donatio non præsumitur, & à communiter accidentibus inter vnam donationem excurrunt centum contractus habentes causam onerosam: lege cum de in rem verso. ff. de vsur. & Mascard. de probation. conclusione 554. Vltra quod debet constitui differentia etiam in hoc argumento, quemadmodum in alijs, inter concessiones principis, & priuati, quoniam in illis præsumitur liberalitas ab initio, & omni tempore, in his nequaquam. lege vnica. C. si liberal. Imper. soc. libro decimo. atque Iul. Clar. in §. feudum. quæstione septuagesimaseptima vbi si quis ex his, quibus aliquid communiter donatum est à principe, decesserit nullo hærede relicto, ad consortem potius, quàm ad aliam personam peruenire debet illius portio, sic Corn. consilio ducentesimooctuagesimoquinto, volumine tertio, Crass. tractat. de successión. §. ius accrescendi.

crescendi. quæstione vigesimoquinto, & Hondedeus consilio quinquagesima quarta, volumine primo, ita efflagitante indole concessionum, quæ à principis bonitatis vberrimo scatent
10 fonte, quam ex iure † accrescendi non facile admittendo in feudis nouis, cum in alijs successio deferatur iuxta tenorem inuestituræ paternæ omnino attendendæ. capite primo, de feud. March. Clar. dicto loco. numero quinto. Adiungitur quoque isthæc ratio in confirmationem prædictorum, nempe, quod hic sensus est magis conformis iuris communis di-
11 spositioni, postquam immunitas † alicui competens causa fundi prodest, quoque colono respectu fructuum partis colonicæ. Menoch. consilio ducentesimononagesimooctauo, numero vigesimoseptimo, volumine tertio, & quando est realis, transit quoque in emptorem, atque in conductorem: alioqui secus, nisi repugnet pactum, vel consuetudo, Guid. Pap. singul. ducentesimaseptuagesimatertia, & ducentesimaseptuagesimaseptima, Bost. dict. loco numero centesimouigesimo, cum sequent. Thæsaur. Decisione centesimo decimosexto. Rot. Auen. Decisione septuagesimaseptima. Alb. consilio 441. volumine tertia, & Caroc. de loc. parte secunda, titul. de collect. numero octauo, cum sequent. & titulo de colon. priuil. paruæ editionis.

Atqui maius negotiū facessit illa clausula (soluto pretio) concepta per abla-
12 tiuum † absolutum aptum ex vi conditionis, quam importare assuescit etiam in statutis, denotare formam. communiter scrib. ad Rub. ff. soluto matrimonio. Rot. Roma. Decision. 654. parte prima in nouissim. Ossasch. Decision. centesimasexagesimaquinta, & centesimasexagesimasexta, ac pulcherrimo cum apparatu Viuius Decis. centesimadecimanona libro primo Decian. consilio septuagesimotertio, numero vigesimoseptimo, volumine secundo proinde non sufficit æquipollens, scilicet acquisitio mediante præscriptione, cuius initij memoria sit desperata, & per tempus antiquissimum. argument. lege qui per salutem. ff. de iureiur. Nam respondetur tripliciter. imprimis, quod versamur in negatiua positione. deinde illa verba ablatiui absoluti prolata deprehenduntur ab eo, qui dubio procul poterat libere disponere, quibus casibus non conditionem importat prædicta particula, sed dispositionem. Idem Decian. consilio quadragesimoprimo, numero quadragesimonono volumine primo, & ex magna Doctorum turba Viui. annotato loco. numero primo. Surd. consilio 371. numero vigesimooctauo, & consilio 449. numero quadragesimoseptimo volumine terzo. Tandem neminem fugit etiam mediocriter versatum in orbe iuris nostri ablatiuum absolutum stare causatiuè, vel positum censeri in vim suppositorum terminorum præteritorum, vel præsentium. accipi rursum secundùm subiectam materiam, ancillarique naturę rei, qua de agitur. Bald. ad lege prima Cod. quando lic. ab empt. disced. Ias. in dict. rubric. ff. sol. mat. numero secundo, & Surd. dict. consilio 449. numero quadragesimoseptimo, & quadragesimooctauo. En igitur euacuatum, seu exhaustum fontem omnium dubiorum circa hanc non infructuosam thesim. reiecto insuper studiosissimo lectore ad Ioseph. de Rustic. tract. quando fil. posit. in cond. libro sexto, capite primo, & capite terzo, vbi fuse prosequitur sensum, ac significatum ablatiuorum absolutorum.

Neque vero obtinerent locum præ-
13 dicta in vassallo † pauperrimo, & in necessitate rationabili constituto, cui relaxatur onus annatæ, sicuti clericus
14 † pauper non habens beneficium, aut vix tantum, quod sufficiat ad alimoniā, neutiquam est obligatus ad charitatiuum subsidium. c. cum apostolus. §. prohibemus. de censib. & inter cons. Bald. studio, & opera præclarissimi, & decoratissimi I. C. D. Flauij Torti, quem

quem

quem honoris causa nomino, diligenter excusa, Franciscus Cruceius.cons.121.in
15 fin. vol.6.sicuti hospitalis rectoriam † impetrans non tenetur soluere annatam, & medietatem fructuũ, quicquid sit in alijs impetrantibus beneficia, quia sedes Apostolica pia Mater nõ vult pauperes Christi grauare, nec hospitalia, quorũ fructus erogantur pauperibus, nec in alios vsus conuerti possunt absque speciali mandato. Io.Andr.ad glo.in clem.1.de decimis. Ità sanè respõderunt Lucas Vernatius & celeberrimus ille Cato. Saccus inter cons. Bald.cons.120.nu.15.vol.6.vbi praeterea citatur bulla Bonifac.VIII.superinde edita.solent namque veri principes tutari sollicitè ipsos oppresso, & Episcopum esse
16 patrem † pauperum, ideo pauperes non vrgere ad subsidium charitatiuum, probatur in c. Episcopus 82.distinct. & in c. fratrem 86.distinct.atque in Auth. de sãctissim. Episc. in princip. iuxta illud Augustin. in lib. past. dicentis, si bonus fuerit qui tibi praeest, nutritor tuus erit; si malus, tentator tuus erit, prout refert insignis I. C. & plurimae eruditionis vir Isidor. Muscon. tract. de maiest. militantis eccles.par.1.cap.8.S.2.vbi multa de statu Episcopi post cõsecrationem & facit text. in cap. gloria.12.quaest. 2. vbi gloria episcopi, est pauperum prouidere necessitatibus.

Prodeat in simili, quod habetur apud Afflict. Decis.20.vbi impotentes excusã-
17 tur à praestatione interesse † lucri cessantis, nec dum quòad lucrum secundi anni. Id quod commune est omnibus debitoribus
18 beneficium, ne † teneantur ad interesse lucri cessantis, nisi pro primo anno Dec. in cap. cum venerabilis n. 14.& 60. cum seq. de exception. explosa opinione Cagnol.in l.vnic.nu.45.C.de Sent.quae pro eo, quod int.profer. quemadmodum attestatur communiter damnatam esse ibidem Cagnoli opinionem. Honded.cons. 50.nu.28.& 40. vol. 1. Morot. cons.65. nu.3.Rot. Gen. Decis.87. nu.8.cum adductis per nos tract. de portione rata qu. 147.n.5.& multis seqq. verùm etiam (vt ad rem redeam) quòad lucrum primi anni, seu primum lucrum, ad quod protendi dumtaxat interesse lucri cessantis. Burs. scribit d.cons.68.n.2.Gabr.suis communibus tit. de solut. concl.10.in fin. Addo Gaspar.Roderic.tract. de annuis reditib. lib.3.q.7.nu.27.& 28.
19 Verumtamen illa † Decis.20.Afflict.suscipit hoc temperamentum, scilicet, procedere solum in casu, quo debitor tam arcta opprimeretur necessitate, ob quam creditor valdè opulentus teneantur iure diuino sibi subuenire, etiam mutuatis nũmis, ne fame pereat Rebuff. ad d. l.vni.n. 594.& 608.C.de sent.quae pro eo, quod interest profer. relatus per Bursat. d.loco nu.40.& Caroc.de locat. tit. de lucr. cessant. moros. quaest.1.nu.19. magnae editionis.
20 Hinc peti † potest Decisio illius articuli, numquid conductor cui ob iniustum locatoris impedimentum circa vsum rei conductae pro tempore conuento debent refici omnia damna, iuxta liquidationem ab eo faciendam, & debetur quoq; lucrũ cessãs, alioqui secus.l.si in lege.S. colonus & l.si fundus. ff.locat. Becc. cons.45.nu. 20.Boss.praxi.crim.tit. de remission.mercced.nu.109. cum seq. Bero. cons.143.n. 2.vol.1.Paris.cons.38.nu.12.& seq. vol. 1.Rimin. Iun.cons.282.num.59. vol.3. Caputaq.sub Rot.Rom.Decis.183.part. 1.Menoch.cõs.671.vol.7. Caroc. de loc. par.2.tit.de eo quod interest: paruae editionis,& Surd.Decis.131.col.1.cumulate Mancin.tract. de iuram. par.4. effectu 152.nu.7.cum seqq.atq; effectu 248.pos-
21 sit petere ob † intempestinam alienationem praedij per locatorem factã interesse lucri cessantis pro primo anno tantum, vel pro omnibus annis, quibus erat duratura locatio: planè primo intuitu dixerim, quod primi tantum lucri, seu pro vno tantũmodo, & primo quidem anno habeatur ratio, quoad interesse lucri cessantis. Moueor primũ ex Bald. cons.182. vol. 1. vbi considerat incertitudinem ob varias calamitates,& iniurias temporum, vnde lucrum, quod est in fieri neq; radicatum est minimè consideratur. iuxta illud, quod pendet: non est pro eo, ac sit l.is damnum.S.quod pẽdet.ff.de reg.iur. nec dicitur proprie pati damnum qui amittit solam spem lucri.l.3.& l.proculus.ff.de damn.Inf.Alex.cons.114.in princ. lib.3.

eo minus quando impediens lucrũ, caret dolo, & procul ab eo fraus abest, dum suo iure vtitur. arg. l. emptorem. C. locat. Deinde locatori, quatenus mercator, & solitus negotiari, nõ permitteretur exactio interesse lucri cessantis, nisi pro prima vice, etiam ad vitandam infinitatem. Igitur idem in conductore ex natura correlationis. Caroc. d. quæst. 1. n. 12. Laderch. cõs. 14. nu. 4. Atqui ego semper defenderem oppositum, quamuis diebus superioribus non potuerit Dignissimi Viri palato arridere hæc mea opinio, ecce primum fundamentum ex d. §. colonus. vbi conductor sublata sibi fruendi facultate per locatorem, consequitur id, quod ratione compendij erat facturus per singulos annos. sic in d. l. si fundus versic. nã & si colonus tuus. Pantschman. tractat. de loc. & fort. cas. quæst. 15. nu. 1. & 33. cui sententiæ herẽdum puto etiam authoritate Veral. ex Rot. Rom. d. Decis. 183. n. 3. cum duobus tamen temperamentis, videlicet, quod hoc inter esse non excedat duplum veræ sortis, reseruata tamen taxatione euẽtualiter, vel ad pręsens iudicis arbitrio. Caroc. ibidẽ n. 16. ex Menoch. de arbitr. iud. casu 119. Mascard. de prob. cõcl. 933 n. 30. Fab. Turret. cons. 3. n. 23. & cõs. 77. nu. 32. lib. 2. & Coller. docẽs modum articulandi, & declarans requisita in hoc argumento tract. de process. execut. par. 1. cap. 10. nu. 107. cum seqq. Alterum est,
22 quòd lucrũ sit in † actu, vel quasi in actu, seu in potentia propinqua, quia sic dicitur peti, quod aliquo modo est: secus si esset solum in possibilitate, quia sic dicitur potius non esse l. si iactum retis. ff. de action. empt. Mascard. prædict. loco nu. 17. veluti (liceat quæso aliquantisper, nec sine fructu euagari) si conductor sua manente conductione sublocasset prædium maiore pẽsione distributa in singulos annos restantes. mox locator primus vendiderit prædium, nec velit stare locationi emptor. ex reg. d. l. emptorẽ. C. locat. certè hoc lucrum cessans totale debet restaurari, & emendari per locatorem, cum iam
23 sit † formatum, radicatum, & perfectè acquisitum, de quo iudicatur idem, quod de damno, seu præiudicio. Alex. cons. 89. nu. 12. & 13. lib. 2. ibiq; in Scholijs super ver. radicatum. Dec. ad l. in eo quod vel is. nu. 1. ff. de reg. iur. Rot. Rom. Decis. 22. nu. 16. par. 2. in nouissim. vbi radicatio: seu in corporatio cõuertit lucrum in damnum: Surd. cons. 321. nu. 22. & 23. vol. 3. Vid. omnino Cæsar. Manẽt. in materia restauri ob damnũ pręrensum à conductore. cõs. 21. ad exemplum conductoris ante tẽpus
24 † migrantis sinè causa, qui vniuersæ locationis damna corrigere debet. Castr. ad d. l. si in lege. §. si domus n. 1. & 4. atq. scripsi d. tract. de portione rata. quæstion. 141. num. 4. etiam si longè pinguiore pensione processisset locatio alij facta, quàm con-
25 sueuisset, quia tractatur de amissione † iuris quæsiti, & consequenter de damno. glo. ad l. 1. §. si quis autem propter. vers. in integrum restitutionem. ff. de itin. actuq; priuatio. Alex. præclarè cons. 164. nu. 4. vol. 5. Atque ità intelligerem Bald. locum
26 relato † cons. 182. Accedente culpa locatoris, dum manente adhuc locatione vendidit. l. si merces. §. 1. vbi Bart. ff. locat. & copiosè Mancin. tractat. de iurament. par. 4. effect. 152. Nec perturbat diffugiũ ad incertitudinem, & ad primi lucri calculum, ne res excurrat in infinitum: non incertitudo in odium locatoris culposi. de inde potius præsumitur lucrũ, quàm aduersa fortuna. l. si defunctus. C. arb. tutel. à communiter accidentibus, vel à solitis prout probatur interesse lucri cessantis, vel si liqueat de potentia propinqua. Sim. de Prætis cons. 151. num. 108. cum seqq. Accedit amplius id imputãdum esse violanti pactum, & frangenti fidem, sicuti in odium vsurarum replicatur aliquãdo in-
27 teresse. Natta † sic respõdet formiter Decio. ad d. cap. cum venerabilis, cons. 370. columna vltima relatus, & approbatus per Bursat. præallegato cons. 68. nu. 24. qui loquitur de mercatore solito emere gallulas, & conuertere in sericum, deinde contextum, & elaboratum vendere. Vlteris lucrũ hoc cessans debet reputari vnicum, distributa tamen solutione in plures
28 annos: non autem † dici potest interesse alterius interesse, seu superfetatio. Bursat. d. nu. 42. Dici deinde posset, quod inspe-
29 cto † communi vsu loquendi apud nos notorio in materia locationis, venit quoque iactura lucri sub appellatione damni, quod

quod indistinctè, & absolute debetur cõductori. Rimin. iun. consi. 522. nu. 9. cum seq. volu. 5. notabiliter Soc. iun. consi. 78. vol. 2. per tot. vbi quoque respõdet Bald. d. consi. 182. nec in hoc ipso argumento vox, damnum, pertinet ad diminutionem patrimonij, aut refertur æstimatio illius ad pensionẽ, sed prout imminuit fructus, etiam si conductor vltra perditionem lucri, quam vulgares denominant passim damnum, percipiat fructus, ex quibus possit soluere integram pensionem cõtra normam iuris communis, vtpote correcti per pactum contrahentium super remissione damni, Cepha. consi. 257. num. 27. & seq. optime Laderch. consi. 14. num. 4. vbi sic exaudiri debere pacta concepta italico sermone, & lingua materna peroptime defenditur.

REMED. CXV.

Ex c. cum vos. de offic. ordinar. & c. præsenti eo. tit. in 6. ac ex sacro Concil. Trid. sessione 24. c. 16. circa œconomi munus, tum apostolici, tum etiam Regij, & tam episcopalis, quam capitularis.

SVMMARIVM.

1 *Œconomi prouisio subsidiaria, & cur. nu. 5. & 6.*

2 *Oeconomorum species multæ sunt, scilicet capitularij, episcopalis, Pontificius. & Regius.*

3 *Factum ministri regij reputatur factum Regis.*

4 *Oeconomus generalis nomine fisci apostolici constituitur in omni prouincia.*

7 *Capitulum sede episcopali vacante quomodo succedat in iurisdictione.*

8 *Capitulum sede vacante an fungatur authoritate doctorandi quando episcopus defunctus est.*

9 *Capitulum post obitum episcopi dicitur habere iurisdictionem episcopalem, tamquam successor episcopi, sed non confert beneficia, nec dispensat, nec facit gratias, nu. 11.*

10. *Capitulum sede vacante tenetur ad præscriptum conciliare constituere vicarium.*

12 *Reductionis ad manus regias prouisio viu cognita in dominio Mediolani.*

13 *Oeconomum decet esse personam religiosam.*

14 *Sedes vacare quando dicatur.*

15 *Episcopus quando constituat œconomum.*

16 *Ecclesia vacante propter discordias patronorum quid remedij concedant sacri canones.*

17 *Brachio sæculari aliquando vtitur episcopus ad frenandum petulantiam patronorum simul contendentium, & cur.*

18 *Oeconomi officium quale sit.*

19 *Oeconomus non deputatur per iudicem, ad quem, nec per delegatum sine speciali mandato.*

20 *Oeconomus potest esse vnus ex præsentatis, modo absit scandalum.*

21 *Cap. auaritiæ. de electio. in 6. quando non obstet præsentato.*

22 *Oeconomus deputatur quoque prælato inhabile circa administrationem existente.*

23 *Oeconomus constituuntur validè quattuor cõcurrentibus.*

1 Œconomatus † inuentum summa cum ratione subsidiarium reputari debet,
2 siue de Oeconomo † capitulari agatur, siue de Episcopali, non quatenus ad Regium, aut Principalem Oeconomũ referatur, nam quicquid faciunt Principis
3 † ministri, dicitur factum à Principe. l. eos. in fin. C. de vsur. Borell. consi. 82. num. 24. constituitur quoq; in omni prouincia
4 Oeconomus † generalis à Summo Pontifice nomine Fisci Apostolici, vel in particulari, vel in vniuersum, tum ad asseruã-
5 dum, tum etiam ad recuperandum † bona ecclesiæ. cap. cum vos. de offic. ordin. Archidiac. ad cap. præsenti. eod. tit. in 6. Hostiens. ad cap. ea quæ de stat. Monach. & Frãc. March. Dec. 552. n. 3. par. 2. vel qui statim adipiscitur custodiam beneficiorũ vacantiũ quę sibi reseruat Papa, donec eis prouisum sit, vel cum beneficiũ vacat ex resignatione. Etenim explorati iuris est,
6 quòd prouisio † Oeconomi continet gratiam Sanctissimi. Bero. consi. 15. nu. 2. vol. 1. qua sede vacante debet præfici à capitulo bonis mensæ, & Episcopatus regendis, vt interim defendantur iura ecclesiæ, & seruentur fructus successori cap. 1. & 2.

ne sede vac. c. 1. c. quia propter & c. cum ecclesia. de election. d. c. cum. vos. de offic. ordin. glo. ad c. iudicatum. 89. distinction. Franc. March. Decis. 90. & cxi. par. 1. iuncta. Decis. 552. par. 2. quandoquidem
7 capitulum † sede vacante succedat in iurisdictione. Innoc. ad cap. vt nostrũ. vt eccles. benef. nisi sit delegata Episcopo, vel aliter cõpetat de iure speciali. c. verum ibiq; Abb. num. 8. cum seqq. de for. compet. & idem Abb. ad c. cùm olim. nu. 2. de maior. & obed. ubi vlterius subiungit, ca-
8 pitulum † sede vacante habere auctoritatem Doctorandi, Alex. cons. 110. vol. 6. vt sæpius obseruari vidimus nostra tempestate in nobilissimo Gymnasio huius Regiæ Ciuitatis bis vacante sede episcopali, tum ob mortem Illustriss. & Reuerendiss. Card. Hyppoliti Rubei episcopi Papiensis, tum inde Reuerendiss. & Religiosissimi episcopi Saulij obitum, qui immediatè successit memorato Cardinali in episcopatu. mox peruenit, Diuino munere ità elargiente, ad meritissimum prudẽtissimum, & nũquàm satis laudatum pro dignitate Pastorem, Gulielmum Bastonium, Dominum meum perpetuò colendissimum, hoc tempore Nuntium Apostolicum vigilantissimum, & ornatissimũ in Regno Neapolitano, sic habetur apud Franc. March. Decis. 92. par. 1. Dicitur
9 namq; † successor Episcopi, iurisdictionẽ habet Episcopalem, potest confirmare, suspendere, & instituere præsentatum, sed pro exercenda iurisdictione, etiam contentiosa, quam anteà non habebat. Felyn. cons. 40. in fin. Vicarium consti-
10 tuere tenetur, etiam ex Sacro † concilio Tridentino de reform. sess. 24. cap. 16. ità declarat Sbrozz. tractat. de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 15. & 16. Nec tamen
11 potest conferre † beneficia, aut dispensare nec facere gratias, nisi consuetudine aliud introductum fuerit. c. 1. ne sede vac. in 6. Franc. Marc. Decis. 93. par. 1. Federic. de Sen. cons. 30. & 40. atq; Pauini. tract. de auct. cap. sede vacant. quæ. 5. primæ part. principal. vnde in florẽtissimo Dominio Mediolani non fit, & meritò, post obitum
12 episcopi reductio † ad manus Regias, quicquid in alijs regionibus obseruetur ex pontificio priuilegio, quando deficit constitutio Oeconomi generalis, postquã per eam, reductionem scilicet, nõ tollitur alicui possessio. Henric. Boich. ad c. examinata. de iud. sed pia mente tẽdit ad impediendas multas grassationis, & prædationes, quæ ab improbis fieri solent in bonis ecclesiæ vacantis, vt cumulatè prosequitur Tessaur. Deci. 131. Franc. March. Decis. 90. par. 1. & d. Dec. 552. cui periculo æquius. rationabilius, & opportunius prouidetur per remedium Deputationis
13 † oeconomi, qui sit persona Ecclesiastica, etiam sic iubente consuetudine. d. c. iudicatum, & c. edoceri de rescript. atq; Specul. tit. de Oeconomo in princip. Cucchus eod. tract. nu. 13. & prædicta obtinent locum etiam episcopo electo, & nõdum adepta possessione, quia adhuc dicitur ipsa
14 † sedes vacare. Felyn. d. cons. 40. nu. 4. At episcopus constituit oeconomum benefi-
15 cio † vacante, vel intra quadrimestre nemine adhuc præsentato, vel lite durante inter præsentatos à compatronis: vel inter Episcopum, & patronos, qui de fructibus, atq. de beneficio curam habebat. ex constitutione conciliari d. cap. 16. & d. c. cum vos de offic. ordin. cum multis adductis per Borgn. Decis. 11. num. 53. part. 3. Graff. aur. Decis. par. 2. lib. 2. cap. 26. nu. 8. Nec desũt alia remedia, si ecclesia vacet per contentiones patronorũ, vel quando ingruit scandali timor, præsertim verò remedia c. 1. & 2. de iur. patronat. vbi si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore, abstinetur in ecclesia à Diuinis, episcopo interdicente ecclesiam: & in ruborem, verecundiamq; patronorũ inde extrahũtur reliquię, quibus nil clarius, nihil optatius, nihil dignius, nil deniq; ad tutelam ciuitatis aptius: cum ex Sacro Concilio Trid. & anteà ex Synodo Maguntina Reliquiæ Sanctorum sint veluti diuine, gratiæ olim receptacula. verissima Christi membra ac pura Spiritus Sancti domicilia vt multimode probat F. Eman. Roderic. Tom. 3. quæst. Regul. q. 55. artic. 1. vbi etiam de canonizatione S. Didaci agit, solennissimè celebrata Compluti de concilio potentissimi pijssimi, & Christianissimi Regis nostri Philippi secundi, Regum Maximi: optimiq. Hostia quoq; clauduntur, donec ad concordiam

reuo-

reuocentur, vt optime explicat Lambertin. tractat. de iur. patron. lib. 1. par. 2. 1. q. principal. erud. 30. & 31. vbi amplius subiungit, quòd episcopus potest vti brachio
17 † sæculari, quando scandalum imminet ex contentione patronorum per text. in c. 1. de offic. ord. in c. cum non ab homine de iudic. & Glo. in c. vlt. de excessib. prælat. vbi quando ecclesia amplius facere non potest implorare debet auxilium sæculare, & compellere. de quo argumento diximus supra remed. xxi.

Porrò Oeconomus ecclesia vacante,
18 vel lite pendente habet † curam, & administrationem bonorum, atq; ecclesiæ, teneturq; reddere rationem, taxata sibi cõpetente mercede. nec potest impediri à colligitantibus, etiam interposita appellatione ab electione Oeconomi d. c. cum vos. Borgnin. Decis. 37. nu. 51. & 52. par. 2. Nec competit hęc prouincia deputandi Oeconomũ qui administret bona ecclesię
19 litigiosæ, vel vacantis ad Iudicem † delegatum in causa beneficiaria sine speciali ordine, etiã si sit iudex appellationis iuxta traditionem Sacratissimi concilij supra allegati: sed ad episcopum pertinet facultas peputandi pro arbitrio suo ecclesia va-
20 cante Oeconomum, etiam si esset vnus † ex præsentatis, vel institutis, si absit scandalũ vitæ periculosum, vt attestatur Lambertin. d. artic. 30. dum affirmat, quòd ipse litę pendente fuit bis constitutus administrator beneficij eidẽ collati, alios ad rem hanc refert Caualcan. Decis. 26. num. 60. par. 3. & Rot. Rom. Decis. 363. nu. 3. lib. 3. par. 3. in nouissimis, vbi Oeconomus decretus habet facultatem locandi bona, tam alijs, quam sibi, modò dolus malus non interueniat, quem debet probare allegans illum ob pręsumptionem assistentem personæ religiosæ electæ à Pastore, quòd sanè mandatum superioris, trudit
21 obicem c. auaritiæ † de election. in 6. nec sinit in electum reijci auaritiæ cęcitatem, & damnandæ ambitionis improbitatem, Oldrad. cons. 9. Gig. tract. de intruso. nu. 25. Gabr. cons. 199. nu. 4. vol. 1. & Bertachin. de episcopo par. 2. princip. lib. 3. & 4. Alio prætereà modo subsidiarium hoc remedium dignoscitur, quia deputatur
22 quoq; Oeconomus, quando Prælatus † non potest administrare, nedum quando ecclesia, parochialis, vel alterius ordinis vacat. eleganter Lælius Zecchus tractat. de benef. & pension. ecclesiast. cap. 7. nu. 6. & 7. vbi in constitutione Oeconomi
23 considerantur quatuor † præcipua requisita hactenus prægustata scilicet quòd fiat deputatio per episcopum: quod ecclesia sit litigiosa, vel vacans vel Prælatus impotens circa administrationem quod sit differenda collatio, seu institutio: & quod Oeconomus sit inter religiosas personas.

REMEDIVM CXVI.

Ex cap. acua. iuncto ca. proposuisti, de consecrat. eccl. vel altar. cap. ecclesijs. 68. distinct. & ca. ecclesiis de consecr. distin. 1. circa reconciliationem ecclesiæ semine humano, vel ob magnam sanguinis humani effusionẽ pollutæ expensis episcopi in subsidium peragendum.

SVMMARIVM.

1 *Reconciliatio ecclesia polluta qua requirat.*
2 *Reconciliationis ecclesia polluta sumptus debent fieri per episcopum in subsidium.*
3 *Ecclesia regularis in materia reconciliationis quomodo differat à sæculari.*
4 *Regulares Prælati an ex se possint recõciliare eorum ecclesias pollutas.*
5 *Vicarius generalis non potest vt vicarius reconciliare ecclesiam pollutam.*
6 *Ecclesia consecrata signa, & coniectura.*
7 *Testis vnius dictum recipitur in materia nemini præiudiciali.*
8 *Ecclesia an præsumatur consecrata ex temporis solius diuturnitate. & cur. nu. 9.*
10 *Publicato in donatione an præsumatur temporis longissimi cursu, & quãdo sub nu. 11.*
11 *Publicatio donationis requiritur in omni donatione etiam ex causa dotis, & facta pijs locis, & cur. & quid sit publicatio.*
12 *Publicatio resignationis beneficij an requiratur, & quando præsumatur. nu. 13.*

1 REconciliatio † ecclesiæ voluntariè, illicitè, iniuriosè,
& publicè pollutę per magnam effusionē sanguinis,
aut seminis humani debet
fieri expēsis illius, qui eam
eam violauit, si est soluendo, alioqui si ecclesia
esset curata, & violator esset pauperculus,
reijceretur onus in parochum
quatenus eius redditus essent idonei oneri
ferendo, nisi oppositum iuberet consuetudo,
aut statutum. At vbi parochus, &
ipse pauper esset, tunc sumptibus parochianorum,
& post eos in subsidium, scilicet,
2 in defectum † omnium debet episcopus
suis expensis ecclesiam reconciliare.
ca. ecclesijs, distinct. 68. ca. ecclesijs de
consecr. distinct. 1. cap. aqua, & cap. proposuisti.
Ibi Io. Andr. & Abb. de cōsecrat.
eccl. vel alt. c. vnico. vbi glo. eo. tit. in 6.
Nauar. Manual. c. 27. num. 256. cum seq.
Thesaur. for. ecclesiast. p. 1. ca. 5. num. 18.
vbi eadem vtitur distinctione, quando
ignoraretur auctor pollutionis. Quod si
3 ecclesia polluta esset † regularis sine cura
animarum, atq; ignoraretur, quis violauerit
ecclesiam, vel etiam sciretur, sed is
non esset soluendo, tunc nec populus, nec
4 episcopus teneretur post quam Prælati † regulares,
etiam quoad minoritas de obseruantia,
& quoad alios mēdicantes habent
à Pōtifice Maximo potestatem, & diplomata
ad ecclesias suas pollutas reconciliandas,
vt patet ex Bullis Pontificijs superinde
editis, tum ab Eugenio IIII. concessis
congregationi Cassinensi, tum etiam à
Leone X. Fratribus minoribus de obseruantia,
iuxta traditionem F. Emanuel Roderic.
suis q. canon. seu regularib. tom. 1.
q. 19. art. 6. & Graff. cons. 2. nu. 14. cum
sequentibus. lib. 3. de cōsecrat. Eccl. Gregor.
Sayr. Thes. cas. conscient. lib. 5. cap.
16. nu. 31. & vt latius continetur in libro
nuncupato (monumenta ordinum) vbi
quoque de priuilegijs concessis Fratribus
Carmelitis, & Augustinianis in hoc argumento,
& circa consecrationes ecclesiarū,
vel altarium, quæ omnia sunt intelligēda
in diluenda, ac abstergenda pollutione
ecclesiæ iam consecratæ, non etiam si ecclesia
polluta non esset adhuc consecrata,
quandoquidem in hac reconciliatione
nullus fere sumptus exquiritur, postquam
solus sacerdos à se potest eam reconciliare
cum aqua benedicta, dicto cap. aqua, &
glo. in cap. vlt. ver. lauetur, de consecrat.
eccl. vel alt. ecclesiam autem consecratam
solus episcopus cum aqua à se, vel ab alio
episcopo benedicta debet reconciliare.
Gregor. Sayr. thesaur. casuum cōscientiæ.
lib. 5. d. c. 16. nu. 9. vsque adeò, vt nec vica-
5 rius † generalis possit reconciliare ecclesiā
consecratam, nisi, & ipse sit episcopus,
habeatque mandatū speciale, cum reconciliatio
ecclesiæ sit de reseruatis episcopo,
sitque ordinis episcopalis, idcirco cessante
priuilegio sit indelegabilis, quoad non habentes
iurisdictionē episcopalem. Didac.
var. resolut. lib. 3. cap. 20. nu. 3. Sbroz. de
vic. epis. lib. 2. q. 10. & Graff. d. cons. 2. nu.
15. cum sequentibus solet tamē frequentius
fieri per episcopum viciniorem de
consensu diocœsani; sicuti quando in loco
non reperitur officialis, defectus omnis
suppletur pro officialem in loco proximo
existentem. Bart. ad l. 1. C. de can. larg. tit.
lib. 10. Dec. in c. proposuisti. nu. 20. & 23.
de probation.
6 Cæterùm dignoscitur ecclesia † consecrata,
vel ex scriptura, seu instrumento
dotationis, vel ex antiquis libris ecclesiæ,
veluti columna, seu saxo, aut tabula marmorea;
vel ex crucibus rubeis pictis ad
parietes ecclesiæ, vel ex dicto testis, etiam
si vnicus sit, vel de visu, vel de auditu, cum
non agatur de præiudicio alicuius, sed de
7 commodo multorum † quo casu recipitur
dictum vnius testis. Innoc. ad rub. de cōsecrat.
eccl. vel Alt. Abb. in d. c. vlt. Sayr.
dicto loco. nu. 31. vltra quod scribit Frāc.
Leo Thes. for. eccl. par. 2. cap. 29. nu. 27.
ecclesiam non consecratam gaudere codē
priuilegio quo consecrata, vt in oratorio.
In dubio autem non præsumitur conse-
8 crata † ecclesia etiam per diuturnitatem
temporis. cap. ecclesiæ, & cap. solemnitates
de consecrat. distinct. 1. & Mascard.
de probat. conclus. 415. & 582. vbi in extremo
distinguit inter cathedrales ecclesias,
quæ præsumuntur consecratæ, &
inferiores, sicuti diuturnitas temporis nil
præstat ad præsumendam solemnitatem
extrinsecam, cui partes non possunt re-
9 nuntiate, † multo minus quando ageretur

de

de magno præiudicio tertij, & solemnitas requireretur post perfectionẽ actus. Bart. in l. sciendum. nu. 3. cum sequentibus. ff. de verb. oblig. Osasch. Decis. 173. nu. 6. cum adductis per D. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. in fi. Gabr. suis cõmunibus tit. de præsumpt. conclus. 1. n. 53. cum sequentibus & Mascard. de probat. conclus. 1315. nu. 13. & sequenti.

Exemplũ est in publicatione donatio-
10 nis † ad præscriptum nouarum constitutionum tit. de donat. ad fin. quæ trina requiritur in quacumque donatione quæ dimidia non sit minor, etiam ex causa dotis quæ non reperitur specialiter priuilegiata, & quia etiam donatio facta pijs locis indiget d. solemnitate, vt habetur in d. no. constit. de donat. & probat Gallia conf. 100. nu. 25. & voce præconis facta in loco publico coram multitudine personarum, vt transeat in notitiam viciniæ
11 seu populi, & omnibus innotescat † donatio, & per iterationem actuum magis, atque magis elucescant actitata, nec sufficerent quattuor testes, corã quibus solis esset facta absque multitudine astantium Abb. cons. 99 lib 1. postquam vox preconis paucis innotescit, & cui solennitati non potest expressè, vel tacitè renuntiari: Berret. noster cõs. 11. nu. 4. 6. & 14. Nam non probata per donatariũ publicatione irrita manet donatio, neque expurgatur hæc nullitas per cursum temporis etiam longissimi. nisi concurrat possessio saltem tricennalis illius, pro quo facit illa præsũptio. Alex. cons. 17. col. 3. vol. 4. Gabr. d. conclus. 1. num. 64. ac Menoch. d. præsumpt. 132. num. 45. cum sequen. vnde in materia beneficiaria, in qua requiritur
12 publicatio † resignationis etiam ex constitutionibus Pontificijs ob multas rationes, de quibus apud Flamin. Paris. tract. de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. præsumi-
13 tur † publicatio, si regnatarius per triennium integrum, & continuum possedit beneficium resignatum ex vi. regulæ de triennali possessore mirifice discussæ per Sarnen. Epis. Gomez. nisi ageretur de spolio: vel superior vellet videre publicationem Flamin. d. tract. lib. 11. quæst. 14. nu. 26. cum seqq.

REMEDIVM CXVII.

Ex l. nec ei. §. præterea. iunct. l. nam & fæminæ. ff. de adopt. circa adoptionem, & anvnio prolium sit species adoptionis. Vid. Gail. obseru. 125. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Adoptio remedium est subsidiarium, & nu. 10.*
2 *Filius spurius an possit arrogari omisso medio legitimationis.*
3 *Adoptius non habentur loco filiorum in materia praiudiciali tertio, & cur. num. 4. atq; nu. 8.*
5 *Adoptiui quando non contineantur appellatione descendentium sine signi vniuersalis adiectione, & nu. 6.*
7 *Testamentum patris adoptantis imperfectũ an valeat inter liberos.*
9 *Adoptiuos non succedere in feudo non est perpetuò verum.*
11 *Clericus an possit adoptare.*
12 *Fœmina quando validè adoptent.*
13 *Adoptio non præsumitur, neque illius solemnia.*
14 *Adoptionis requisita septem.*
15 *Adoptiui an habeant suitatis prærogatiuam.*
16 *Adoptione an acquiratur, vel amittatur nobilitas.*
17 *Adoptiui an succedant in iure patronatus.*
18 *Adoptione irrita num corruat donatio, vel institutio filij adoptiui, & quid in dote data filia adoptiua.*
19 *Intellectus l. vltima. §. si à socero. ff. quæ in fraudem cred.*
20 *Ciuilitas in quibus consideretur, & qualiter naturalis distinguatur ab accidentali.*
21 *Ciuilitas an possit concedi per solam ciuitatem absque consensu Principis.*
22 *Ciuilitas acquisita ante traditionẽ, sed post contractum num prosit.*
23 *Ciuis ex priuilegio non implens qualitates requisitas ex priuilegio, quomodo indicandus, an purget moram.*

Cripta est ab Vlpiano I.C. antesignano. l. nec ei. §. praeterea. ff. de adoption. quam expendit nõ insubtiliter. Bald. cons. 24. lib. 1. decidens patrem habentem filios legitimos, & naturales, non posse vti remedio adoptionis
1 seu arrogationis † subsidiario illis, qui non habent prolem, nisi ex speciali autoritate, vel commissione Principis: imò si ageretur de proprij filij, qui spurius esset, arro-
2 gatione † requireretur, quod Princeps id faceret de plenitudine potestatis, cum plenius & magis propriè ei conueniat legitimatio, vnde perperam recurritur ad hoc remedium, stante alio remedio ordinario. Bald. cons. 267. nu. 14. vol. 1. Rip. ad l. si vnquam. nu. 60. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 289. num. 9. Rom. singul. 627. Franc. Marc. Decis. 883. num. 4. part. 1. Multò minus id licebit, quando adoptio
3 † verteretur in praeiudicium tertij, veluti in fideicommissis, in cõditionibus, in immunitatibus, in prouisionalibus, in statutaria dispositione exclusiua foeminarum ob masculorum existentiam, in donationibus infringendis, & huiusmodi ad fraudes, atque decipulas vitandas. l. fideicommissum. ff. de cõdition. & demõstr. Anania cons. 27. ibique Bolognin. in additio. Bald. d. cons. 24. Thob. Non. cons. 100. Rip. d. l. si vnquam nu. 63. cũ seqq. Osasch. Decis. 126. Thesaur. Decis. 267. num. 12. vbi de excusatione à muneribus. Dec. cons. 379. Rebuff. de sent. prouis. artic. 2. glos. 2. num. 29. abundè D. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 89. Fab. Turret. cons. 14. nu. 17. vol. 2. Ruy. cons. 119. num. 2. & 3. vol. 1. quia solummodo in
4 casibus † à iure expressis adoptiui veniunt filiorum appellatione. Gail. ibidem n. 13.
5 & 14. nisi liqueat de contraria † voluntate testatoris. Ruyn. praedicto loco, vel in dispositione loquẽte de filijs quouis modo descendentibus, quia intelligitur illa particula vniuersalis (quouis modo) scilicet verè, vel fictè: atque ita filij adoptiui, qui fictè sunt filij, includuntur, postquam etiam spurij continerentur sub d. verborum amplitudine. Idem Menoch. praesumpt. 78. nu. 69. lib. 4. non ita vbi de de-
6 scendentibus † tantum mentio facta esset absque signo vniuersali. Pancirol. cons. 134. Distinguendo etiam cum Pereg. de fideicommiss. art. 22. num. 91. cum duobus sequentibus. Qua ratione testamen-
7 tum patris adoptiui † imperfectum inter filios adoptiuos, nihil valere tutatur. Decian. cons. 127. num. 4. cum sequentibus. vol. 3. Rursum adoptiui, vel arrogati ne-
8 quaquam succedunt, nec in maioratu, † neque in iure primogeniturae. Molin. de iur. primogen. lib. 1. c. 4. num. 50. & seq. neque in emphyteusi, nec in feudis, ne inuitetur quispiam ad supplantandum successorem. cap. adoptiuus, si de feud. def. fuer. controu. Pancirol. d. cõs. 134. Schrader. de feud. par. 7. cap. 5. num. 19. & 20. Gayl. obser. 136. lib. 2.
9 Nisi vel statuto, † vel consuetudine ita obtineat, vel ab initio ea conditione sit concessum feudum, vel aliàs arrogatus, seu adoptatus esset in feudo successurus, vel ad feuda sit habilitatus apertè per Principem adoptiuus, arrogatusuè quo casu fit feudum nouum in persona habilitati, nisi ex dispensatione aliud appareat, vel dicatur, aut id ita sit expresſè prouisum à Principe, cuius autoritate processit arrogatio, etiam in agnatorum praeiudicium cum consensu domini. iuxta egregium locum Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 30. nu. 34. vsq; ad fin. Afflict. Praeposit. & Aluarot. in d. c. adoptiuus filius. D. Menoch. qui loquitur de Illustrissimo Alexandro Marchione Pallauicino filio adoptiuo Illustrissimi Sfortiae Palauicini. cõs. 503. vol. 6. ac Pereg. cons. 3. vol. 1. & adoptionis factae de Illustrissimo Marchione, & comite Ambrosio Antonio Scarampo Cribello extant phalanges responsorum per classicos viros editorum, vt apud D. Menoch. cons. 975. lib. 10. qui tamen pro Illustr. DD. Fratribus Scarampus respondit. Atqui post redditam cõsultationem. Surd. cons. 317. vol. 3. ego cum per multis primi ordinis I.C. memini meam operam libenter impendisse pro memorato Illustrissimo Marchione, strenueque desudasse. Id quod indicabit cõsultatio mea propediem (Deo fauente) typis committenda vol. 2.
10 Constat insuper in subsidiũ † esse adinuẽtum hoc ipsum remedium, quia etiam clerico,

11 clerico, † qui non potest sine vitio, turpitudine, & scandalo habere filios, sit protestas adoptandi, nisi sit in aliena protestate. Surd. cons. 555. num. 1. & 2. vol. 4.
12 sic etiam fœminæ † ex rescriptio Principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt. §. fœminæ. Instit. de adopt. & l. nam, & fœminæ. ff. eod. Verumtamen non consistit adoptio, nisi simul concur-
13 rentibus septem: nec adoptio † præsumitur, neque eius solemnia, nisi aliunde appareat de substantia adoptionis. Decian. cons. 120. nu. 20. vol. 3.

In primis autem requiritur. vt notat
14 Gail. obseru. 125. nu. 8. lib. 2. † quod in scriptis fiat. Secundò coram magistratu. Tertiò authoritas Principis, vel magistratus. Quartò causæ cognitio. Quintò præsentia tam adoptantis, quàm adoptati. Sextò requiritur, quòd fiat vtrique loquenti ex vi stipulationis ad eam necessariæ. l. vlt. C. de adoption. §. adoptio autē. Instit. eod. l. etiam. ff. eod. Franc. Marc. quòad arrogationem: non etiam quòad adoptionem in specie sumptam Decis. 883. par. 1. Alex. cons. 141. lib. 6. vbi, si quis promisit aliquem tractare, vt filium, ille actus non sonat in adoptionem, nec tribuit ius successionis, nec obligat ad debita persoluenda. Signorol. cons. 127. & 218. Paris. cons. 16. nu. 20. vol. 2. Decian. d. cons. 120. nu. 12. cum seq. Vltimò requiritur vocatio agnatorū in arrogatione. Franc. March d. Decis. 883. p. 1. Qui-
15 bus roborata præsidijs adoptio † impertitur adoptiuo ius suitatis, & ius succedendi, atque nobilitatem durante saltem arrogatione: non etiam sanguinis coniunctionem, neq; filiationē. Put. Decis. 505. lib. 2. Alex. cons. 125. in fin. lib. 4. & Decian. d. loco. num. 9. per l. 1. §. suos hæredes. ff. de suis, & legitim. & §. adoptiui. Instit. de exhæred. liber. cum nō paucis alijs ibidem adductis. Adiungitur. Boer. cir-
16 ca nobilitatem, † & circa gestationem insignium. Decis. 13. Franc. Marcus Decis. 882. par. 1. & conferūt quæ tradit Tiraq. tract. de nobilit. cap. 15. nu. 6. vbi ait adoptiuos ex nobilitate parentum nonnihil fieri splendidiores quatenus eorum nomē antea foret obscurius. præclarè Cioff. cons. 157. lib. 1. instar Octauij qui adoptatus à C. Iulio Cæsare dictus est C. Iulius Cæsar. Octauianus ex Tullio in oration. pro domo. Retenta quoque notabilitate (si quæ subsit) patris naturalis. Cassan. de glo. mund. p. 8. quæst. 23. vnde quando
17 est adoptiuus hæres patris, † succedit in iure patronatus hæreditario: sed non familiari ratione præiudicij, nedum enixæ fundatoris dispositionis. Roch. de Curt. de iur. patr. versic. ipse, vel is à quo nu. 77. Lambert. eo. tract. lib. 1. par. 2. artic. 24. secundæ quæst. principal.
18 Vbi autem adoptio esset † irrita, tunc nec donatio consisteret neque institutio facta in fauorem adoptiui, vtpote cessante causa finali. Alciat. cons. 7. num. 2. lib. 8. Venetæ impressionis Decian. cons. 120. nu. 13. & seq. vol. 3. Surd. cons. 1. nu. 6. & seq. vol. 1. ac Illustrissimus Card. Mantica. tract. de coniect. vlt. volum. lib. 4. tit. 5. nisi ageretur de donatione facta puellæ adoptiuæ, quę deinde nupsisset datis in dotem bonis, quæ habuit titulo donationis, vel etiam hæreditario, quia donec durarent nuptiæ non possent bona auocari à marito, penes quem reperiuntur titulo oneroso etiam secuta declaratoria super nullitate adoptionis, vt tradit Rolan. à Vall. cons. 85. nu. 12 vol. 3. & fusius Lancelot. Gall. ad consuetud. Alex. versic. viginti. quæst. 8. num. 55. cum sequentibus, quia maritus semper dicere posset, ego non eram ducturus nisi tanti dotatam, intelli-
19 gendo † text. in l. vlt. §. si a socero. ff. de his quæ in fraud. cred. secundùm Vincen. de Franc. Decis. 104. nu. 4. par. 1. scilicet procedere agendo, & non retinendo, ideoq; si iam maritus habuisset dotem à spuria vxore, etiam vltra metam alimentorum, non posset constāte matrimonio reuocari: secus si vir ageret ad dotē promissam. quicquid senserit Rip. in l. 1. num. 60. ff. sol. mat.

Quibus finitimū est, quod passim traditur de ciuilitate ex priuilegio parta, quā nuncupant nostrates adoptionem in ciuē. veluti habetur in l. ciues, vbi Luc. de Penna. C. de incol. lib. 10. Alb. cons. 497. vol. 3. probauimus nos tractatu. de fiction. c. 9. casu 14. quæ non minus operatur, quā
20 illa originaria, exceptis † casibus in quibus vocantur, seu admittuntur dumtaxat oriundi,

undi,& in quibus distinguitur causa naturalis ab accidentali. l.1.§.1. ibi, nisi forte priuilegio aliquo. ff. ad municipal. Menoch.cons.165, Gallia ad consuet. Alex. præfation.8 nu.51.& seq.quem refert,ac sequitur.Surd.cons.461.nu.6.vol.4.esto,
21 quod ciuilitas sit concessa per ciuitatem † solam absque consensu Principis, etiam inspecta dispositione nouarum constitutionum. Alb.d.cõs.497. quamuis eisdem cautum sit.tit.de pœn.§. omnibus ciuibus quod nullus potest effici ciuis aliarum ciuitatum non suppositarum dominio Mediolani sine consensu Principis, vel Senatus. Quare in ditionibus,in quibus forenses declarantur incapaces,quoad acquisitionem immobilium, vt in dominio Mediolani ex §. collegijs, sub titu. de pœnis, hoc remedij est,vt forẽsis studeat cooptari inter ciues ex priuilegio, ante tamen traditionem actualem, tametsi concessa reperiatur post perfectum contractum, quandoquidem idem præstet, ac si tẽpore
22 † contractus esset factus ciuis. Surd. in terminis.cons.569.num.6.vol.4. Sim. de Prætis. cons. 135.nu.34.

Neque fieri reor iacturam ciuilitatis absque præambula declaratoria,quamuis intra annum,vel aliud limitatum tempus non emerit ciuis factus domum, aut non custodierit incolatũ statis mensibus anni, interea vero, scilicet ante declaratoriam, potest hoc modo adoptarus in ciuẽ pur-
13 gare † moram emendo domum, vel ædificando,vel conducendo.Menoch.pleno cons.131.vol. 2. quod fuit confirmatum per Decian.cons.11.volu.2. quæ sane sibi, arrogant locum, quoad validitatem acquisitionis alioqui interdictæ forensibus, secus respectu suppositionis feudatarijs, vel eorum Prætoribus,& quoad sustinenda onera cum Ruralibus pro tempore, quo non seruarunt ciuilitatem habitando in ciuitate statis temporibus. anni. vt in no.constit.titu. de onerib.§. quicumque. Menoch.de arbitr.iud.casu 155. Boss. de princip.nu.109.& Surd. cons.48.nu.13. cum seqq. volu. 1. Hodie tamen emanarunt noui ordines, quibus tenaciter hærendum.

REMED. CXVIII.

Ex cap. quoniam multos. 11. q. 3. & cap. inter alia. §. illud autem. de sent. excom. circa impunitam participationem cum excommunicatis, quoties fieri constat in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Participatio qua sit: cum excõmunicatis quando permissa, tam in spiritualibus, quam in temporalibus. nu.4.*

2 *Necessitas non seruat legem etiam inter excommunicatos, & cur. nu.3.*

5 *Aduocatus, & medicus non sunt sub prohibitiua regula participandi cum excommunicatis, & quid si, & ipse aduocatus, vel medicus esset excommunicatus.*

6 *Subsidia vitæ necessaria non denegantur excommunicatis,nisi aliter liqueat de mente superioris.*

7 *Intellectus ad c. sacris, de. his, quæ vi, vel met.cau.*

8 *Excommunicatus denuntiatus vel vitandus an possit testamentum condere validum, & an peccet ipse cum testibus rogatis.*

9 *Excommunicatus an contrahere tuto possit, & an obligetur, remissiue.*

1 Nter causas, quæ à participatione † cum excommunicatis excusant, intelligendo participantẽ iuxta traditionem Sayri.sua claui Regia. tract.2. lib. 10. cap.12.ad quinque casus reuocatas, hisq; versibus contentas, de quibus in glo. cap. cùm desideres ver. excommunicationis pœnam:de sent.excommunicat.nimirũ.

Hæc Anathema quidem faciunt, ne possit obesse,vtile,lex,humile,res ignora-
2 ta,necesse: refertur † necessitas, tam excommunicati, quam participantis cum eo.ca. quoniam multos. 11. q. 3. c. inter alia. §. illud autem de sent.excom. Nauar. Manual.cap.27.nu.26. Didac.ad c.alma mater par.1.§.1. nu. 8. cum seq. de sent. excommunicat. in 6. F. Eman. Roder. quæst.canonic. seu regul. tom. 2. quæst. 61.artic.

81. artic. 1. vbi expendit Bullam Pontificiam Gregor. ix. Fratribus minor concessam quia si excusat † vtilitas vera, & non
3 ficta: fortius ipsa necessitas eiusdem ordinis: vel sit necessitas absoluta, & extrema; vel magna, & notabilis incommoditatis; Gregor. Sayr. Thesaur. casuum cōscient. lib. 2. cap. 14. nu. 29. cum seq. vbi alios nō paucos adducit, extendendo Theorema
4 tam ad † spiritualia, quàm ad temporalia, veluti de Baptismo dicemus Deo Dante ab excommunicato in subsidium ministrando sub debita forma: & cum intentione baptizandi quando non occurreret alius non excommunicatus, à quo id beneficij pro infantulo assequi possimus: qua ratione aduocati excommunicati patrocinium validè peti posset, & pro ex-
5 communicato reo potest quis esse † aduocatus nec ius suum perdet, sicut consuli potest medicus excommunicatus in subsidium: quando alterum æque peritum cōmodè haberi denegatur, & res nostras aliter tueri non possumus. Abb. in c. intelleximus num. 7. de iudic. Socin. in d. c. inter alia num. 99. de sent. excommunication. Caietan. ver. excommunicatio. cap. participatio cum excommunicatis. Mul-
6 to q; magis necessaria ad vitæ † sustentationem ingrediuntur calculum hunc subsidiariū actiuè, & passiuè c. si vere: de sent. excommunic. nisi à Romano Pontifice sub excōmunicationis pœna esset iniunctum, ne quis subueniat excommunicatis vt dicitur de proclamate, seu edicto contrà certum genus bannitorum vt ex Corduba. tradit idem Sayr. citato loco. nu. 35.
7 Nec mutat text. in † c. sacris: de his, quæ vi, vel met. caus. vbi participans cum excommunicato etiam ob metum mortis peccat mortaliter, quia soluit nodū Sayr. prædicto loco. nu. 43. inquiens illius text. sanctionem eò tendere, quando contingit communicatio, in diuinis quo ad præiudiciū fidei Catholicæ, vel quod contemptū clauium, seu disciplinæ ecclesiasticæ, alias in temporalibus, & humanis metus iustus qui cadat in cōstantem virum excusat ab excommunicatione Couar. vbi supra nu. 9. Sot. 4. distinct. q. 1. nu. 4. post concl. 5. Pariformiter excommunicati etiam denuntiati (modò non pro hæresi etiā præ-

sumptiua tantum per lapsum integri anni cum animo obstinato absq; diligentia absolutionis interim habendæ ad præscriptū Sacri Concil. Trid. cap. 3. session. 25. præcedente declaratoria late Sayr. Thes. for. conf. lib. 2. cap. 10. num. 4. cum seqq. aut pro vsuris, vel pro percussione cardinalis)
8 Testamentum † validum, & codicilli præterea tenent, & legata ab eo relicta debentur, tametsi peccant testes rogati, qui interfuerunt Testamento, & rogans, non ex eo duntaxat; quod voluntas hominis sit de iure naturali, vel gentium, sed quia in subsidium tot, tantorumq; laborum, quibus paratæ sunt facultates, quasi gratiose fuit concessa facultas testandi hominibus, & alienatio, quæ fit in vltima volūtate, dicitur necessaria, vnde subuenitur etiam excōmunicatis in his, quæ proprie non spectant ad ecclesiæ communionem. Anch. Gemin. & Stephanus Costa ex Gentilibus nostris perspicacissimus simul, & sapientissimus ad c. decernimus de sent. excomm. in vi. Fel. in c. ad probandū de re iud. Abb. præclare in c. veritatis de dol. & contum. Clar. in §. testamentum. q. 24. Crass. tract. de success. §. testam. q. 24. cumulatissime Gab. suis communibus tit. de testam. concl. 1. Viuius. Decis. 96. lib. 9. Couar. ad Rub. de testam. par. 2. nu. 18. & abundè Sayr. Thesaur. casuum cōscient. lib. 2. cap. 9. vbi quoque de validita-
9 te contractus † celebrati cum excommunicato notorio, seu vitando: & denūtiato agit ex Abb. præc. loc. & alijs quibus accedit Doctrina Suarez. tract. de censur. Disput. 15. section. 8. & quomodo contrahentes cum excommunicato incidant in excommunicationem minorem: ac nunquid contractus sint firmi, & obligatorij, vel interim durante excommunicatione pendeat eorum executio. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 11. nu. 28.

REMEDIVM CXIX.

Ex. l. pro debito. C. de bon. aut. iud. possid. l. procuratoris. §. fi. si plures. ff. de tributor. & l. si hominem. §. quoties. ff. deposit circa concursum creditorum in subsidium admittendum.

SVMMARIVM.

1 *Concursus inter creditores quando admittatur, & cur. nu. 2.*

3 *Condemnato reo in centum, pro medietate erga offensum: pro alia dimidia erga fiscũ. qui reus habeat dumtaxat quinquaginta in bonis; quomodo concurrant fiscus, & priuatus. & num. 9. vbi distinguitur.*

4 *Fiscus in pari causa habet prælationis priuilegium.*

5 *Fiscalis vtilitas reputatur publica.*

6 *Fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis.*

7 *Fiscus in pœnis præfert causam lucratiuã.*

8 *Fauorabilior est conditio certantis de damno vitando, quàm de lucro captando.*

10 *Cõcursus duo alia exempla cum distinctione inter creditores hypothecarios, atq; merè chirographarios.*

11 *Dispositiones duæ priuilegiatæ quando concurrunt quid agendum.*

12 *Creditores vnius negotiationis contemplatione, quando, & quatenus præferantur cuicumq; alij creditori in bonis, & mercibus illius negotiationis.*

13 *Æs alienum quando respicere dicatur totũ patrimonium.*

14 *Societatis bona nõ dicuntur bona socij, nisi prius solutis debitis societatis.*

15 *Causæ duæ lucratiuæ concurrunt in subsidium.*

16 *Concursus plurium præsumptionum permissus subsidiariè.*

1 SI dixerimus † concursum
aliquãdo inter creditores
admitti in subsidium, rem
non nouam, nec inutilem
exponemus. Id quod pro-
bare videtur text. in l. pro debito. C. de
bon. aut. iud. possid. per regulam l. reos. §.
cum in tabulis. ff. de duobus reis, & l. 1. C.
si plur: vna sent. per quæ iura deciditur
quæstio inter fiscum, & priuatum, quãdo
3 reus esset condemnatus in centum, † vz.
quinquaginta fisco soluendis, & totidem
offenso præstandis, & tamen reus non est
soluendo, nisi in quinquaginta; tunc enim
concurrunt fiscus, & offensus, ità vt quili-
bet partem vindicet, cessante in hoc casu
prelatione fisci, tum quia priuatus præ-
tendit causam onerosam: tum quia agitur
de eodem facto, vndè ambo æqualiter
admittuntur. Ita in puncto defendit Pe-
regr. tractat. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 8. num.
12. contra Couar. lib. 1. var. resolut. cap.
16. num. 8. qui sensit pro fisco ex fisci
4 priuilegijs, vt in pari causa † præferatur
priuatio. l. 1. C. de iur. fisc. lib. x. proinde
si proponantur duo instrumenta eadem
die facta, vnum cum fisco, aliud cum pri-
uato, vtiq; præsumitur instrumentum fis-
ci anterius quamobrem potest fiscus iure
pignoris bona à possessore vendicare, nisi
is doceat temporis anterioritatem d. l. 1.
C. de iur. fisci Roman. singul. 158. Rip. &
alij ad l. 1. ff. sol. mat. cũ alijs aggestis per
Peregr. d. tract. de iur. fisc. lib. vi. tit. vi.
5 nu. 21. Accedit quòd fiscalis vtilitas † tam
quam publica est attendenda. Borell. cõs.
3. nu. 26. Verùmtamen fiscus non est pri-
uilegiatus, nisi in casibus à iure expressis,
l. idem iuris. ff. de compensat. l. vlt. ibiq;
Io. de Plat. C. de vsur. fiscalibus. Andr.
Gail. obseru. 90. nu. 2. lib. 1. & Surd. cons.
519. nu. 20. vol 4. ac Decis. 13. & 18. Vi-
uius. Decis. 537. lib. 4. Bertaz. cons. crim.
438. & copiosè Contard. de mom. poss.
q. 21. nu. 3. vbi etiam declarat. l. non pu-
to. ff. de iur. fisc. Quinamplius, cum fiscus
7 in pœnis † habeat causam lucratiuã. l. vni-
ca. C. pœnis fiscal. cred. præferr. lib. 10. & l.
apud celsum. §. auctoris. ff. de dol. mal. ex
cept. Petrus Caball. resol. crim. casu 56. n.
12. videtur potius decidendum contra fi-
scum in fauorem priuati, vt fisco omnino
8 excluso offensus totum vindicet. † cum
fauorabiliores simus certanti de damno
vitando, quàm de lucro captando. l. vlt.
§. licentia C. de iur. delib. Gail. obser. 86.
nu. 7. & 8. lib. 2. Contard. de mom. poss.
d. q. 21. Quare distinguendos esse duos
9 casus existimarem. Primus est quando †
ageretur de duobus factus, & incerti esse-
mus de prioritate temporis, tunc pro fisco
obtineat opinio, vt in casu memorato de
duobus instrumentis factis eadem die. Se-
cundus est quando tractaretur de vnico
facto, & de eadem causa, & tunc si pœna
quæ debetur offenso, non sit imposita cõ-
templatione damnorũ, nec sit correspe-
ctiua ad interesse, adhuc fiscus habet præ-
lationem d. l. 1. C. pœnis fiscalibus credit.
præfer.

præfer. & c. Alex. ad l. rescriptum. ff. de pact. Quatenus autem respicit recompensationem quandam interesse partis offensæ concederem ego prælationem parti proportionabiliter: alioqui facile consentirem, vt esset locus concursui, ex Corn. cons. 5 1. col. 4. lib. 1. quem citat Bertaz. consi. crim. 29. n. 33. vbi fiscus non potest consequi partem suam, si aliter non potest consuli parti offensæ. De consuetudine tamen (scribit Clar. §. fi. q. 95. in fi.) tota pęna debet solui fisco, mox ille, cui pars debetur, repetat partem suã à fisco. Nec facescit negotium. l. si non expedierit. ff. de bon. aut. ind. poss. & traditio Afflicti Decis. 190. vbi quando sunt plures creditores eiusdem debitoris, licet vni etiã posteriori ita soluere, vt non detur alijs, quamuis anterior esset, actio ad repetendam pecuniam solutam. Surd. cons. 4. n. 10. cum seq. vol. 1. & Decis. 60. nu. 9. Igitur cessat concursus, sed de hoc argumẽto latè scripsimus supra remed. 37.

10 Nec nos fugit, quod de † tributoria decidit in l. procuratoris §. si plures. ff. de tribut. act. Cuman. cons. 172. & Petr. de Vbal. tract. de duobus frat. par. 9. principal. nu. 3. & 7. Illat. 2. quo loco reijcio humanissimum lectorem. Similiter ratione concursus vno creditore immisso in possessionem cæteri quoq; immissi videntur si sunt eiusdem tituli creditores, vel etiam diuersorum, sed futilium, habeantq; omnes ius exequibile. Neguzant. de pign. 4. membr. part. 3. num. & Pappon. cons. 75 aito fin. Sic quoque confluentibus vnius decoctoris, vulgo (fallito) creditoribus, dequod cumulatè, & scitè Petr. Caball. resol. crim. casu 105. qui sint eiusdem tituli, subeunt omnes eamdem fortunam l. si hominem. §. quoties foro cedunt. ff. deposit. Paul. de Castr. cons. 285. col. fin. volu. 1. Decian. cons. 109. vol. 2. Asb. cons. 585. nu. 23. vol. 3. Beneuent. Stracca tract. de decoct. tit. qui pot. in pig. hab. apud nos tract. de portion. rat. q. 74. præferendus tamen esset mercator, qui expressè mutuasset pecuniã pro emendis talibus mercibus, cæterùm conditio esset æqualis, distinguendo chirographarios ab hypothecarijs. Rot. Gen. Decis. 127. in fin. & d. l. procuratoris §. planè ff. de tribut. Vinc. de Franch. Decis. 82. nu. 7. p. 1. vbi antea sub num. 1. & 2. traditur, quemadmodum creditores in maiori quantitate compellant alios in minori ad concurrẽdum, quę est materia. l. vltim. C. qui bon.

11 ced. poss. Nec dissimilis est natura † duarum dispositionum priuilegiatarum validarum, quæ si concurrant ad eãdem rem multiplicabilem ordine successiuo, quælibet dispositio debet assequi suum effectum, ad quem est præordinata successiuè tamen, iuxta ordinem dispositionis: casus est in c. si propter tua debita, de rescript. in vi. & in c. si à sede. de præbend. in vi. Gemin. cons. 30. nu. 9. non etiam si concurrant ad eandem speciem multiplicabilem, ac diuisibilem, sed non ordine successiuo. Gemin. d. cõs. 30. nu. 10. aliàs, si non esset species multiplicabilis ordine successiuo, nec diuisibilis, nullatenus considerari posset æquitas subsidij, quoniam secuto effectu primæ dispositionis euanesceret repente secunda exemplum est in c. ex parte el. 1. de offic. deleg. & declarat Gemin. præcitato cons. 30. num. 10. Sed enim prædicta suscipiunt peregregiam modificationem, quam suppeditat Rot.

12 Lucens. teste Magon. Decis. 1. vbi creditores, qui contraxerunt cum aliquo mercatore intuitu alicuius negotiationis, sunt potiores in bonis, & mercibus illius negotiationis quocunq; alio creditore, qui extra corpus illius negotiationis contraxisset; vnde seorsim vocari debẽt ad merces eius corporis, cui crediderunt, quia magis merci, & corpori creditum esse dicitur, quàm fuerint secuti fidem personæ. possunt nihilominus creditores vnius negotiationis participare in subsidiũ de bonis alterius negotiationis, vel mensæ, seu corporis, scilicet satisfactis prius creditoribus

13 illius negotiationis, quandoquidem æs † alienum vndequaque contractum respiciat totum patrimonium, nisi ratione oneris alicui rei iniuncti. l. si fideicommissũ.

14 §. tract. ff. de iud. & quia bona societatis † non dicuntur bona socij, nisi prius solutis debitis societatis. Salyc. ad l. eius C. de compensat. Rot. Lucens. dicto loco. num. 14.

Accedit prædictis, quòd concursus

15 duarum † causarum lucratiuarum in eadem re alioqui prohibitus, toleratur aliquando in subsidium l. omnes. vbi glo. ff. de act. & oblig. §. si res aliena. Instit. de legat. l. huiusmodi §. si Titio. el. 2. ff. de l. 1. & glo. ad l. si seruus. §. 1. ff. eod. qui autem sint tit. onerosi, vel lucratiui, declarat. Ias. ad §. etenim si quis in fraudem n. 28. cum seqq. Instit. de action. Similiter con-
16 cursus † coniecturarum, & praesumptionum admittitur in subsidium, iuxta illud. multa iuncta iuuant, quae de se non prodessent. latè Gabr. suis communibus tit. de probat. concl. 1. Surd. cõs. 1. Mascard. de probat. conclus. 787.

REMEDIVM CXX.

Ex l. si idem. §. quòd si mutuae. ff. de iurisd. omn. iud. cap. prudentiam. de mutu. petit. & alijs iurib. circa reconuentionem.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio & ipsa subsidiarium remedium.*
2 *Reconuentio coram iudice feudali an procedat, cum sit incompetens, & quid in curia mercatorum, & coram eorum consulibus num. 3.*
4 *Laicus clericorum agentem coram saeculari iudice an possit reconuenire, & quando nu. 5. & quid è diuerso nu. 7. quibusdam contrarium opinantibus nu. 9. vnde moueantur nu. 10. 12. quibus respondetur nu. 14. & quid in praxi obseruetur. nu. 18. & ratio. nu. 19. 20.*
6 *Prorogato coram iudice an sit locus reconuentioni.*
8 *Prorogata iurisdictio dicitur nutritiua aequalitatis.*
11 *Reconuentio est species reconuentionis necessaria.*
13 *Clericorum consensus explicitus vel implicitus, an praeiudicet ordinariae iurisdictioni.*
14 *Prorogatio iurisdictionis alia à lege: alia ab homine.*
15 *Sacri canones aliquando etiam leges imitantur.*
16 *Iure ciuili tantùm, quod disponitur: iure cannonico autem minimè decisum aut prohibitum comperitur, an vtrobique sit seruandum.*
17 *In nullibi decisis casibus ad quem recurrendum.*
21 *Reconuentio an permittatur vsque ad sententiam, & tunc ad quid, regulariter secus num. 22.*
23 *Clericus laicum conuenienti an, ne patiatur reconuentionem, possit liti captae renuntiare, & quando.*
24 *Afflicti decis. 173. quomodo intelligenda.*
25 *Reconuentio quibus casibus habeat, vel non habeat locum & nu. 26. 27. 28. 29. 30.*
31 *Reconuentio in criminalibus an militet, & quid si accusatio secunda sit calumniosa.*
32 *Sententiam latam ex falsis probationibus quot & quanam reparent remedia.*
33 *Literas ad nouas defensiones ex Nou. Constit. tit. de accusatio. in fin. quomodo, & quando Excellentissimus Mediolani Senatus concedere soleat.*
34 *Effectus reconuentionis qui.*
35 *Reconuentio si non admittatur, an detur appellatio.*

EX eo potissimum adnumeranda venit mutua petitio, quam alijs reconuentionẽ appellare libuit, inter reme-
1 dia † subsidiaria non prout est inhaerens, vt in iudicijs duplicibus, sed vt aequalitas seruetur. Bald. cons. 339. nu. 4. lib. 5. quia qui aliter non est, nec potest esse iudex, reconuentionis ratione fit iudex. l. si idẽ. §. quòd si mutuae. ff. de iurisd. omn. iud. l. cum Papinia. & Auth. & cõsequenter. C. de senten. l. 1. C. de ord. cognition. l. quoties. C. de iudici. c. prudentiam de mutu. petit. & glo. ad c. 1. vers. iudicem 3. q. 8. Ceuall. tract. cõmun. contra commun. q. 736. nu. 5. ex vi prorogationis legalis, etiam in eo, qui sponte adiuit Ant. Mathaeus Rom. tract. de iudici. nu. 62. quamquam esset depositi ad depositũ Surd. cons. 322. nu. 9. vol. 3. si vtrumq; est liquidum nam & recõuentio coram feu-
2 dali † iudice locum habet, etiam de re allodiali, ex magis cõmuni DD. opin. (multis tamen aliàs reclamantibus) licet iudex feudorum regulariter sit incompetens, vt

asserit

asserit Rosenthal. de feud.c.12. cõclus.5. nu.33.& 64.Mynsing.cent.1.obseru.10. & cent.4.obseru.90.Gayll.lib.1.obseru. 1.nu.57.sic in conseruatoribus habentibus de iure etiam conciliari limitatam iurisdictionem. Rim.iun. cons.358. num. 26.& 30. cum seq.vol.4.Anch. cõs.132. nu.4.Abb.cõs.100.nu.3. lib.1. & Sbroz. de vic. Epis. lib.2. quæst.27. Aliud ponitur exemplum in mercatorum cõsulibus vel Abbatibus per Beneuen.Stracc.tract. de mercat. tit. quomod. in caus. mercat. pcedat.prima particula vltimæ par. principalis.nu.21.ex Bald.ad l.2.nu.15.C.de const.pecun. & Abb. in c.1. col. pen. de mut.pet. vbi via iuris communis possunt reconuenire de reo quoq; non mercantili veluti mutuo, fideiussione & huiusmodi conscriptis in codice matricolato merca-
3 tores † coram consulibus eorum debitores suos cõuenientes & agentes, nisi aliud statuto, vt hic Ticini c.58. de regimi. potestat.cautum sit. Quinamplius ex recentissima passim, magisq; seruata in praxi opinione, si clericus laicum seculari corã
4 iudice conueniat,non prohibetur laicus † clericum ipsum coram eodem iudice reconuenire ob præuentionem. glos. ad d. c.1.vers.super suis vbi pleniss.Mariã.Soc. de mutu.petit.& vlterius ad c.at si clerici. vbi Abb.ac Fely.qui ad partes argutiss.ac copiose edisserit,de iudici.Bart.ad l. cum Papinian.& ad Auth.& consequẽter, & ibi Saly. Angel. Fulg. & Mathesy.C. de sentent. Specul. tit. de reconuen. §. nunc dicam vers.sed pone.& tit.de reo.§.1.nu. 3. cum plerisq; adductis per Farin. tract. crim.p.1.q.8.nu.98.& 99. vbi excipitur
5 † fraudulentia,potissimumq; affectata reconuentio adeundo iudicem incompetẽtem,cum suum adire poterat. Item caussa spiritualis, criminalis, & quando ageretur de districtione personæ clerici. de quo etiam Marant.sui spec.dist.9.nu.53. elegantissimè Mynsing. cent.2. obser.67. nu.7.& tutatur præterea Anguillæ.cons. 44.nu.23.Iafred. Lanfran. Balb. cõcl.seu Decis.64.venit namq; reconuentio in cõsequentiam iudicij conuentionis liciti, & à iure permissi, cum fœdere talis connexitatis,quę non potest separari,neque diuidi.c.dispend.§.reus de rescript.in 6.Surd. cons.396.nu.31.vol.3.immo simultaneũ requirit processum, eamdem habet instãtiam,non obstante incompetẽtia iudicis. l. penult.C.de senten. Anan.cons.93.ibique in Addit. Bald. & Salyc. in l. neq; C. de compens.
6 Quemadmodum, & coram iudice † prorogato locum habere reconuentionẽ, firmat glos.ad l.est receptum.ff.de iurisd. omn.iud. Rom. singul.150. Petr.de Rauenn.singul.619. Idem Balb. Decis.115. & Marant.mox.citato loco.nu.13.quia actor submittendo se, elegit illum iudicẽ pro se: proinde non debet dedignari eumdem contra se habere. ad quod in simili optimè facit tex. in l. si quis. C. de testib. Quod fortè pertinet ad laicum conueniẽ-
7 tem clericum coram iudice † ecclesiastico nunquid & ipse validè recõueniri queat coram eodem iudice ecclesiastico. Menoch de arbitrar.iud.q.44.nu.1.& 2.vbi iudex in causa reconuentionis dicitur habere prorogatam iurisdictionem, quæ
8 prorogatio † dicitur legalis,& nutritiua æqualitatis. In terminis de laico reconuẽto coram ecclesiastico. Areti. ad §. idem iuris est.nu.43. Institut. de except. Fel. in d.c.at si clerici.nu.8.in fi.de iudic.& Anto.Mathæ.tract.de iudici.nu.62.
Et quamuis non desit, qui vel ex inge-
9 nij fęlicitate affirmare † studeat, vel nimis animose scribat, non inueniri in Calendario iuris ciuilis, aut canonici,quod licita sit huiusmodi reconuẽtio clerici agentis coram iudice laico ob certissimã exem-
10 ptionem † clericorum à iurisdictione laicorum,quę quidem ratio, vt est verissima ita quoq; comprobatur in ca. si Imperat. 96.distin.can. Syluester.11.q.1.c. quamquam de censib.in 6. & habetur in Sacro Concilio Trid.sess.25.c.20. Turrecrem. ad c. relatum 9. q.3. Abb. ad c.3.& ad c. solitæ de maior. & ob. ac ad c. proposuit. nu.14.de concess.præb. & ad c. ecclesia Sanctæ Mariæ. in prima lect.nu.6.& ibidem Deci.nu.4.& Fely.n.7.de constit.&
11 præterea reconuentio † est species prorogationis neccessariæ, Petr.de Rauenn. d.sing.619.per not.ad d. l. est receptum. ff.de iurisd.omn.iud. quæ non cadit in limitatis. Abb.ad d.c.1.n.37.de mutu. petit.Ias.ad l.si per errorem. nu. 4. ff. de iu-

riſd.omn.iud: Natt. conſ. 82. nu.8. & 9.
Surd.Deciſ.88.n.3. nimirum vbi iuriſdi-
12 ctio eſt limitata † ad cauſas certarum qua-
litatum, ſpecierum, & naturæ Socin. ad
d.c.1.art.5.de mut.petit. Roſenth.d.loc.
nu.34.& egregiè Schrader.de feud.p.10.
ſect.6.nu.236. Tanto magis quia de iure
ciuili primum ſunt inductę reconuentio-
13 nes, proinde clericorum † conſenſus ex-
plicitus vel implicitus, non extenditur in
pręiudicium iuriſdictionis ordinarię.cap.
ſi diligenti.de for. compet. quibus & alijs
argumentis vtuntur Fely. d. loco & Ant.
de Matthæis Rom.d.tract.de iudi.nu.62.
Nihilominus cum oppoſita ſententia ſit
communi conſenſu DD. firmata, vel ſal-
tem frequentius obſeruata, veluti ex Soc.
Guliel.Bened.& Afflict.obſeru. Vinc.de
Franc.Deciſ.193.nu.3.p.1. latè Morla in
Empor.iur.par.1. tit.2. quæſt.13. Pereg.
Deciſ.142.nu.11.cum ſeqq. vbi in mate-
ria reconuentionis lex ciuilis derogat pri-
uilegio clericali. Farinac.tract. crim.par.
1.q.8.nu.99.equidém è re eſt, vt aliquan-
tiſper parcant mihi manes Dominici Ge-
min. Card. & Socini, quos d. loc. refert
Farin. qui fortè iuris ſubtilitatem ſecuti,
minimè obſeruarūt prorogationem quæ
14 fit † à lege, & eam quæ fit ab homine, imò
diſtinxerunt reconuentum conſentien-
tem à contradicente, aperteque contra
reconuentionem ſenſerunt. Atqui notiſ-
15 ſimum eſt, ſacros canones per ſæpe † le-
ges imitari, & quod iure pontificio in ſpe-
cie prohibitum non reperitur, de iure ci-
uili tantùm eſſe diſpoſitum, hoc vtrobi-
16 que † ſeruari, vt ſupra 70. remed. Illat.4.
num.3. Additur tex. in can.1. vbi Archi.
& Card. à Turrecrem.diſt.20. & Virgin.
Bocca. tractat.de cenſib.p.1.num.18.vbi
quando deficiunt canones, debent allega-
ri dicta ſanctorum patrum in ſubſidium,
17 & in caſibus nullibi deciſis recurri † ad ſū-
mum Pontificem, & non fundare nos in
opinionib. DD. contra Canones Papæ.
Atque ita videmus veteri cōſuetudine li-
18 cuiſſe, & paſſim hanc reconuentionem †
practicari. Surd. conſ.222.nu.19. præci-
puè verò in foro noſtro recipi prædictam
19 opinionem fundatā in antecedenti † cle-
rici agentis electione, abſq; diminutione
priuilegij clericalis etiam ob cōmodum
inde reſultans ſcilicet ne actor coram di-
uerſis iudicibus trahatur. §.illud.in Auth.
de executor. & l. nulli.C.de iudi. c. ex te-
nore de reſcrip. Rot. Rom. ex Caputaq.
Deciſ.75.nu.11.p.2. præter quod maio-
20 ribus † parcitur expenſis, & vtiliter fit per
pauciora, quod aliàs fortè inutiliter fieret
per plura. Sed executio ſententię fit etiam
in realibus per Iudicem Eccleſiaſticum
Marta de iuriſd.par.4.cent.2. nu.125.&
nu.23. Praxis Archiep.Neapol.cap.12.
Exceptos tamen volo dictos caſus & alios
relatos per Soci.ad d.c.1.n.28. & 29. etiā
facta publicatione in cauſa, ad quam vſ-
que poteſt fieri de iure pontificio recon-
21 uentio; imò vſq; ad † ſententiam: non ad
finem vt pari paſſu procedatur, ſed vt te-
neatur ſtare iuri coram iudice, quem pro
bè clericus elegit. l.cum Papin. ibiq; gloſ.
C.de ſentent. Vinc.Franc.Deciſ.376.nu.
1.& 2.Viui.Deciſ.128.n.1.2.Abb.in ſua
22 praxi.c.64. Aliàs debet fieri † reconuen-
tio ante litem conteſtatam vel incontinē-
ti poſt, tam quoad effectum iuriſdictionis
prorogatiuum, quam etiam quoad ſimul
tantum proceſſum inſtituendum, maxi-
mè facta reſeruatione iurium partium in
ipſa litis conteſtatione Lap. alleg.3. nu.3.
Marcabr.ab Anguill.cōſ.42. nu.31. Hō-
ded.conſ.21.num.9.& 10.vol.1.Surd.d.
conſ.322.num.11. vol.3. Quinimo nihil
23 prodeſſet litis renuntiatio † ipſius clerici
re non integra, ideſt poſtquam fuit præ-
uentus à laico illum reconueniente: ſaltē
cauſatiue ideſt ſi vult in cauſa ſua proce-
dere, vt ad mentem. Guliel. de Ben. con-
cludit Vinc.de Franc.d.Deciſ. 193. n.15.
Afflict.Deciſ.123. Peregr.d. Deciſ. 142.
num.13. non ita ſi renuntiatio pręueniat,
excludatque poſteriorem recōuentionē,
vt potè cauſa reducta ad non cauſam ſic
24 mihi videtur interpretanda † Afflict.De-
ciſ. 173. ex Vinc. de Franch. Deciſ.349.
par.2. Maranta d. loco nu. 55. Menoch.
de arbitr.iud.d.q.44.nu.5. Viu. d.Deciſ.
128.nu.4.

Quod ſi clericus eſſet originaliter reus,
vt ait.Bald.conſ.173.vol.2.& fortè timēs
25 moleſtari, iudicis † officium imploraret,
aut aliàs haberet inſtrumentum camera-
26 le † iuratum ve, ex ſtatuto ſeu de iure
communi paratum habens executionē, is

procul-

proculdubio sartatecta iura sua haberet, cessaretq; prorsus omnis recõuẽtio. Alex. consi. 103. lib. 5. Soc. sen. cons. 41. num. 6. vol. 1. Menoch. de adipiscen. possess. Remed. 4. n. 649. quos citat Mari. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 36. num. 13. Borgn. Decis. 28. nu. 43. p. 2.

Hoc idem dicimus, si ageretur de ex-
27 pellendo † emphyteutam, vel si essemus
28 in causa † appellationis quoniam cessaret ipsa reconuentio. Soc. sen. cons. 167. nu. 26. vol. 2. Purpurat. cons. 218. num. 10. Honded. d. cons. 21. copiosè. Carpan. ad stat. Mediol. p. 1. c. 44. num. 107. & 108. Guid. Pap. de appellatio. num. 55. & 70. Ioann. Ferrar. eo. tractat. c. 8. lib. 3. num. 246.

Quæ tamen supra proximè diximus,
29 ita intelligas velim, nisi pares sint † causæ, vel ex eodem fluant fonte, eademue instantia reconuentio terminari possit, qua conuentio ipsa: nam tunc planè reconuentioni fiet locus, etiam quoad officium iudicis, & tam coram delegato, quàm ordinario iudice, alioqui non differtur executio instrumenti, super quo est fundatũ primum conuentionis iudicium, cùm sufficiat reseruatio iuris deducti in reconuẽtione, adhuc, scilicet, cognoscendi per eundem iudicem, non obstante appellatione à sententia super conuentione prolata. Maranta. d. loc. nu. 11. vt ex Bald. & Salycet. scribit Borgnin. d. Decis. 28. nu. 11. Natt. d. cons. 155. Schrad. d. sectio. 6. nu. 99. Honded. d. cons. 21. nu. 4. & 56. Iterum Marant. sui specul. p. 4. tit. an. iudic. sit conuen. vel reconuen. n. 36. & 39. Petr. Io. Anchar. q. 18. nu. 6. lib. 2. Carpa, ad stat. Mediol. p. 1. c. 44. nu. 116. & seqq. sed videtur obstare quod scribit Contard. de mom. poss. limit. 2. §. 5. num. 190. vbi causa reconuentionis assumi naturam conuentionis.

Illud vlterius accedit, quod si reconue-
30 niretur clericus nomine proprio † qui ecclesię nomine agebat, eo casu reconuentionis negocium silere, probat. Fran. Leo in Thesaur. fori eccles. p. 3. c. 38. nu. 77. in fin. in quo tamen dissentientem inuenio. Ang. Areti. ad d. §. idem iuris est d. nu. 43. & præterea intelligendum, & in his animaduertendum, vt omnino cesset omnis collusio, decipula malitia, & fraus, ne sub reconuentionis velamento iurisdictionis alienæ inducatur præiudicium. Anton. Mathæus d. nu. 62. Iccirco semper consulerem superiorem præsertim circa iustitiã causæ ab eius ore nequaquam declinans, cùm iustitię clauis non erret. Vel si versaremur in iudicio pręiudiciali duarũ causarum ciuilium in quo cessare deberet alterum iudiciũ connexum, seu cohærens, per quod excluditur ius agentis, vel quãdo sententia lata in vna causa est paritura exceptionem rei iudicatę in alia. Id quod multiplici exemplo declarat. Ancha. cõs. 62. Crauet. cons. 280. & plenissime Farin. tract. crim. q. 100. nu. 78. cum seqq. post vberrimum locum. Ias. ad §. præiudiciales Insti. de action. & de fact. potestate præclare Tessaur. Iun. q. forens. lib. 1. q. 98.

Et verò in criminalibus Clar. §. fi. q. 2. & 14. cum adductis per Farinac. d. tract. crim. q. 12. num. 23. & d. q. 100. c. 2. edocuerunt, quando, possit querelatus super eodem facto reaccusare quærelãtem, aut
31 illũ † reconuenire pro criminali vel ciuili causa postquam ad fisci instantia solent semper, & super omnibus assumi informationes ex officio, nulla prorsus habita ratione, an super eo crimine posset procedere accusatio, & super querela vtriusq; procedit, nisi constet, secundam accusationem esse calumniosam præcipuè verò in causa obiectę falsitatis testium, modò ab vna parte, modò ab alia, vt cognitio ipsius falsitatis spectet ad iudicem causæ, etiamsi testes sint alterius iurisdictionis. Couar. pract. quæstion. c. 18. nu. 8. Tessaur. Decis. 266. nu. 3. cum leges, SS. adeò testium abhorreant falsitatem, & aliarum probationũ, vt nihil magis, vnde quando sententia detegitur lata pretextu
32 falsorum † testium, vel ex falsis probationib. prodita sunt quatuor remedia, quorũ primum datur ad eam irritãdum, reliqua ad eam vitandam: ita Fely. ad c. licet causam. num. 31. & 4. seq. extra de probatio. Primum. s. remedium inquit esse per viã restitutionis. in integrũ quæ expirat lapso quadrienno. Secundum verò remedium subsidiarium est, actionis in factum. cuius superius fit mentio, quod xxx. annor. durat. spatio, & interim intendi potest. sed his

his elapsis tollitur. Tertium remedium est accusationis criminalis, quod xx. annos non excedit. Quartum & postremũ est remedium per viam exceptionis, perpetuò competens contra se fundantem in sententia sic lata. Qua etiam ratione scimus, Excel. Mediol. Senatum cui per Nou.Const.tit. de accus. in fin. datum est arbitrium condemnatis in contumaciam literas ad integras, seu (vt aiunt) nouas defensiones cõcedendi vel denegandi, iuxta facti & personarũ qualitatem sub conditione seu pęna ibi expressa se præsertim in carceribus cõstituẽdi personaliter termino dierum decẽ à die concessæ admissionis in causa requirente constitutionem personalem absq; spe prorogationis minimè hoc beneficij concedere assueuit, cũ
33 indicia † ita vrgent, vt reus verisimiliter se tueri nequeat, nisi falsos exhibeat testes. Sic Clar.d.§.fi.q.94.nu.12. plena manu. Pet.Caball.resol.crim. casu 110. Effectus
34 autem reconuentionis sunt non † vulgares, & præ cæteris locum habet tam in petitorio, quam in possessorio, excepto interdicto adipiscendæ. licet fiant processus separati. Abb.ad cap. veniens nu. 25. 26.27. de præscriptio. Menoch.de adipiscen.possess.remed.4.nu.648.cũ seq.& de retinend.possess.remed.3.n.705. Hõdede.d.cons.21.n.29.Vinc.de Frãch. doctè declaratus Decis.193.n.4. cum seqq. part. 1. Marant. iam citato loc.num.48. Deinde potest appellari à iudice non ad-
35 mittente † reconuentionẽ. Natt.cõs.155. & præcipuè quando causæ sunt à pari. Carpan.loco proximè citato.num.29. Insuper causa reconuentionis sortitur easdẽ prorogatiuas quas cõuentionalis. Menoch.de arbit.iud.d.q.44.nu.7. nisi quò ad viam probationum cum causa cõuentionali.vt ibidem. Menoch.nu.10. Cæterum de hoc argumento prolixius agit. Soc.indicato loco.

Tandem reconuentio admittitur prohibita quoque compensat. Paris.cõs.100. n.33.& 34. vol.2. & tamen reconuentio dicitur exceptio, & censetur compẽsatio quædam. Viui.d.Decis.128.nu.3. Valasc. Decis.88. & Fului. Pacian. tract. de probat.lib.1.c.63.nu.125.

REMED. CXXI.

Ex l.si reus paratus.ff.de procurat.l.4.§.prætor ait.ff.de dam.infr.& l.aut qui aliter.§.1.vers.& si forte.ff.quod vi, aut clam.circa denũtiationem, & oblationem verbalem valide fiẽdã procuratori in subsidiũ.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio sola verbotenus facta quid præstet, quando agitur de vitãdo præiudicio, scilicet, caducitatis vsurarum, vel pœna, & sub nu.4. ac nu.7. & nu.11.*

2 *Oblatio in subsidium facta domicilio, vel vicinis, aut procuratori valet.*

3 *Iudicis competentis copia quando haberi nequit, an incompetentis opera deseruiat.*

4 *Oblatio quæ requisita habere debeat vt solutionis vicem sustineat.*

5 *Creditorem recusare sine iusta causa recipere, vel constare quod non esset recepturus, paria sunt.*

6 *Oblatio verbalis in iudicio, æquipollet reali extra iudicium.*

8 *pœnæ vitandæ causa multa admittuntur, quæ alias denegantur.*

9 *Caducitas an sit pœna, vel intelligatur pro ea agi de damno, vel de lucro.*

10 *Tertij oblatio, vel depositum in emphyteusi quando admittatur.*

12 *Oblatio de suscipienda renouatiua ad quid conferat.*

13 *Solutionis canonis simpliciter recepta per dominum directi effectus quoad renouatiuæ petendæ remissionem.*

14 *Oblatio verbalis, sicuti realis probanda est ab allegante, nec sufficit vnicus testis.*

CRebrò contenditur de vi oblationis verbalis, quid præstare soleat, quoties
1 agitur de euitando † aliquo præiudicio, veluti, pœnam, caducitatem, & huiusmodi, quo in pũcto distinguitur ad hunc modum: Aut res non est integra, veluti quando esset cæptus cursus vsurarum, & tunc non excusatur debitor, nisi deponat cum effectu. l.si reus paratus. ff.

de

de procurat. nec excusatur debitor, si creditor non reperitur. Alex. cōs. 92. nu. 10. vol. 2. & Aret. cons. 163. Aut res reperitur integra, vt quia nondum cęperit cursus vsurarum, & hoc casu, si est persona, cui offeratur, sola oblatio eidem facta cū præambula citatione sufficit. l. pecuniæ §. fenebris, & l. cùm quidam. §. pupillo. ff. de vsur. quando verò non adest, cui offeratur, fieri debet protestatio de absentia creditoris, mox obtinendum est præconium, seu proclama absq; necessitate faciendi depositum l. labeo. ff. de nautic. fen. l. acceptum. vbi Bald. & Salyc. C. de vsur. l. si eo tempore. C. de distract. pign. cū adductis per Vincent. de Franc. Decis. 227. par. 1. & Caroc. tract. de oblationib. par. 1. q. 5. n. 7. & seq. ego tamen semper cōsului, quando copia domini non habetur, vt denuntietur vxori, domicilio, familiæ, vel
2 amicis, & in subsidiū † procuratori. l. aut qui aliter. §. 1. versic. & si fortè. ff. quod vi, aut clam. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. inf. Alber. ad l. si dictum. §. vlt. ff. de euict. c. causam, vbi glo. de dol. & contumac. Fulgos. cons. 76. cum adductis in indiuiduo circà subsidium hoc per Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glo. 3. num. 8. & Caroc. d. q. 5. nu. 10. quemadmodum, quando copia
3 † iudicis competentis haberi non potest absentis, vel denegantis præsentiam, valet facta coram incompetenti, imò coram notario, testibus, hostiarijs, & vicinis, vel alijs probis viris. arg. doctrin. Bart. ad l. 1. C. de canon. largit. titul. lib. 10. Dec. ad c. propofuisti. num. 20. de probat. Neuiz. cons. 41. nu. 4. Caroc. de oblation. par. 2. q. 6. nu. 36.

Nec conturbat hanc nitidam veritatē,
4 quòd emphyteuta † non excusator à pœna caducitatis, nisi debito modo offerat, nimirum, quod sit realis, pura, integra, & congrua. l. si soluturus. in fin. ff. de solut. glo. cōmuniter approbata ad l. 2. vbi Saly. num. 37. & Ias. nu. 182. C. de iur. emphy. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 8. latè Corbul. de iur. emphyt. titulo vlt. limit. 37. Viuius Decis. 525. nu. 9. lib. 4. Fab. de Anna. cons. 69. nu. 6. Honded. cons. 52. nu. 48. cum seq. volum. 1. Rot. Rom. penes Caputaq. Decis. 68. par. 2. Nam respondetur. Trifariam, primo sufficere solam oblationem verbalem domino recusante (sine tamen iusta causa) quasi assumat spiritum, & robur vitale, subsecuta repudiatione. Alex. ad l si mora. in 5. fallent. ff. sol. mat. Capyc. Decis. 19. num. 3. Franc. Marc. Decis. 878. par. 1. Gallia cons. 77. nu. 5. cum seq. Rosental. de feud. cap. 8. concl. 7. in littera M. Caroc. d. tract. par. 1. titulo de oblatione verbali. nu. 3. & 4. Benint. Decis. 77. idem quando constat
5 creditorem non esse † recepturum. Surd. cons. 331. nu. 39. non ita, si creditor tacuisset creditore verbotenus offerente, Viuius d. Decis. 525. nu. 11. lib. 4. Insuper dixe-
6 rim, quòd oblatio † verbalis facta in iuditio tantundem præstat, quantum realis cū deposito extrà iudicium. Ias. ad l. qui Romæ nu. 11. ff. de verb. oblig. Rol. cons. 50. num. 36. vol. 4. & alios citet Surd. Decis. 262. nu. 3. Idem. dicto cons. 331. nu. 41. vol. 3. Alex. cons. 130. n. 11. vol. 4. Natta. cons. 631. Casol. exercit. 15. nu. 77. cum seqq. declarando cum Cornazan. Decis. luc. 25. Rol. cons. 53. vol. 1. Menoch. cōs. 952. Cra. cons. 331. latè Decian. cons. 32. vol. 4. Surd. cons. 52. nu. 82. & seq. & sane magis communis est sententia, quod sola
7 verbalis † oblatio præseruet à caducitate, & prosit. quòad moræ purgationem, licèt nō sufficiat, quòad alia, plenè Barz. Decis. bon. 50. nu. 49. Rot. Rom. Decis. 26. nu. 5. par. 2. in nouissimis vbi ad vitandas pœ-
8 nas multa, † admittuntur quæ aliàs non admitterentur. Nec obstat, quod in causa
9 caducitatis dominus non † dicatur lucrari. Monter. Decis. Aragon. 29. num. 46. vbi citat Caroc. & Corbul. Pappon. cons. 40. nu. 15. quoniam verius est quòd reus conuentus super caducitate agat de damno vitando, & de pœna fugienda Felyn. ad c. dilecti filij, de except. Rot. Flor. apud Magon. Deci. 70. nu. 8. Gabr. cons. 66. nu. 36. cum seqq. vol. 2. Alb. cons. 118. volu. 1. Burs. cons. 253. nu. 47. vol. 3. cū emphyteuta alias perderet ius iam radicatum. Alex. cons. 169. nu. 14. vol. 2. etiam facta
10 à tertio, † cuius aliquo modo intersit, nedum, vbi agitur de deposito facta per tertiam pro cōseruatione iuris sui, vel etiam si non intersit tertij, dūmodo per emphyteotam ratificetur. Rot. Rom. d. Decis. 26. Caroc. d. tract. de oblat. par. 1. q. 1. &

2. facit

2. facit l. qui decem. §. sed si. ff. de solut. & scripsimus supra remed. 52. nu. 10. circa solutionem factam per tertium pro suo interesse, vbi quoque mendose fuit allegatum cons. Rom. quod est verè sub cõs. 103. & 481. nu. 4. mox adiungitur Gram. cons. ciuili 107. num. 5. cum seq. Decis. cons. 58. vbi de tertio soluente canonem nomine proprio, & faciente depositum, ad hæc Borgn. Decis. 29. nu. 40. par. 2. & de oblatione per tertium proficua ad vitandam caducitatem. Rosental. annotato loco. Tertiò declaratur, secundum Gabr.
11 cons. 66. nu. 61. vol. 2. vbi oblatio † verbalis sufficit ad vitandam moram, & pœnam quando certum est id quod debetur esse in promptu. Quartò fallit in retrouenditionibus in quibus oblatio verbalis non attenditur. l. 2. vbi Cagnol. C. de pact. int. deb. ex vi pacti. Bart. cons. 195.

Prædicta omnia intelligendo, tam in
12 oblatione † de soluendo, quam de suscipienda renouatiua inuestitura intra annũ, & diẽ absq; dolo protracta: cui prætereà censeretur per dominum directi renunciatum per simplicem receptionẽ canonis, à nouo emphyteuta, nisi ageretur de solu-
13 tionibus † factis prælato ecclesiæ collegiatæ, qui nõ potest præiudicare ecclesiæ siue mandato capituli ad recipiendas solutiones, vel sine legitima ratihabitione Magõ. ex Rot. Flor. Decis. 145. num. 16. Decis. cons. 329. nu. 3. Clar. in §. emphyteusis q. 10. nu. 3. Corbul. d. tract. tit. de ca. pri. ob non pet. inuest. Rosental. de feud. cap. 6. concl. 30. & 31.

Dummodo liqueat de ipsa oblatione,
14 quæ debet † probari cum sit facti concludenter per fundantem se in ea cum diligentia inueniendi creditorem non sufficiente dicto vnius testis. Grauetta cons. 6. num. 76.

REMED. CXXII.

Ex Bulla Pij IIII. de societate officiorum loquente quando officialis teneretur vt principalis vel subsidiaria erga creditores.

SVMMARIVM.

1 *Societate officiorum contracta quando possit actione subsidiaria conueniri officiales.*
2 *Officialis in casu coita societatis, an sit loco principalis, vel sustineat vices fideiussoris.*
3 *Officialis morte num finiatur societas.*
4 *Societas finitur morte, non obstante pactione contraria, quid vigore iuramenti. nu. 5.*
6 *Societate finita quando sileat causa iustalitiuim perceptionis.*
7 *Societas officiorum quando admittat disdictam, seu renuntiationem.*
8 *Societatem officiorum quæ licitam red. dant.*

N bulla Pij IIII. Põtificis Maximi, de societate officiorum quæ frequens est in vrbe, loquente extat illa clausula (sine tamen preiudicio creditorum, quatenus aliunde illis satisfieri nõ possit). quam Io. Baptista Leonell. I. C. Perusin. accuratè interpretatur, sub Glo. 18. inquiens; quod si creditores non possent suum præiudicium euitare, actione directa ab eo, vel ab eis, qui obligati essent,
1 valeant agere aduersus officium actione † subsidiaria, quoniam societate officij contracta, officialis dicitur propriè principalis vtpotè ad quem pecunia peruenit, vel aliæ
3 res loco pecuniæ, cùm adhuc rata sit hæc societas super officio absque vlla nota simulationis. Gabr. cons. 81. vol. 1. quam-
2 quam aliquando officialis sit vice † fideiussoris; idcircò cessio facta officiali etiam ex interuallo valida diiudicatur, non aliter accessio facta fideiussoribus, cæterisque accessoribus, quod secus est in principali. Gabriel. cons. 63. nu. 3. 10. & 13. volum. 2. Honded. cons. 38. num. 12. volum. 1. ac Puteus sub Rot. Roma. Decis. 67. lib. 3. apud nos circà validitatẽ cessionis tract. de Port. Rat. q. 22. addo Soc. iun. cons. 27. nu. 8. lib. 2. Anguill. cons. 41. nu. 24. Magon. sub Rot. Flor. Decis. 94. num. 15. & Caror. Decis. 87. Declarata hoc modo doctrina Bart. ad l. modestinus. ff. de solut.
3 Hinc est, quod morte † officialis finitur societas, quemadmodũ etiam venditione officij, consequenter fructus ad rationem

duodecim

duodecim pro centenario illicitè percipiuntur post mortem officialis, vel post venditionem offici: non antea, tum quia societas morte finitur, nec transit ad successorem in officio. S. soluitur. Insti. de societ. Gabr. d. consf. 63. nu. 17. vsque adeò,
4 vt nec valeat pactum † in contrarium.
5 l. adeo. ff. pro soc. etiam iuramento † firmatum secundùm receptiorem sententiã de qua apud Serafin. de iuram. priuil. 57. quamuis in pũcto iuris veriorem asseueret esse affirmatiuam Doctus Modernus Mancin. eod. tract. de iuram. effectu 198. vbi quoque reddit rationes, & respondet oppositis argumentis: Tum etiam quia
6 societate † finita cessat causa iustæ perceptionis alicuius vtilitatis ex pecunia: nisi intercederet mora, ob quam fructus deberentur loco interesse, & non aliter constito tamen aliunde de iustitia, & de veritate prætensi interesse. Gabr. consf. 78. n. 5. volum. 1. Honded. d. consf. 38. num. 10. Hinc præterea euenit, vt societas contracta super officio alicuius non admittat re-
7 nuntiationem, † aut (quod aiunt) disdictam, nisi fiat officiali, & duret societas nõ solum ante disdictam: verùmetiam post per 15. dies, & quando dans pecuniam moritur infra xv. dies post disdictam, quę fieri potest etiã durantibus sex mensibus, pro quibus fuit coita societas. Puteus Decis. 58. lib. 3. Honded. d. consf. 38. num. 3. tunc officialis lucratur pecunias, quia hác
8 societatem † licitam facit inter cætera periculum vitæ, & dubium amissionis sortis. Gabr. d. consf. 78. Puteus. Decis. 68. lib. 3. Eugen. consf. 48. num. 22. cum sequentibus. quos adducit Honded. dicto consf. 38. num. 11. & hæc sufficiãt in sterili propemodum apud nos agello.

REMEDIVM CXXIII.

Ex c. coram. & c. suspicionis. de offic. deleg. ex l. apertissimi iuncta Auth. si verò contigerit. C. de iudic. circa adiunctum in coniudicem ob suspicionem iudicis ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Adiuncti coniudicis prouisio subsidiaria, & cur nu. 5.*
2 *Rescriptum inefficax non facta fideli enarratione status causæ.*
3 *Adiunctus quis deputandus.*
4 *Adiunctus datur quoq; in criminalibus.*
6 *Adiunctus potest inhibere parti, & coniudici, ne sine eo procedant.*
7 *Ordinarius de iure ciuili non remouetur in totum ob suspicionem: sed aliter diffinitum est de iure canonico, quo etiam vtimur in hoc argumento recusationis.*
8 *Compulsor quoque assessor, & executor, imò totum collegium recusatur ob suspicionem.*
9 *Suspicionis cãa corã arbitris iuris probãda, quæ coram iudice recusato proposita sunt, non aliæ, nu. 14.*
10 *Arbitri in recusatorio iudicio duo eligendi infra triduum præuia citatione aduersarij ad faciendam electionem.*
11 *Arbitrorum electio fieri debet, etiam si per recusantem non peteretur.*
12 *Arbitri iuris non conoscunt de meritis causæ principalis.*
13 *Recusatus statuit terminum arbitris ad terminandum punctum suspicionis: ipsi autem arbitri assignant partibus terminum ad probandas causas suspicionum.*
15 *Arbitrorum concors sententia in iudicio recusationis num appellationem.*
16 *Recusatio euidenter calumniosa quæ dicatur: & quando spernenda per recusatum. num. 18.*
17 *Petitorij suspensio in actu prolationis sententiæ præsumitur calumniosa.*
19 *Iudex propalans votum redditur amouibilis tamquam suspectus.*
20 *Polydori Ripæ perhonorifica mentio.*
21 *Recusationis remedium & ipsum subsidiarium, & cur.*
22 *Rhodobaldi Parini encomium.*

1 Diuncti coniudicis petitio, & datio est vndequaque † subsidiaria, vel quãdo causa ardua ventilatur coram iudice ignaro, vel quãdo per literas nõ subreptitias deputatur collega delegati, qui fortè ex se non potest incumbere causæ.

sæ.c.coram, de offic.deleg. scilicet facta ex
fide mentione status causæ, alioqui non
2 † teneret rescriptũ. Menoch. de arb. iud.
casu 202.nu.6. & Thesaur.Decis.255.in
fin. Vel quãdo iudex ordinarius est suspe-
ctus, quantum is non remoueatur in totũ,
3 sed associatur † probus vir loco episcopi,
vel quoad examen, seu alium articulum,
vel quoad totã causam ex glos. ad l. aper-
tissimi.iuncta Auth. si verò contigerit. C.
de iud.Capyc.decis.137.Pract.Pap.form.
declinãd.iurisd. vers. iudicem suspectum
nu.4.& 8.nouissimè Iacob. de Laurentijs
Beneuentan.I.C.vir apprimè ingeniosus,
& multæ eruditionis tract.de iudice susp.
cap.5.num.2.cum multis seqq.etiam in
4 † criminalibus.Thes.d.loco.num.6.Hinc
patet veritas assumpti, quandoquidem
recusationi præclusa via quoad ordinariũ
5 de iure ciuili acerbitatis aquas non † po-
terat alias enatare litigator, nisi per hanc
saluberrimam medelam scilicet adiuncti
6 postulationem, quo dato statim cessat †
iurisdictio iudicis causæ, ne solus proce-
dat, imò is potest iudici ordinario, ac par-
ti inhibere, ne absque eo procedant. The-
saur.annotato loco.nu.7. Laur.d.c.5.nu.
5.vt dicitur de adiuncto dato tutori con-
iuncto, sed postulato suspecto durante
tutela, per text.in l.1. C. quando tut. vel
cur.esse desin.vbi Bart. sic Abbas cõs.91.
ad fin. lib.1.& de Prælato postulato sus-
pecto, cui datur adiũctus Bart. ad l. quod
si forte.§.sunt quidem.num.5.ff.de solut.
7 Proinde de iure canonico † quo vtimur
hac præsertim in parte apud quæcunque
tribunalia potest quilibet iudex ordina-
rius, sicuti delegatus & compulsor, &
consultor, ac assessor collegiumq; totum
8 † recusari,etiam vt remoueatur in totum,
cap. licet. de for. compet. cap. suspicio-
nis,de off.deleg.c.cum special.vbi glo. de
appellation. Pract.Pap.d.loco.n.4. Did.
pract.quæst.c.26. & Gail. obseru.33.lib.
1.n.1. cum seq. optimè Mascard.de pro-
bat.concl.943.nu.13 cum seqq. Olasch.
Decis.15.18.& 84. & Borgn. Decis.28.
p.2.Lancel.de attentat.p.2.c.6. num.13.
35.& seq.dummodo tamen vtrobique
scilicet tam in casu adiuncti petitionis,
quàm in casu recusationis vna saltem ex
9 suspicionum legitimis † causis probetur

10 coram arbitris, qui † debent eligi duo in-
fra tres dies, citato aduersario ad faciendã
hanc electionem. l.vlt.C.de iudic. Pract.
Pap. d. loco.nu.6. Gemin.ad c. legitima.
de appell.in 6.Specul.de recusat.§.effect.
Borgn.d.Decis.28.nu.103.cum seq. Ne-
11 uiz.cons.36.etiamsi per recusantem † non
peteretur. Abb.ad d.cap. speciali.col.vlt.
Bertaz.cons. ciuili.67.nu.21. qui de me-
12 ritis † causæ nõ possunt cognoscere.Gail.
d. loco. num. 13. sed punctum suspicio-
nis intra tempus per iudicem recusatum
13 † statutum, terminare debent, ipsis tamẽ
14 assignantibus † terminum probandi cau-
sas suspicionum propositas coram iudice
recusato,non verò causas minimè tũc de-
ductas.d.cap.suspicionis. Pract.Pap.d.lo-
co.nu.6. & vers. rationibus.nu. 2. à qui-
15 bus ad summum Pontificem † appella-
tur, si grauauerint alterutram partem,ve-
luti iniquè pronuntiando illum suspectũ,
qui suspectus probatus non est,vel è con-
tra:aut ante sententiam dando nimis bre-
uem dilationem, quod iam dixi esse corũ
officium.c.ab arbitrijs, vbi glos. pen. de
offic.deleg.in 6.Brederod.de appellat.tit.
15.p.1. pag.124.

Excipere soleo cum Couar. d.c.26.nu.
16 3.recusationem euidenter † calumniosã,
veluti quæ fit in limine expeditionis, seu
in actu lectionis sententiæ ad impediendã
illius probationẽ: vt circumfertur de sus-
17 pensione † petitorij facta solummodo in
actu prolationis sententiæ,quæ præsumi-
tur calumniosa. Rot.Rom.Decis.563.n.
5.& 6.p.1.in nouissimis, nisi causæ suspi-
cionis essent nuper exortæ, denuo ad no-
titiam peruenerint.Lancell.d.c.6. nu.49.
cum seq. Et verò non est prætereundum,
18 quod recusatio notoriè frustratoria † po-
test sperni per recusatum, nec parit effe-
ctum attentatorum Capell.Tholo.Decis.
479.in fin.Franc.Marc.Decis.705.nu.2.
num.2.p.2. Nec sufficit esse notorium in
iure, nisi quoque de causa recusationis
constet notoriè in facto, ac in actis expri-
matur cum illius iustificatione: veluti si
obijciatur, quod cõsultor,aut iudex pro-
19 palauit † votum suum, & mentem suam
in iudicando, vel consulendo,quæ causa
est iuridica ad recusandum. Iason. ad d.l.
apertissimi.in x. causa, tamen parte negã-
te

te res sit dubia, & vbi etiam non adesset negatio partis, pugnat adhuc cōtra assertionem partis præsumptio iuris: idcircò est admittenda, & deueniendum ad arbitros eligendos non autem ad sententiam procedendum. Bertaz. nūcupatim d. cōs. 67. nu. 22. & 23. quod est commune aliis causis recusationū, de quibus apud Menoch. de arb. iud. casu 152. & casu 458. Mascard. præcitato loco. Montesperell. cōs. 26. Viuius Decis. 363. Cæph. cōs. 750. nu. 12. cum seq. luculenter de more, primarius interpres, sapientiss. ac meritissimus in laudatissimo Gymnasio Taurinēsi
20 D. meus Polyd. † Rip. quem aliquando habui inter meos ornatissimos auditores & qui voluit à me ipso insignibus. I. C. exornari, obser. 197. Cęterum si recusanti
21 haberet † in prōmptu appellationem; nō admittendam eius recusationem, neque adiuncti prouisionem, censuit Gemin. ad cap. iudex in fin. de offic. deleg. in 6. quem refert & sequitur Lancell. d. loc. num. 52. Quo pariter pacto intelligi, vel facilè potest, ipsum quoq; recusationis remedium esse subsidiarium. Verùm cum de hoc argumento eruditum sit propè diem editurus tractatum de Recusatio. omn. Iudicum Dom. Rhodobaldus Parinus Nob.
22 Ticinēsis † V. I. & Sacræ Theologiæ Doctor non vulgaris, ingenij acumine Pollens, Protonotarius Apostolicus Canonicus Ordinarius Cathedralis Ecclesiæ Papiensis, & ipse olim auditor meus diligentissimus, idcirco ad eum remitto candidū lectorem sic facere à Platone admonitus, qui, vt refert Val. Max. lib. 8. cap. 13. conductores sacræ aræ modæm, & formam eius secum conferre sermone canatos ad Euclydem Geometram ire iussit, scientię eius cedens, imò professioni; ipse enim alleg. tract. part. 1. quæst. de adiuncto plenissimè aget.

REMEDIVM CXXIV.

Ex Bulla Pontificia Pij V. edita anno 1568. in materia censuum. Molin. latiss. disput. 389. Abūde c. protestationem, & c. protestationem, & c. anticipati solutionem, *Io. Baptista Costa Tract.* & alia, Stephan. Gratian. Rom. discept. Forens. c. 141. Fontanell. de par. nuptial. glos. 18. part. 2. clausula. 4.

SVMMARIVM.

1 *Censuum hodiernorum materiam qui præcipuè pertractent.*
2 *Censuum constituendorum origo. cur, & quomodo fluxerit in subsidium; ac nu. 15.*
3 *Onera (vulgo) mensualia quis persoluat in censu.*
4 *Censuarij, & fructuarij differentia.*
5 *Census ab executione nec appellatur, nec supplicatur, neq; recurritur.*
6 *Bulla Pij V. Pontifici Optimi Maximi requirit multas conditiones: & nu. 13. ac num. 17. 18. & 19.*
7 *Census requirit scripturam contra Bursat.*
8 *Anticipatæ solutiones, veluti & locutiones inter personas suspectas, omnino reprobantur.*
9 *Censualis contractus irritatur: quando pro parte sunt numerata pecunia, & pro parte gemma: quid ex causa dationis insolutū vera, saltem quòad forum conscientia.*
10 *Lex fundata in præsumptione non ligat in foro conscientia, constito de veritate in cōtrarium.*
11 *Statutum Ticinense 90. nunquid arctet in foro conscientia vxorem tenentem res mariti citra importunitatem, & sine dolo aut malitia.*
12 *Bulla Sixti V. circa receptionem nouitiorum declaratio.*
14 *Census ex quibus fœneratitius dignoscatur.*
15 *Fideiussor in materia census obligatus principaliter, & insolidum non potest validè cōuenire, vt correus. & cur.*
16 *Censuarius contractus ruit, quando res, super qua constitutus est census, non est tanti reditus à communiter accedentibus quātus est census ob coniectam fraudulentiam vsurarum.*
20 *Census aliter constitutus, quàm sit præscriptum in bulla, quando in subsidium sit reducendus ad aequitatem.*
21 *Protestatio inserta in instrumento contractus censualis quomodo concipienda, & quando prosit, atque num. 23. vbi distinguitur.*

22 *Protestatio etiam quando excusat ab vsuraria prauitate: non tamen prodest ad retinenda emolumenta iam exacta, quin saltem extenuent sortem.*

23 *Interesse, & vsuram differre in casu l. 1. ff. de solut. ostenditur.*

24 *Fructus aliquando non computantur in sortem, quando retinens esset dominus directi.*

25 *Census nullitas à quo opponenda, & quando, an etiam à fideiussore. nu 26.*

27 *Principis factum ad instantiam principalis non afficit fideiussorem, & quando hoc verum sit.*

28 *Actio merè personalis an detur pro hodiernis censibus.*

29 *Censuatæ rei interitu liberatur censuarius.*

30 *Pactum de non petendo reductionem in contractu censuario, operatur dumtaxat super fructibus: non super re censuali.*

31 *Hypotheca expressa in subsidium non excludit generalem etiam peremptis bonis in specie obligatis.*

32 *Hypothecaria pro censu præteriti temporis quomodo exerceatur contra quemcunque possessorem rei obnoxiæ.*

33 *Hypothecaria pro censu, requirit & ipsa præambulam excussionem: si à parte opportunè obijciatur contra Guid. Pap. Cassan. & Couarru.*

34 *Possessore census recusante soluere præteriti temporis emolumenta, quid remedij pro censuario.*

35 *Ecclesia, & Fiscus habent opinionem, scilicet, vel contra debitorem agendi, vel contra possessorem experiendi, etiam pro præterito cum regressu ad fauorem possessoris.*

36 *Emphyteuta, & censuarij hodierni quæ differentia.*

37 *Negligentia creditoris in exigendo quando sit alijs præiudicialis.*

38 *Obligatio generalis, an & quando afficiat rē super qua est constitutus census vltra alia bona submittentis.*

39 *Reseruatio dominij, vel hypotheca efficit, vt venditor præferatur quibuscumque emptoris creditoribus etiam anterioribus.*

40 *Statuti Papiens. 66. in ciuilib. declaratio.*

ANtidotum salutare, & valdè proficuũ impertitur fidelibus, census constitutio ad præscriptum bullæ Pij V. summi Pontificis æditæ anno 1568. incipien. Cum onus apostolicæ Sedis obeuntes &c. quam doctè, & ad
1 vnguem Ven. patres interpretati † sunt, classici nempe, Doctores. Nauarr. in commentar. de vsur. cons. 14. tit. de censib. lib. 3. Io. Baptista Lupus in 2. commentar. l. 2. §. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Redoan. tract. de reb. eccles. non alienan. rubr. 17. Petr. Foller. & Io. Bapt. Leonell. Perusinus super dicta bulla de cẽsib. Virgin. Boccat. & Bened. Bonius in tract. de censib. Surd. cons. 162. & 282. vol. 2. & cons. 318. vol. 3. Honded. cons. 17. & 35. volum. 2. Bursat. cons. 214. vol. 2. Menoch. cons. 445. volum. 5. Farinac. cons. 54. Insignis I. C. D. meus Manent. tract. de iure contractus Liuellar. pacto 4. Gaspar Rodericus tract. de annu. reditib. lib. 2. q. 1. Tessaur. Decis. 154. Viui. Decis. 369. Milanen. Decis. Siciliæ 2. p. 2. & C. Barz. Decis. Bonon. 56.

Porrò subsidium in duobus potissimũ
2 † casibus consistit. In primis, quia indigentibus subuenitur pecunia, ijsdem nolentibus à se dominium bonorum suorũ abdicare, retenta insuper eorumdem bonorum possessione, quod & quam semper habet pœnes se cum spe & perpetua facultate se eximendi à census præstatione nõ obstante quacunque contraria pactione: & secundariò, quia animæ periculo, scilicet, recipientis rem in censum opportunè prouidet, ne vsuris se illiget, & imò à pœnis tam de iure ciuili quam canonico impositis, normam dictæ bullæ adamussim obseruando præseruetur: ex testimonio. DD. iam relatorum.

Grauis proinde illa emersit difficultas, quæ nostræ tempestatis vel eruditissimos viros torsit, & eorum perspicacissima fati-
3 gauit ingenia, num videlicet, collectæ † onera cameralia quæ nos vocamus, mensualia, bona censui supposita contingẽtia etiam fructuum inde perceptorũ ratione, census emptor pro illius rata soluere teneatur, aut pro eo pecuniam recipiens, & respectiuè supponens, & sic (vt aiunt) census venditor, vt in eo argumẽto scripsit Menoch. cons. 983. & per me adducti in tract. de fact. scient. & ignorant. dist. 10. Cent. 1. tom. 1. quibus nunc addere liceat Carol. Ialong. Racemation. 112. Gall.

cons.

conf.90.nu.6. vbi adfertur differentia inter
4 † censuarium,& vsufructuarium,& concludit,censum deberi non ratione fructuum,sed pretij quo fuit emptus: ideoq; hęredi fructuariè omnium bonorum deberi censum pro rata temporis. Exigenti verò
5 † censum qui vel nescit negotiari, aut pudet negotiationibus adnumerari,& molestè fert pecuniam retinere ociosam, nec germinantem pecuniam,consulitur circa perceptionem annuę vtilitatis ex pecunia promanātis absque fœnoris nota,incolūq; & sospite conscientia, cum iuris etiā exe-
6 cutiui prærogatiua, nam ab executione † census nō appellatur,nec supplicatur,aut recurritur. Barz. dicta Bonon. Decis. 56. nu.4.post Decian. conf. 2.nu.178.vol.1. & Cam.Borrell.cōs.93. Id quod minimè liceret,nisi Pontificis prouidentia,& prudentia clementer mederi studuisset his morbis,quibus mortales ob ardens habēdi,& cumulandi studium laborare apertè visebantur etiam post constitutiones dictorum summorum Pontificum Calixti, nempe, Martini V. & Nicolai V.dicta de censuum causa æditas, ita quod omnino & præcisè memoratæ bullæ † conditiones quæcūque obseruentur, pręcæteris, scilicet,quòd pecunię numeratio realiter, vereque fiat, præsentibus, testibus, & notario. Viu.d.Decis.369.num.4. Gallia conf. 125.nu.4.quāquam ex Notarij pręsentia nō propterea omnino inferatur,& necessario,numerationem huiusmodi,& cōtractum sine instrumento non valere, modò testibus probari possit, vt virtualiter scripsit Bursat.d.conf.214.n.12. Quod mihi
7 non placet in actu † perpetuò duraturo, & destinato ad tempus, hominū memoriam excessurum. Viui. d.Decis.369.nu. 7.arg. l. census. ff. de probatio. Milanen. Decis.8.nu.51.lib. Borell. d. conf. 93. nu.4.Honded.d.conf.35.num.16. & 31. cum seq. vbi quod ob hanc causam non
8 tolerantur † anticipatę,quemadmodum, & improbantur locationes bonorum ecclesiæ quæ fierent per anticipatas solutiones in præiudicium successorum, & ad eorum supplantationem etiam ex sacro Conc. Trident. sess.25. de reformat. cap. 11.de quo in indiuiduo apud Borell. cōs. 93. nu. 10. vbi etiam damnat opinionem Caualcani malè interpretantis dictum locum Esto autem,quòd Surd.d.conf.162. nu. 38. & 39. defendere enitatur contractum censualem factum pecunia nō præsente ex causa tamen dationis insolutum, idque contra doct. Nauarrum loco per ipsum designato,nihilominus eundem ab impugnatione tuetur Farinac. eod. conf. 54.nu.23.inquiens, irritum esse censualē
9 † contractum, quando pro parte numeratæ sunt pecuniæ, & pro parte gemmæ, torques, seu iocalia æstimata sunt tradita loco pecuniarum,qui cōtractus plerisque in hac prouincia vocatur,vulgò (stocco) à genere armorum quadrato, & valde acuto in ensis propemodum ordinarij formam sine tamen acie efformato nec flexibili quod punctim ad noxiam penetrat. & cum simus in materia suspecta verbis legis,quæ pecuniæ sic vtsupra realem numerationem, idque pro forma requirit, inhærendum esse videtur.l.non aliter.de leg. 3. & l. prospexit. vbi glo. ff. qui & à quib.manumiss. & (si qualecunque mei licet interponere iudicium) dicerem intrepidè,ementem censum,quando iam sunt in rei veritate anticipatæ totius, vel partis solutiones,tutum saltē in foro conscientiæ fore, cùm his iussus totum pretiū soluendi in census constitutione in numerata pecunia videatur inductus ad excludendas fraudes,& cautelas,quibus ementes malè soluebant pretium in pannis,aut alij mercibus seu rebus antea vel tunc tē-
10 poris traditis, & lex fundata † in præsumptione non habet locum in foro conscientiæ quando veritas est in contrarium cap. is qui extra de sponsal. Nauarr.dicto comment.de vsur.nu.88.circa fin.quem-
11 admodum statuto prohibente † relinqui vxori vt in hac patria rub.seu cap.90.in ciuilib.non ligatur in interiore animæ iudicio mulier detinens res mariti sine fraude,sine adulationibus,& absq. importunitate sibi legatas; seu relictas extra testum quasi cesset presumptio deceptionis super qua creditur fundatum huiusmodi statutum aliter se habente veritate; Gallia ad consuetud. Alexandrię ver. non possit. quæst.14.nu.18. & 19. Quinetiam Frat. Eman. Roderi. tom.3. quæst. regular. q. 54. artic. 6. strenuè desudauit circa censū

12 bullæ Sixti V. de † receptione nouitiorum loquentis ne sint illegitimi, criminosi, & minus obligati ad ratiocinia, & puniũtur tam promoti, quàm promouentes præmissorum exacta omissa informatione, nisi recepti nouitij minores sint sexdecim annis Quod si ab initio de veritate liqueat in contrarium, tutum esse superiorem in foro conscientiæ, constanter asserit Idem Roderi. scilicet promouentem, & promotũ, quia hoc modo silet præsumptio.

Secundò requiritur, quod sit constitu-
13 tus census † super certis rebus fructiferis, ac prędijs etiam domibus Rot. Rom. Decis. 21. n. 3. lib. 3. part. 3. in nouissim. Gallia cons. 90. circa fin. liberis: & non subiectis fideicommisso cum asserta prohibitionis Felician. de censib. lib. 2. cap. 3. nu. 17. & quidem pro iusto pretio cũ detractione valoris ob perpetuum pactum redimendi. Vnde si pretium numeratum esset summæ aureorum mille, & prædiũ esset valoris aureorũ quinqꝫ millium vtiqꝫ
14 census † esset vsurarius, & contra mentem summi Pontificis constitutus. Redoan. relato loco. nu. 2. Menoch. d. cons. 445. nu. 10. Hondede. d. cons. 35. nu. 22. vbi cẽsus redditur fœneratitius, etiã quòd videantur seruata verba constitutionis Papalis, si menti sit contrauentum.

Hinc notandum ad fideiussorũ auxilium in hanc causam censualem receporũ
15 cum promissione † principaliter obligatoria, & insolidũ, ne efficaciter vllo modo coueniri valeant, vti correi secus vti meri fideiussores pręcedente legitima excussione (si tamen opponant) non obstante renuntiationum coaceruatione, quia deficiunt substãtialia, seu naturalia prædictę Bullæ, repugnatqꝫ indoles census, postquã non sunt subrogata in specie certa bona fideiussoris, veluti in censu constitutione formiter requiritur. Surd. cumulatissimè d. cons. 318. nu. 12. & 13. Declarando cũ eod. Surd. cons. 327. nu. 33. latè Thes. Iun. q. forens. lib. 1. quæst. 32. & q. 69. & Mastril. Decis. 141. par. 2. Eadem ratione
16 censuarius † contractus concidit, quando res super qua constituitur census, non est probabiliter vel à cõmuniter accedentibus tanti, redditus, quantus est census, Gallia d. cons. 125. nu. 19.

Tertio insuper requiritur, quòd facul-
17 tas liberandi † non sit coarctata neq. restricta directè aut indirectè. vt ex Lup. Conrad. & Didac. & alijs prob. Menoch. d. cons. 445. num. 14. & 16. Farinaci. d. cons. 54. nu. 21. contra Bursat. cons. 214. num. 13.

Quartò, & rursus exigitur, quod an-
18 nuus redditus † non sit excessiuus, sed sit intra legitimum modum, veluti quinq. aut sex, & ad summũ septem pro singulis cẽtenis libris, vel aureis, nisi fortassis aliud imperet præscripta consuetudo à superiore approbata ad excusandum à labe vsuraria contractum. Menoch. d. loc. nu. 11. 12. contra Nattam Surd. d. cons. 162. nu. 34. & Farinac. d. cons. 54. nu. 21.

19 His accedant requisita † per Redoan. d. loc. Tessaur. & Viui. iam citatis Decis. 369. vbi recenset requisita ad n. 13. Quòd si censum aliter constitutum esse constet,
20 aliquando in subsidium † reducendus est ad æquilibrium, & ad stateram d. Bullæ. Interdum, verò est declarandus fœneratitius, atq. in totum irritus, quandoquidem si constaret esse celebratum secundùm communem vsum Ciuitatis aut loci cuiuspiam, & adesset in censu constitutione
21 † protestatio illa (redigẽtes totũ contractũ ad mentem Bullæ Pij V. & si quid est addendum, addatur, si quid tollendum, tollatur) neque adhuc verba hæc saluarent contractum Polydor. Rip. obseruat. 158. vbi citat Boccat. qui supra quia nõ potest homo sine legis authoritate fingere. Bart. ad l. si is qui pro emptore, num. 24. ff. de vsucapio. Ias. ad l. 1. §. hoc autem nu. 22. ff. ad Trebell. & nos diximus tract. de fictione. cap. 1. n. 35. & cap. 2. monit. 9. n. 5. & quia protestatio esset contraria facto, vnde præualeret factum floribus verborum, glos. ad cap. cùm M. Ferrar. ver. sine præiudicio, de constit. Proinde latioribus verbis vtẽdum esset vt apud Surd. d. cons. 318. n. 24. & cõs. 421. in fin. vz. (si quid in hoc cõtractu cõtinetur, ꝙ bullę repugnet id omne volunt haberi pro non apposito: e contra si quid deficit ad implementum bullæ, id omne volunt haberi pro apposito, quoniam partium intentio est omnimoda, quòd cõtractus sit secundùm bullam & ad illius formã reducatur in omnibus,

bus, & per omnia & non aliter &c. Hoc sanè casu protestatio remouet mētem ab actu, & cōtrario prævalet facto ex vi verborum resolutiuorum. Rip. ad d.cap. cū M.Ferrar.nu.80.Iasi.ad §.fuerat.nu.106. Instit. de actio. & apud nos tract. de fact. scient.& ignor.inspect.28.tom.1. Fachinæ.controuers.iur. lib.1.capit.99. Thes. Iur.libr.1. quæst.Forens.69. Farin.cons. 54.nu.9.17.18.& 21. Quare excusare-
22 tur † contrahens, ne tamquam fœnerator reus efficiatur alicuius pœnæ: eius tamen contractus esset iniustus, & propterea ad iustitiam reducendus, ita tamen, quod exacti census virtute d.contractus, restituantur: vel capitale extenuent. Menoch.d.cons.445. in fi.prout fit in omnibus contractibus illicitis seu pignoratitijs. Borgnin.Caualcan.Decis.2.n.32.part.2. Gabriell.cons.73. vol.1. Natt.cons.498. Turret. cons.64.num. 13. cum sequent. num. 1.

Quando verò non constaret de communi vsu regionis, nec adesset exacta protestatio, de qua supra, tunc denuò distinguendum putarem: nam aut censuarius adhuc non fuit vsus dicto instrumento,& tunc remouerentur illicitæ pactiones firmo in cæteris manente instrumento ex superioris ordine circa reductionē, quoniam indiuiduis vtile per inutile non vitiatur cap.vtile de reg.iur.in 6.sic in puncto Carol. Crass. tract. de exceptio. exceptio.28.num.33.& seqq. Aut censuarius vult vti,seu iam vsus fuit instrumento cēsus deformis, quo casu cessaret reductio, & contractus in totum esset iniquus, inflicta cōtrahentibus pœna tamquam vsurarijs & computatis omnibus cēsibus pro decurso tempore exactis in sortem principalem.Carol. Crass. & Viui. iam citatis locis. Ita vt nec possint retineri tamquam interesse: quàmuis multum intersit inter
23 † vsuram, & interesse, etiam in casu l. 1. ff.de solut.vbi solutum cedit prius in extinctionem vsurarum: cum tamen aliud sit in interesse, præsertim non liquido. Imol.ad d.l.1.& Farinac.cons.15.n.49. cessante antē infectione radicis locus esse non posset deductioni. Roma. sing.329. vbi si creditor in re pignorata directum habeat dominium, & debitor vtile tantū,
24 tunc fructus non computantur † in sortē cap.conquestus de vsur.& cap.1.de feud. Imò neglecta forma contractus reipsa.iureque ipso ex ipsiusmet bullæ verbis esset nullus. Viui.d.Decis.369.num.19.vbi quòd nulla inde nascitur obligatio nec actio contra obligatos. Polyd. Rip.d.obseruatio.158.num.2. potestq; per posses-
25 sorem rei censui subiectæ opponi † de nullitate,quandocunq; siue sit tertius habens causam à contrahentibus,siue ab extraneo,quia etiam tertius objiciens agenti priuationem,& abdicationem iuris sui, ac translationem in alium ipso iure seu cū effectu, excipiens auditur.l.3.C.de nouatio.glo.ad l.2.ff.si ager vectig.Multò magis quando vitium est reale, & nullitas insanabilis concernit interesse animæ pro cuius salute quicunq; de populo auditur. Peregrin.cōs.19. num.21.vsq; ad nu.28. vol.3. vbi optimè expēdit doctrinā Bart. ad l. 2. ff. de except.rei iudicat. super ea quæstione, quando liceat excipere de iu-
26 re tertij quam nullitatem, potest etiam † fideiussor opponere pro sui omnimoda indemnitate,principali quoque inuito. l. omnes exceptiones. ff.de exceptio. Alex. cons.57.volu.1.Iaf.ad d.l.1. C. de diuers. rescript.Surd.cons.20.col.1.vol.1. Honded.cōs.17.volum.2. Magon. Rotæ Florent.Decis.10. nu.4. etiamsi contractus reperiretur ex post facto gratiosē confirmatus à superiore non nominato fideius-
27 sore, quia factum † principis circa principalem non obligat fideiussorem, qui nec supplicauit, nec quicquam præstitit corā Principe confirmante ad postulationem censuarij, seu census venditoris. Alex.d. cons.57.& Polyd.Rip.d.loc. in fin.

Iam verò paratum est aliud subsidium census emptori,cui pro præterito tempore census debentur,& interim possessoris prædij censui subiecti mutata est persona quia fortè alius tunc possedisset fundum obnoxium, mox alius eum possideat, cū
28 certum sit, pro hodiernis censibus † non dari actionem merè personalem, ideoque
29 perempta re censuata † liberatur illicò cēsuarius vt habetur in dicta bulla,& declarat Virgin.Boccat.d.tract.part.1. nu.15. & 16.Parlador.rer.quotidian. lib.1. cap. 3.§.8.num.22.Gabriell. cons.141.lib.2.

Rot. Roma. Decis. 757. nu. 3. & 4. part. 1. in nouissim. vbi remissio census seu de falcatio fit non solùm ratione damni contingentis in fructibus: sed etiam in re &
30 pactum de non petendo † reductionem seu (vt vocant) de falcũ census pro quouis casu etiam inexcogitato, nõ debet intelligi super re censuali, sed tantùm super eius fructibus, & in hoc dignoscitur euidens discrimen inter veteres cẽsus, & nouos, cùm illi potuerint cõstitui super omnibus bonis, & super simplici obligatione personali, vnde hypotheca expressa spe-
31 cialis in subsidium † non excludit generalem omnium bonorum: etiam peremptis bonis in specie affectis, & obligatis secus in censibus hodiernis. Decian. cons. 2. nu. 141. & seqq. vol. 1.

Hypothecaria autem si agendum sit, vt
32 planè agi † posse, concludunt omnes relati DD. pro censu elapsi temporis contra quemcunque possessorem. Crauett. cons. 217. nu. 5. & 6. Franc. March. Decis. 550. part. 1. & Decis. 433. part. 2. Surd. Decis. 32. & Decis. 204. nu. 9. Barz. Decis. Bonon. 109. nu. 7. cùm praecedere debeat excussio debitoris principalis, vti origo, & principium hypothecariæ cõtra tertium. Authen. hoc si debitor. C. de pignor. Natta cons. 398. Vasq. controuers. Ill. lib. 1. cap. 33. etiam quòad censuum præteritorum exactionem contra tertium tentatã. Felician. de cens. lib. 3 cap. 4. nu. 9. in quo reijcitur opinio Couarruu. var. resolutio. lib. 3. cap. 7. nu. 6. tenentis, hanc hypothecariam pro censu esse anomalam, irregularem, & priuilegiatam quæ legem aliarũ hypothecarũ minimè sequitur, maximè
33 quòad necessitatem † præmittendæ excussionis. Guid. Papæ, & Cassanei testimonio, quos idem Couar. adducit, & quẽ videtur sequi Surd. d. decis. 32. in fin. cum nonnullis adductis per Ceuall. in cõmun. contra commun. quæst. 76. in fin. Barz. d. Decis. 109. nu. 7. Pacian. cons. 105. n. 50. veluti Couarr. & alios malè sensisse, consentit Virgin. boccat. d. loc. nu. 19. cum seqq. quòad actionem personalem, ac Peregrinus quòad excussionem asserit cons. 97. num. 13. volu. 1. vbi respondet Guid. Papæ, Cassaneo, & alijs ex quibus fundãtur oppositæ authoritates circa remissam excussionem: moderni vltramontani tractat. de iure cẽsuum: cap. vlt. tit. de actionib. quibus ius census, & annua præstatio exig. per tot. ad satietatẽ. Præclariss. Guttierez cons. 49. nu. 6. 7. 8. & 9.

Ideò vltra remedia possessoria opportunum esset auxilium de quo Roma. cõs. 417. Bellamer. cons. 21. nu. 3. & Afflict. Decis. 95. nu. 3. nimirum possessorem cẽ-
34 sus † recusantem, soluere inhiberi posse, ne fruatur re censuali per actionem in factum, vel officium iudicis ex æquitate: Vel simulet census emptor vẽdicare velle rem à possessore iure quasi dominij directarij, vt quidam ex nostratibus inquiunt: quo casu possessor si hoc vult euitare discrimen, ne sibi res auferatur, cogetur soluere seu offerre etiam pro elapso tempore: vel per publicianam: vel per quasi seruianam: vel per saluianum vtile, ad euitandam excussionis molestiam, vt inter hæc nostra supra disseruimus remedia. Tametsi ecclesiæ contra emphyteotam, debitoremuè ex alia causa, & fisco optio-
35 nem † indistinctè cõpetere, siue antiquior possessor sit soluendo, siue non, & cum regressu, ad fauorem tamen exacti contra debitorẽ, scribit Franc. March. d. Decis. 550. num. 5. & 6. Crauett. d. cõs. 217. nu. 5. & 6. vbi agi debet contra possessorem etiam pro tributis elapsi tẽporis, nisi in subsidium, quando possessor non esset soluendo. Authen. sed periculum. C. fin. cens. & c. vel obtinerent difficultas (si quę forsan obijceretur) in emphyteusi, lon-
36 gè dispari † conditionis à censu præsertim hodierno. Rom. cons. 311. Ias. ad l. si dom. §. vlt. ff. de leg. 1. & Vallasc. de iur. emphyt. q. 32. num. 22. cum seqq. Declarando cum Corbul. de iur. emphyt. post tit. vlt. q. 6.

Neque obstat, quod culpa domini in exigendo censum de præterito, excusare deberet possessorem de presenti, vt tradit Socin. sen. cons. 73. nu. 4. vol. 2. Ruin. cõs. 45. nu. 5. vol. 5. Dec. ad l. vlt. num. 4. in fi. ff. si cert. peta. Et prodeat casus notabilis apud Marsil. sing. 360. n. 5. nam hi patres, si benè dispiciantur, loquuntur omnes in
37 odium creditoris negligentis † exigere à principali debitore dum est soluendo, in præiudicium fideiussoris qui propterea libe-

liberandus venit, ex quo morbo laborat alieno, & contra quem principaliter solũ datur actio merè personalis. Surd. cons. 533. nu. 8. vel quando magna esset negligentia: de qua constaret, vel esset præordinata ad casum, aliàs secus. Sebast. Medic. tract. de casib. fort. q. 9. intelligendo iuxta traditionem. Morot. cons. 35. n. 37. & 38. vlterius in re magni momenti negligentia non est verisimilis, nec præsumenda. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. & l. 1. C. qui & aduers. quos vel procedit concurrente cursu decenij, & scientia cert. Ber. cons. 155. nu. 9. vol. 1.

38 Nec mutat dispositio † l. sed & quod ff. de pignor. Roma. sing. 623. quia nodũ hunc sustulit Berous cons. 46. num. 20. & 21. vol. 1. asseuerans rem illam, quæ acquiritur debitori & hypothecanti ex illomet contractu & eodemmet tempore, quo obligatio fuit contracta, rectè & efficaciter cadere in generalem obligationẽ: non aliàs sed nõ operatur in præteritum: nisi expressim sic actum esse liqueat: Corbul. d. q. 6. ad fin. atque ita hypotheca: nisi

39 sit reseruata † (prout potest) instar dominij reseruari, non incipit, nisi tunc scilicet quando sit reseruatio, cum prælatione tamen quia prouidẽs sibi de hypotheca in venditione rei suæ, sicuti reseruans sibi dominum præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus emptoris. Albe. ad l. obligatione generali. ff. de pignor. Ang. ad l. licet. ff. qui pot. in pignor. hab. Scholiastes ad Alex. in l. si cum dotem. §. vltim. ff. sol. mat. Stracca de decoctor. par. vlt. tit. qui pot. in pig. hab. Rot. decis. 127. num. vlt. & Cæph. cons. 131. vol. 1. Et ve-

40 rò Ticini cautum extat † statuto 66. in ciuilibus quod vẽditor præferatur cuicumque creditori emptori in re ipsa & pretio, ita quòd habeat pretium, vel rem ipsam: addo ego, dummodo probetur identitas rei, quatenus pars neget, & præterea id contingit, non per modum hypothecariæ, sed condictione ex d. statuto, de quo Surd. Decision. 139. & Rot. Auen. Decis. 96.

REMEDIVM CXXV.

Ex cap. si qui testium. de testib. §. hinc nobis. Authen. de hæred. & falcid. l. succurritur. cum l. seq. ff. quibus ex caus. maior. & l. adegregias ff. de iureiur. pro subleuando paupere in iudicialibus, & extra iudicialibus.

SVMMARIVM.

1 *Pauperum, & miserabilium personarum, plurima sunt priuilegia ac auxilia.*

2 *Ex Nou. constit. Mediolan. quomodo probetur paupertas. remissiuè. & extra id dominium an ea probatio pendeat à iudicis arbitrio. nu. 3. & quando nu. 4. & paupertatis impedimentum quomodo num. 17. & tempus eius faciendæ. nu. 18. remissiuè.*

5 *Si testis sit pauper possime q. indutus cui indecorum est domum sic exire iudex ad eius domum notarium an transmittat pro eius testimonio recipiendo, & quid si in paupertatem inciderit ex propria culpa nu. 9. vt est communis opinio. nu. 10.*

6 *Pauper, & infirmus æquiparantur. & num. 8. & similiter debiles valde, & senes d. num. 6.*

7 *Intellectus. l. adegregias. de iureiur. remissiuè.*

11 *Hæredi qui propter inuentarium conuocare tenetur creditores hæreditatis aut alios, an si inter eos ætate vel dignitate impediti existant sufficiat eorum vel carcerati procuratores citari facere.*

12 *Carceratus, aut is qui absque sui dedecore in publicum exire non potest, an restituatur in integrũ, & an excusentur à contumacia, à periurio nu. 13. & quo remedio subleuentur. num. 14.*

15 *Minor petita restitutione in integrum, an expensarum contumacialium damnum sentiat.*

16 *Pauper tantùm, non simul infirmus aut verecundus, vt excusetur à temporis lapsu sit distinctio inter actum impensam, vel non requirentem. & ibi axempla in vtroq; casu.*

19 *Stantem statuto, quòd causa pauperum &c. nullam habeant instantiam, paupertatis proba-*

probatio quando requiratur.

20 *Paupertas an excuset à refectionis expensa, vel eius rata parte, à cursu quadrimestris, à caducitate ob non solutum canonem, & an vassallum à seruitijs feudi, collapsorũque reparatione omissa.nu.22.*

21 *Paupertas, & absentia non affectata aequiparantur.*

Aupertatis causa tractationem hanc nostram etiam atque etiam ditauit ac dotauit. propterea quòd pau-
1 perum, † miserabiliumq; personarum, tum in contractibus: tum in iudicijs plurima, & non infrequentia sunt subsidia ac priuilegia, ità demum si pau-
2 pertas probetur, & in dominio † Mediolani iuxta formã, de qua in Nou. Constit. tit. de aduocatis miserab. personar. §. iudices. & tit. de notar. public. §. notarij in
3 causis pauperum. Extra † verò dominium probatio huiusmodi relinquitur iudicis
4 arbitrio, nisi respectu † certi ac determinati effectus habeatur ratio paupertatis, nam tunc non pendet à iudicis arbitrio, & minus testium aestimatio circa paupertatem Bart. ad l. si constante. nu. 14. Alex. num. 13. Ias. nu. 144. Ripa num. 26. & ibi nos quoque horis vespertinis docentes de secundo loco aliàs dicebamus. ff. sol. matri. Couarru. varia. resolut. cap. 6. nu. 8. Menoch. de arbitrar. indi. cas. 65. nu. 7. Bald. cons. 5. lib. 1. Alex. cons. 213. nu. 8. lib. 6. Honded. cons. 93. nu. 3. & 30. vol. 2. Gallia cons. 71. nu. 32. Turret. cons. 85. num. 21. vol. 2. plenissimè Farinac. tracta. crim. quaest. 57. num. 93. Natta cons. 666. Mascard. de probatio. concl. 1154. Surd. cõs. 534. n. 23. vol. 4. & Decis. 61. n. 4. Barzi. Decis. Bononi. 129. nu. 5. Minsing. cent. 4. obseruat. 97. nu. 9. Rot. Roma. Decis. 1029. lib. 3. in nouissim.

Planè si ad specialia aliquantisper de-
5 flectemus, illud constat, quod iudex † coram quo testis aliquis ad perhibẽdum testimonium aut aliàs quoquo modo productus fuit in opia laborans, de qua illi semiplenè constet, notarium transmittere debet ad domum ipsius testis pauperrimi. cui ob eius honestatem seu nobilitatem verecundum esset ob nimiam inopiam laceratasque vestes quibus malè obtegitur,
6 domum exire ad instar valetudinariorũ † seu debilitate aliqua prouectioriue senio praepeditorum, quos pro ferẽdo testimonio, aut iudicem de alia qua piam re in formando venire non posse satis constet ex contextu in c. si qui testium. vbi glos. in verb. paupertate de testib. Roma. singul. 173. Benincas. tract. de paupertat. q. 8. speciali 10. in iudicijs. num. 27. cum seqq. vbi peregregiè expendit sensum & sententiã.
7 l. ad egregias † ff. de iureiur. Consertque
8 ratio, quòd paupertas † & infirmitas aequiparantur, vt probat l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. Bald. ad l. 2. §. si quis in iuditio. ad fi. ff. si quis cautio. Gamma Decis. 291. n. 2. Thom. Actius Forosemproniem. tract. de infirmit. p. 1. c. 25. Adeo vt dicta conclusio procedat, etiamsi
9 quis inciderit in † paupertatẽ ex propria culpa, quę tamẽ nõ fuerit praeordinata ad casũ. Sic penitus suadẽte aequitate. Fely. ad d. c. si qui testium. n. 12. cum adductis per Viu. decis. 268. in fi. lib. 2. Natta cons. 41. ad fin. Cra. cons. 362. nu. 11. In quo tamẽ dissentit Mantu. sing. apophtegm. 31. in fin. qui (ni fallor) loquitur iuris inspecto
10 rigore, quia communior † est, & aequior opinio in oppositum: veluti ex multorum testimonio probat. Corbul. tract. de iur. emphyt. tit. vlt. limita. 29. in fin.

Deinde ad aliam transeuntes rationem illud etiã nostrae deseruit intentioni quod
11 haeres † qui pro conficiendo inuentario tenetur aliàs praeuia citatione conuocare omnes legatarios, fideicommissarios, & haereditatis creditores quoscunque; huic legali obligationi in subsidium satisfacit, si citari curauerit procuratorẽ eorum qui essent impediti aetate; vel dignitate, aut etiam aliqua districti necessitate. iuxta §. hinc nobis. in authen. de hered. & falcid. vbi glo. in ver. necessitat. ponit exemplum coniecti in carcerem, vel inclusi in latumijs, & eius qui absq; sui dedecore nõ potest in publicum prodire: ideoq; nobilis verecundus etiam maior perfruitur bene-
12 ficio † restitutionis in integrum aduersus lapsum temporis. Ant. Sola ad antiq. decret. Sabaud. tit. de feud. glo. 1. n. 6. verbo, decreti, & statutorum. Vnde qui malè
13 consarcinatis † panniculis, probrosisq; indutus,

indutus, cuiq; dedecorum est attenta eius honesta qualitate, vel agnationis, & familiæ splendore, accedere ad forum, iudiciumq; erubescit, cõtumaciæ pœna indulgenda condonandaq. est: & consequenter non attenditur declaratoria contra aliquẽ vti contumacem, & pro conuicto, ac cõfesso promulgata, quoniam si dicta de causa impeditus fuerit, ne quidem periurium quod reatum (licet secus quoad actum) objici possit, & eidem succurrendum (vt iam diximus) per restitutionem
14 † in integrũ ex clausula generali, remissa quinetiam expensarum contumacialium solutione. l. succurritur, & l. in eadem. ff. quib. ex cau. maio. in integr. restitu. Bald. ad capit. querelam. num. 4. de iureiur. & cons. 250. nu. 15. vol. 1. Viui. Decis. 268. nu. 1. lib. 2. Benincas. annot. loc. num. 23. cum seqq. & Franc. March. Decis. 291. part. 1. & 805. part. 2. Ità quoq; se habet indoles restitutionis in integrũ minoribus
15 † competentis, ne aliquarum expensarũ contumacialium habeatur ratio: aliàs nõ esset repositio in pristinum statum. Natta in puncto cõs. 16. & 17. atq; ego aliàs cõtra nonnullorum placita opposita defendi, tractat. de Portio. Rata quæst. 126. nu. 7. quia impossibilium nulla est obligatio, & quia erogare non tenetur ijs, qui patrocinantur, cùm gratuitã exhibere teneantur operam: licet hodiè pauper nõ habeat subleuantem: multò minus victori respõdere tenetur. Cornel. Benincas. d. tract. quæst. 7. in 1. speciali de iudici. in fin & l. Marchisell. quæst. 26. vbi citat D. Thomã, Caietan. & Sotum. ad addo ego Viui. Decis. 222. lib. 2.

Porò cessante verecundia, & infirmitate, sed vrgente paupertate eam vidi obser-
16 uari, quam etiam probo, distinctionem. † inter actum, qui nullam vel modicam requirit impensam, veluti interponere appellationem siue appellare viua voce intra decendium: vel iurare de calumnia, vel protestari, vel obtinere remissoriales, vel prorogationẽ, quadriennij intra quod restitutio in integrum pauperi cõceditur, non vltra: nisi ob euidentissimum damnũ siue de pauperibus certi hospitalis agatur: siue de pauperibus in genere. Bald. d. cõs. 377. nu. 2. & 3. lib. 3. Ias. ad l. inuitus. nu. 8. C. de procurator. & tunc nõ excusatur. pauper. imò si esset appellandũ in scriptis in subsidiũ pauper appellare poterit viua voce. Put. sub Rot. Roma. Decis. 446. lib. 2. Mynsinger. d. obseruatione 97. num. 3. Gayll. lib. 1. obseruatio. 142. nu. 3. & 4. & Brederod. de appellatio. part. 2. tit. 7. pagin. 169. cum seq. Et inter actum requirentem impensam, veluti sustinere instãtiam, & fatalia custodire, prosequi appellationem, in quibus, & alijs huiusmodi casibus paupertas excusat scilicet à desertione appellationis, & lapsu fatalium: ope tamen, & medela restitutionis in integrũ. Innoc. ad cap. ex ratione de appellatio. sicuti aduersus petitionem bonorum possessionis intra centum dies, Bald. d. cons. 377. & cons. 449. volu. 5. Gayll. & Mynsing. loc. supra indicatis facit tex. in §. alij verò in authen. de his qui ingred. ad appellan. Ruin. cons. 81. volu. 5. Paris. cons. 30. nu. 38. vol. 4. Magon. sub Rot. Lucẽs. Decis. 40. Viui. d. Decis. 268. num. 5. qui loquitur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Mantua singul. apophtegmate 31. Cremen. sing. 122. Lancellot. de attentat. par. 2. c. 12. ampliat. 1. num. 55. & 56. Carpan. ad Mediolan. statut. p. 1. c. 131. nu. 64. cum seq. & Benincas. d. tract. q. 9. tertio speciali in iudici. vbi quoq; subiungit temperamẽtum, nempe, quòd probetur impedimẽtum paupertatis, & quòd si tale absuisset impedimentum, causam appellationis fuisset prosecutus. Quæ pro-
17 batio † debet fieri per testes de iure communi, vel etiam per iuramentum, in testiũ defectũ cum. d. forma, quòd nisi obstitisset paupertas, causam fuisset prosecutus: vel non passus fuisset contumaciam accusari. Angel. ad d. §. item si quis in iudicio. Corn. cons. 109. lib. 2. Oddus de restitut. in integr. par. 1 q. 11. artic. 9. num. 51. & artic. 11. Sylua. cons. 69. & Tessaur. Decis. 10. num. 5.
18 Addo ego tempus faciẽdæ † huiusmodi probationi ex Alba cons. 161. nu. 6. cum seqq. vol. 1. vbi edisserit, an stante decreto
19 quod causæ pauperum nullam ferant † instantiam, facienda sit fides de paupertate intra triennium ante sententiam latam, vel quandocunque fieri possit, etiam post sententiam, & denique concludit, quandocunque

docunque factam fidem proficere, dum-
modo ante sentētiam latam, quod est di-
ligentissimè obseruandum etiam ex Bre-
derodio annota. loco. pag. 170. Paulopost
princip. Atqui à prædictis vel facile decli-
narem, quādo lis esset inter æquè misera-
biles. Didac. pract. quæst. c. 7. Thesaur.
Decis. 177. n. 9. & Vinc. de Franch. Decis.
188. par. 1. vel quando pauper nō foueret
iustam causam, aut non daret fumum bo-
ni iuris. Viui. d. Decis. 222.

Ex eadem radice egerminat excusatio
20 à contributione † in materia refectionis,
& ei non valenti soluere ratam partem,
cursum quadrimestris non nocere, saltem
ope d. restitutionis in integrum ex clau-
sula generali, si qua mihi iusta causa. Gal-
lia. cons. 71. n. 31. multoque magis excu-
sat emphyteutam pauperem, ne cadat ob
non solutum canonem, subsidio semper
in integrum restitutionis. Bald. ad d. cap.
quærelam. Ias. ad l. 2. nu. 56. C. de iur. em-
phyteut. Viui. d. Decis. 268. num. 4. Cor-
bul. d. tit. vlt. limit. 29. veluti hoc idē ob-
seruatur in absētia probabili, vt tradit idē
Corbul. d. loco nuper cit. limit. 10. cum
21 absentia, & paupertas †. non affectata
æquiparētur, teste Bald. ad Auth. hoc ita.
nu. 2. C. de duob. rei. Gallia d. cons. 71. nu.
22 29. Sic quoq; deciditur † in feudis, vt pau-
pertas excuset vassallum à seruitijs, aut nō
reficientem collapsa. Schrader. de feud.
par. 6. c. 6. nu. 28. & parte 9. secundæ par-
tis princip. sectio. 5. nu. 30.

REMEDIVM CXXVI.

Ex l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. c. ob-
latæ de appell. c. 1. de iureiur. c. suscitata.
de rest. in int. & Auth. quæ supplicatio. C.
de precib. imp. offer. circa præuentionem.

SVMMARIVM.

1 *PRæuentio subsidiorum ingreditur cal-
culum: vt in ciuilibus ita in crimina-
libus intelligendo vt ibi. & nu. 2.*
3 *A captura personæ plerunque incipiunt iudi-
ces maleficiorum.*
4 *Præuentio prodest ad euitandam capturam
personæ cauto prius cum fideiussoribus de
iudicio sistendo.*
5 *Eadem an proficiat ad se eximendum à tor-
tura super informatiuo tantum processu.
& quid sit deducendum. & authoris cautio
siue cons. nu. 6.*
7 *Appellatio an ciuilibus in causis concedatur
præuentionis remedium in impetrando
commissione contra appellantem. & quando
nu. 8. quod dupliciter limitatur. nu. 9.*
19 *Præuentio an impediat rei iudicatæ executio-
nem, & quando.*
11 *Quæ nullitas impediat executionem.*
12 *Restitutio in integrum an & quando execu-
tionem differat.*
13 *Instrumentum iuratum, etiamsi peccet vi-
tio fœnoris, habet executionem paratam.*
14 *Debitori instrumento iurato obstricto impe-
trando absolutionem à iuramento & præ-
ueniendo antequam soluendi terminus ce-
dat, an subueniatur.*
15 *Creditor iuramentum quidem remittit, sed
non periurium.*

T ipsa quoque præuentio
subsidiaria valdè reputa-
1 tur † non minus in crimi-
nalibus, quā in ciuilibus:
non intelligendo tamen
de ea quæ cadit in criminibus mixti fori,
nec de præoccupatione iurisdictionis, vt
latissimè apud Clar. §. fi. q. 37. Farin. tract.
crimin. p. 1. q. 7. nu. 56. cum seqq. Docto-
rem Martham tractat. de præuentio post
Decis. Crescentij & Anton. Mathæ. Ro-
man. tract. eiusd. nominis Petr. Caball. re-
sol. crim. casu 117. & 194. quatenus ad di-
uersos iudices spectet insolidum & priua-
tiuè: non cumulatiuè. quod opportunè
declarat Menoch. lib. 2. præsump. 18. Ri-
minald. iun. cons. 715. Sed de præuentio-
2 ne vnius † modi, vel actus in ordine ad to-
tam causam quòad eundem iudicem: ve-
luti quando cuipiam innotuit, contra se
esse laxatum mandatum (capiatur) vul-
3 gò appellatum, a qua captura † frequen-
tius (nescio, an iure semper) incipere so-
lēt plerique latrunculatores & iudices ma-
leficiorum post examen testium submi-
nistrantium iudicia contra reum, vt cu-
mulatissimè tradit Farinac. d. tract. p. 1. q.
27. nu. 113. cum seqq. nam tunc reo suc-
curritur

4 curritur ad vitandam personæ † capturã : modò cauerit cum fideiussoribus desistẽdo in iudicio ad omnem officij requisitionem. Boss. in prax. crimin. tit. de carcer. fideiussor comitrend.

Similiter quãdo ex processu informatiuo iudex ad rei torturam procedere in-
5 tendit, præuentionis † vsus obseruatur, reo copiam indiciorum sibi tradi postulante : tales præterea defensiones allegante, quibus probatis minimè esset ad torturam deueniendum, sanè tunc iudex debet supersedere à tortura & defẽsiones eius audire Alberi ad l. vnius. §. cognituram. ff. de quæst. Iul. Clar. d. §. fi. q. 64. nu. 28. sed
6 ego consulerem, simul cum † præuẽtoria vlterius præsentari inhibitionem superioris, quatenus periculum nõ sit in mora : alioqui studeant defensores reorum nil deducere quòd non sit probabile, & rationabile, quoniam allegatio friuola, sicuti etiam appellatio non obstaret, quò minus ad quæstiones deueniatur. Baiard. ad Clar. d. q. 64. nu. 85.

Atqui in ciuilibus remedium extat sub
7 sidiarium † cap. oblatæ. de appellatio. permittentis appellato præuentionem, dummodo ille non præcurrat ad finem supplantandi appellantem in impetranda commissione. Id quod esse iudici arbitrarium inspecta qualitate personæ causæq; & loci distantia, tuetur. Alex. cons. 19. nu. 5. vol. 1. scilicet per mensem ante finem anni. Feder. de Sen. cons. 248. Zabarell. cons. 87. Franc. Marc. Decis. 143. num. 5. & 7. par. 2. cum nõ sit in potestate appellati incontinenti post appellationem prosequi & causam appellationis agere, & præripere appellanti beneficiũ iuris. l. vlt. §. in his. C. de appellatio. & cap. Abbate extra. eo. tit. Alex. cons. 164. nu. 4. vol. 2. minusque appellanti præfigere terminũ, nisi cum eo concurrat motus iudicis. cap. cord. ibique Archidia. de appellat. in 6. Clem. 2. de appellatio. & Dec. ad cap. per-
8 sonas. nu. 19. de appellatio. Sed si † appellans reorum more subterfugijs & cautelis (ne dicam decipulis) longius debito appellationis prosecutionem differat, subsidiaria est appellato prouisio d. cap. oblatæ. vbi post Innocent. & Bald. Deci.
9 n. 20. quod dupliciter † est restringendũ.

Primò videlicet ex Feder. de Sen. cons. 108. & 173. ne obtineat durante hominis termino, quo casu potest appellatus, interim literas impetrare, etiam ante terminũ dummodo fiat ex fide mentio termini assignati ab homine.

Secundò restringe siue declara, quando appellatus mallet prosequi appellationem aliàs non intendens prosequi appellationem, põte st in vltimo mense ante finem primi fatalis, vel ob legitimum impedimentum biennij petere confirmari sententiam etiam nõ citato appellante. Zabarell. d. cons. 87. nu. 3. & 4. num adductis per Illustr. Card. Tuscũ practicab. conclusion. iur. litera A. conclusion. 422. & seq.

Nec is solus est præuentionis effectus, sed etiam opitulatur ad vitandam rei iu-
10 dicatæ, † executionem si mora ablegata reus libellum porrigat super nullitatis declaratione ante petitam executionem Castr. ad l. si feriatis. ff. de feri. & ad Authen. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offerend. & Natt. cons. 217. num. 7. nisi qui obtinuit sententiam, quæ prætensa laborat nullitate, compareat petendo principaliter illius executionem, quo casu prima petitio nullitatis reducitur ad terminos simplicis exceptionis, atque ita non impedit iudicati executionem. Deci. ad c. in præsentia. n. 18. de probatio. Contard. de momenta. possess. limitat. 7. num. 24. Neuiz. cons. 41. num. 41. Quod sano modo est intelligendum, scilicet, si deducta
11 † nullitas turbida esset, velataque nõ etiã si patens, nitida, & euidens quia eius discussio & examen, petititam fortè, executionem præcedere debet. Gabriell. cons. 28. vol. 2. vbi attestatur, sic in vrbe Rotã obseruare. Paul. Granutius Theoremat. 17. num. 20. lib. 1. Natt. cons. 152. & seq. cons. num. 1. Surd. cons. 99. num. 6. 7. 8. Parlador. lib. 2. rer. cotidiã. capit. vlt. par. 5. §. 11.

Sic quoque obseruatur in articulo re-
12 stitutionis in integrum vt eius † petitio executionem minimè retardet quando in executione petenda fuisset præuentum, aliàs secus. Lancellot. de attenta. p. 2. c. 18. nu. 93. Honded. cons. 27. num. 31. & seq. volu. 2. Thesaur. Decis. 181. & Conrard. de-

de moment. possess. limitat. 8. nisi sagaci aliqua coniectura iudex subodoratus sit malitiam petentis restitutionem. Glos. Abbat. & alij in capit. suscittata de in int. rest.

Similiter instrumenti iurati vel aliter
13 paratam † habentis executionem, ingentissima est vis, etiam si cōtineat vsurariam turpitudinem. cap. debitores. de iureiur. Bald. conf. 400. nu. 10. lib. 5. Crauett. cōs. 31. in fin. & cons. 317. M. Ant. Eugen. cons. 51.

14 Verùm sagaci debitori succurritur †
prauenienti, ne rigorem executionis patiatur, nempe si vigilauerit antequam soluendi terminus instet, cedat ve dies, & sic à iuramento impetrauerit absolutionem, quoniam creditor potest quidem remit-
15 tere † iuramentum sed non periurium. c. 1. de iureiur. Alex. ad l. 4. §. condemnatū. num. 17. ff. de re iudica. Bald. cons. 275. vol. 5. Castr. cons. 48. volu. 2. Natt. cons. 497. col. 2. Bero. cons. 85. 109. 111. vol. 3. Binni. cons. 21. num. 9. lib. 1. Rebuff. de liter. obligat. art. 2. glos. 1. nu. 22. Archar. iun. familiar. q. 55. nu. 2. par. 2. Gutierez. de contract. iurat. cap. 2. nu. 34. Gregor. Tholosa. de vsur. lib. 3. cap. 15. Carpan. ad statut. Mediol. par. 1. cap. 42. nu. 45. Modern. Vincent. Mācin. de vi. effect. iuram. part. 1. quæst. 6. num. 5. & 6. Grammat. Decis. 45. Crass. de except. Exceptio. 28. dummodo absolutio sit bene petita. Paris. cons. 44. volum. 1. Afflict. Decis. 220. Non ita si prius cesserit dies, mox instrumenti executio sit petita, cui nullitas vel turpitudo obiecta fuerit, nam lite pendēte super nullitate aut super rescissione instrumenti, proceditur interim ad executionem ad instar instrumenti non habentis vitium intrinsecum visibile, & ineuitabile Ioannes de Amicis cons. 150. Lancellot. de attentat. p. 2. c. 17. nu. 152. Nicol. Intrigliol. sing. 155. lib. 2. & Vinc. de Franch. Decis. 373. p. 2.

REMEDIVM CXXVII.

Ex c. ad limina. 30. q. 1. c. in necessitate, iuncto c. mulier. de consecrat. distinctione 4. &c. quem pœnitet; de pęnit. distinct. 1. circa Sacrosanctum Baptisma, quod in subsidium potest exerceri per laicū, imò per mulierem, & quid in Ministerio Sacramentalis pęnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus est ianua, & fundamentum omnium sacramentorum.*

2 *Baptismus in subsidium fit etiam à laico seruata debita forma: imò etiam à muliere: qua sciat lauare: & verba proferre: & cur num. 5. sed non solemniter nu. 13.*

3 *Baptizare potest pater ipse: in casu necessitatis, sed non potest esse patrinus.*

4 *Necessitati multum defertur etiam in spiritualibus sed subordinatè. numer. 13. & num. 37.*

6 *Baptismi capax an sit: qui solummodo manum, vel pedem ostendit.*

7 *Baptismus fit propter animam non propter corpus.*

8 *Baptizatus an in dubio quis præsumendus, vel quomodo probetur.*

9 *Regeneratio præsupponit generationem.*

10 *Baptismus potest exerceri etiam ob excommunicato denuntiato: imò etiam ab haeretico: & quomodo, & cur.*

11 *Rebaptizandus cur non sit baptizatus ab heretico.*

14 *Roman. cons. 358. confutata opinio ex Rot. Roma.*

15 *Baptizandi ex actu num probetur ecclesia curata: aut parochialis nisi quoq; de solemni actu constaret.*

16 *Baptizatus in subsidium si euaserit periculum quid adhuc agendum.*

17 *Athanasij Magni peregregium exemplum ex Baronio.*

18 *Sacerdos debet esse Minister sacramentalis pœnitentia.*

19 *Laicus etiam in subsidium neutiquam admittitur ad ministerium sacramētalis pœnitentia ob certissimum clauium defectum & quæ sit ratio: redditur. nu. 20.*

21 *Baptismi, & sacramentalis pœnitentię differentia in casu: de quo agitur.*

22 *Confessio in casu necessitatis quando consulenda ac nu. 24.*

23 *Erubescens pro Christo fit dignus misericordia eius.*

25 Con-

25 *Confessio facta laico in quocumque casu non est sacramentalis.*

26 *Laicus audiens peccata an obligetur ad sigillum secreti, & reuelens puniendus sit.*

27 *Monitoriales an comprehendat laicum audientem alterius confessionem: dum immineret periculum, nec adesset copia sacerdotis, quidque de aduocatis, & procuratoribus.*

28 *Pœnitentia habet tres præcipuas partes: Contritio tamen præponderat, & supplet valdè.*

29 *Verbum, debet, aliquando decentiam significat, vel consilium, regulariter autem præceptum.*

30 *Intellectus. cap. 2. de furt. & s. quem pœnitet. de pœnit. distinct. 1.*

31 *Diaconus quam habeat autoritatem circa sacramentum pœnitentiæ.*

32 *Prorogatio iurisdictionis fit in subsidium etiam quo ad spiritualia.*

33 *Sacerdos etiam excommunicatus potest aliû excommunicatum absoluere in subsidium.*

34 *Laicus an possit vti delegatus Papæ absoluere à censuris & cur. nu. 36.*

35 *Glo. ad cap. pastoralis. §. præterea. de officio ord. reprobatur.*

36 *Excommunicato petenti in articulo mortis absolutionem à laico, mox emorienti quid præcipuè ei concedat Pia Mater ecclesia, e contra si conualuerit quid adhuc superfit agendum maximè in casib. reseruatis, etiam absolutione à Sacerdote tunc obtenta: num. 38*

39 *Synesij Episcopi Ptolemaidis præclarum exêplum ex Baronio eiusque aureum dictum. num. 42.*

40 *Articulo mortis vrgente vere, vel præsumpto receditur à regulis iuris, & quis dicatur articulus mortis.*

41 *Intellectus c. ex parte il. pri. de ver. signif.*

Dicere solebat Beatiss. Pater Aug. Ego senex, & Episcopus tot annorum paratus sũ adhuc ab Anniculo edoceri; c. si habes. 24. q. 3. & glo. in c. vlt. 38. distinct. Ea propter nihil magis fuit in votis meis Dum (Deo sic disponente) præsentis tractatus telẽ ordirer, quàm selectiora aliqua capita, rei nostræ consentanea, de quibus nullo non die quæri soleret, excipere, etiam à venerabilibus Theologis, à quibus deinde didicita hic sub quodam cõpendio inserere liceret, quatenus sacris canonibus comprobarentur; etenim in
1 sacramento † baptismi, qui est fundamẽtum, & ianua omnium sacramẽtorum c. fin. de presbyt. non baptiz. & Abb. cons. 58. col. 1. lib. 1. non tantùm quando totaliter est natus puer in subsidium, scilicet,
2 in casu necessitatis, potest laicus † & pater ipse licet nequeat esse patrinus etiam in casu necessitatis. Greg. de Valentia. tom. 4. comment. Theol. disput. 4. q. 2. puncto. 3. ad fin. imò mulier quoq; præcipuè ob-
3 stetrix (si mora sacerdotis † obsutura) cũ intentione baptizandi, & seruata debita forma baptizare, vulgares dicunt (battezare in soccorso) c. in necessitate, & c. mulier de consecratione distinct. 4. glo. ad cap. vlt. in verbo perciperet 24. q. 1. c. ad limina 30. q. 1. c. 1. §. sacramentum de sum. Trinit. Rot. Rom. Decis. 52. nu. 28. & seq. par. 2. in nouissim. Excell. I. C. Polyd. Rip. tract. de actis in artic. mort. cap. 92. Additur Fr. Eman. Roder. tom. 1. quæst. Canonic. seu regul. q. 31. artic. 1. vbi quilibet homo, qui loqui potest modosciat lauare, & verba proferre cum debita intẽtione est sufficiens ministri huius sacramenti in casu necessitatis Sot. in 4. de iustitia q. 3. concl. 1. distinct. 18. Morla. in empor. iur. p. 1. tit. de Iusta fid. q. 2. nu. 5.
4 cum necessitas † non habeat legem, vt late comprobat Gerard. Petra sancta. singul. 100. vbi ad multa infert admodũ notan-
5 da, quia sanctum est † baptisma per seipsum, quod datum est in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. c. sanctum de consecra. distinct. 4. verum etiam si dumtaxat
6 manum † aut pedem ostendat, nec potest sine periculo mortis extrahi viuus matre moriente, vel agonizãte, postquã baptis-
7 mus fit † propter animã, non propter corpus, & anima (quantum ad suam essentiam) est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, proinde vna parte corporis baptizata totum est baptizatum, tametsi ad maiorem cautelam statim baptizetur a Parocho sub forma conditionali, videlicet, si non es baptizatus, ego te baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus

ritus sācti. de qua in 2. de Baptismo, apud Cardin. Turrecrem in c. qui in maternis de cōsecrat. distinct. 4. Diuum Thomam in 4. sententiarum, distinct. 6. q. 1. artic. 3. cum alijs relatis per Graffium. cons. 9. n. 17. & seqq. lib. 5. de pœnit. & remission. sicuti obseruatur in curia Romana, atque alibi passim quando probabiliter dubitatur; an quis sit baptizatus, cùm in dubio
8 † non præsumatur quis baptizatus, sed alleganti baptismum incumbat onus probandi, vel per librum, Parochi ex Sacri Concilij constitutione vel etiam per vnū testem Christianum, & fidelē. Mascard. de probat. concl. 163. & 672. Viui. Decis. 489. Longe tamen diuersum esset in eo, qui totus in vtero degit: quia regeneratio
9 † non datur, vbi non processit generatio. Idcirco qui natus non est secūdum Adā: nec potest renasci secundum Christum: quæ fuit ratio Isidori d. c. in maternis. Imò si fortè catholicus non inueniatur, licitè peti, & administrari potest baptismus, etiā
10 ab † hæreticis vel ab excommunicatis, denuntiatis, tam quoad adultum, quā infantulum c. præter hoc in fin. 32. distinct. 361. sanctius est ab hæretico baptismum sumere, quàm in æternum perire, Sot. 4. d. l. q. 5. art. 6. Nauar. in manuali cap. 22. nu. 4. & probat Sayrus Thesaur. casuum conscient. lib. 2. cap. 2. nu. 12. vbi citat Diuum Thom. Durand. Clauas. Syluest. Palud. Riccard. Medinam. Caietan. & plerosque alios absolutissimos Theologos. Neque rebaptizandus est, qui ab hæreti-
11 reticis † cum recta intentione, & secundum debitam formam ijs, videlicet, qui sanctissimam Trinitatem, & diuinatem trium personarum confitentur, baptizatur ne inuocatio tanti nominis videatur annullari c. siue hæreticus de consecrat. distinct. 4. hæc fuit vera distinctio, qua ad consensum totius ecclesiæ redacti fuere. Sanctus Cyprianus episcopus Carthaginensis & cæteri Africani episcopi tempore Sancti Stephani Papæ, & Martyris in magna illa controuersia de qua S. Augustinus de Baptismo, & Epistola 48. & Cardinalis Baronius latè in Annalibus ecclesiæ. tom. 2. Anno 258. In nullo autem casu necessitatis licet laico solemniter baptizare sine culpa mortali, & circa irregularitatem: quoniam Cathechismus, & exorcismus sunt functiones propriæ Sacerdotis D. Thom. 3. p. q. 71. art. 4. Greg. de Valent. prædicto loco puncto 1. sicut laicus baptizans extra necessitatem peccat sine tota irregularitatis. Nauar. Manual. cap. 27. nu. 242.

Nec indistinctè etiam imminente periculo mortis laicus fungitur hoc munere,
13 sed ita demum, si præsens sit † clericus, abstineat laicus, sicuti præsente Sacerdote etiam non parocho non Sacerdos præsente viro qui calleat formam baptismi, mulier cedat, de quo ordine apud Syluestr. in sua summa ver. Baptismus il 3. num. 1.
14 Hin meritò reprehenditur † Rom. cōs. 356. n. 1. cum seqq. dum voluit, quod ecclesia parochialis curata colligatur ex probatione plurium, & præsertim, si fiāt oblationes, ibi sepeliantur, & sacramentum baptismatis ministretur cū tamen ex actu
15 baptizandi † non inferatur ad curam nec pœnitētialem, neque iudicialem, postquam baptisma potest exerceri à laico, & à muliere. Rot. Rom. d. Decis. 52. posset tamen defendi, quia ordinarius minister baptismi est Sacerdos, & solemniter baptizare pertinet ad parochum: licet in subsidium & in casu necessitatis ad alios, prout statutum est in concil. Florent. titul. de baptismo. Diuus Thom. 3. p. q. 67. art. 2. 3. & 4. Est etiam aduertendum quod qui pueri, vel alij in casu necessitatis baptizātur in subsidium, sola adhibita legitima materia, atque debita forma verborum à quocumq; sint baptizati licet verum baptismum recipiant, & si morerentur, vi-
16 tam æternam consequerentur; tamen † si superuixerint, bebent ad ecclesiam deferri, & si dubitatur de vero baptismo, sub conditione baptizari ea adhibita forma. de qua supra. At si constat certè, quòd verè baptizati sint, saltem in eis à Sacerdote debent sacramentalia suppleti secundū ritum Catholicæ ecclesiæ, idest, cathechizari, bis vngi oleo cathecumenorum, & sancto chrismate, & cæteræ in eos compleri ceremoniæ quæ in libro Pontifical. ascriptæ sunt: vt præfati auctores, tam Theologi, quàm canonistæ communiter asserunt locis citatis præcipuè. D. Thomas 3. p. q. 71. art. 1. 2. Sot. in 4. dist. 3. q. 1. art.

1. art. 9. per tex. in cap. Spiritus sanctus. 1. q. 1. Has solemnitates sigillatim refert Cardinalis Toletus in sua summa lib. 2. c. 23. Posset de hoc adduci exemplum etiã
17 Sancti Athanasij magni, qui cũ esset puerulus ad littus maris, in ludo puerorum aliquando tamquàm fictus episcopus baptizauit aliquos cathecumenos adhibita vera materia, & prolata legitima forma baptismi: quo ab Alexandro episcopo Alexandrino audito præcepit illos inter veros baptizatos adnumerari, & de concilio clericorum tantum iussit, solemnitates consuetas in ecclesia suppleri in eis: quod ex Ruffin. Ecclesiastico historico refert Cardinalis Baronius in suis Annalibus tom. 3. anno. 311. fol. 67. Habetur etiam apud Gratianum in suo decreto dicto ca. Spiritus sanctus. 1. q. 1. Porò alia-
18 res est in sacramentalis pœnitentiæ † ministro, qui debet esse Sacerdos, nec laicus
19 † potest sese ingerere etiam in casu necessitatis. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 1. concl. 1. Suarez. tom. 4. disput. 4. sect. 1. vbi affert Sacrum Concilium Trid. sess. 14. canon. 10. vbi absolutè definitur solum Sacerdotem posse esse ministrum sacramentalis pœnitentiæ. ratio est, quia in Sacerdote
20 † consideratur duplex iurisdictio, nimirum, coactiua & absolutiua. Graff. cons. 10. num. 13. de pænit. & remiss. præsertim verò ad absoluendum requiritur potestas clauium, quæ fundatur in charactere Sacerdotali. cap. 1. §. vna de summa Trinit. & fid. cath. sic ex Clauas. Tabien. Abb. & alijs appositè citatis, Polyd. Rip. d. tractat. de actis in articulo mortis capit. 93. n. 12. cum seqq. Thom. Actius tract. de infirmit. par. 2. versic. confiteri qua ratione nullus qui non sit Sacerdos, potest in quacumque necessitate dispensari, vt conficiat Corpus Christi. sic traditio, & vsus Piæ Matris ecclesiæ, docet fuisse à Christo institutum, hæcq; ab eius institutione potissimum pendent, vltra quòd nõ
21 est tanta necessitas † sacramenti pœnitentiæ, sicuti baptismi, cũ illud suppleri queat semper per contritionem, hoc vero nequaquam saltem in paruulis, & infantulis. Suarez. annotato loco, vbi insuper monet, quando sit in casu necessitatis con-
22 sulenda confessio † laicalis. Cõsulunt enim aliqui fortè quia ob verecundiam, quam habere dicunt partem remissionis, iuxta
23 illud: qui erubescit † pro Christo, dignus fit misericordia. iuxta text. formalem in cap. quem pœnitet. de pœnit. distinct. 1. ibi. laborat enim mens patiendo erubescentiam. verùm vt notat Sotus in 4. d. 18. quæst. 4. nu. 1. huius confessionis fructus, aut nullus aut perexiguus est. Qui-
24 dam alij dicunt, quod in proferendo † peccata vehementius accenditur cordis contritio, vt in obsesso, in transfretante, in nautis ingruente procella, & mortem illico minitante, apud quos in more positum est alterutrum confiteri. Attamen videtur, quod apud infimum hominem & remigerum, conscientiam exonerare, plus detrimenti, & periculi possit vitæ, & famæ adferre, quàm spiritualis emolumẽti. Quare in his casibus considerandas esse circonstantias rerum & personarũ, arbitratur. Suarez. ibidem. Nam si vna persona indigeat cõsilio, & auxilio: alia autem sit prudens, a qua possit sperari vtilitas, & secretum sine alio graui detrimento: optimum erit hoc medio vti, propterea quòd illa qualiscunque nota infamiæ, maiori spirituali vtilitate compensatur, & in reliquo potest homo cedere iuri suo. Quod si illæ circonstantiæ neutiquam concurrant, melius erit soli Deo confiteri, iuxta doctrinam Nauar. ad cap. 1. de pœnitent. distinct. 6. nu. 72.

25 Quandoquidem confessio facta † laico in quocunque casu non sit sacramentalis, immo nec Sacramentum pœnitentiæ administratum à putatiuo Sacerdote validũ est: nec virtute illius pænitens liberatur à peccatis, quia putatiuus sacerdos non est verus minister iuxta Conc. Trid. sess. 7. cap. 1. & in Conc. Constãt. canon. 7. quidquid asseruerit Alberic. in. l. Barbarius n. 29. ibiq; Ias. nu. 63. ff. de off. præt. Excipitur Sacramentum Matrimonij, quod celebratũ à Parocho putatiuo valet, quia ille actus inter essentię Parochi est iurisdictionis, & legis positiuæ. d. Concilij pro forma inductus. Sic in puncto Petr. Augustin. Morla in Empor. iur. par. 1. tit. de fid. Instrum. q. 2. nu. 6. tametsi eluceant in huiusmodi confitente signa humilitatis, deuotionis, & verecundiæ, & consequẽti

Gg 2 non

non confert gratiam sacramentalem, nec
26 laicus audiens † peccata, obligatur eodē
prorsus vinculo ad sigillum secreti, ita vt
sit reuelatio secreti; verumtamen obliga-
tur maiori vinculo, quàm si illud sub alio
quocumque secreto audiret, citra sem-
per rem sacramentalem vnde peccaret
mortaliter, si reuelare: sed non incideret
in pœnas canonis, tametsi esset supplicio
dignus, ex traditione Soti loco præallega-
27 to. Vnde de monitoriales† quidem con-
tra scienter & non reuelantes, compre-
hendunt amicum, cui sit dictum quidpiā
in occulto & sub sigillo secreti, quia serua
re secretum etiam proueniens à fure est
de iure naturali. Soc. sen. cons. 102. lib.
4. Guttierez. canonic. quęst. lib. 1. cap. 11.
nu. 58. quamuis iubente superiore tenea-
tur veritatem dicere. Cardin. cons. 31. &
applaudit deductio. tract. de iuram. par. 4.
Effect. 81. vbi etiam tradit, quid de procu-
ratoribus, & aduocatis, quibus clientes
plura fatentur in secretis, vt super his, quæ
in causa tractantur ab eis cognita ex prin-
cipalium reuelatione, non debeant exa-
minari: sed in subsidium, si pars velit, co-
gentur respondere positionibus, prout
cogitur principalis, maxime de his, quæ
ante susceptam aduocationem, vel patro-
cinium nouerint. Put. Decis. 294. lib. 2. &
Decis. 56. lib. 3. Vid. Mysingh. obseru. 78.
centur. 2.

Extenditur prædicta conclusio de con-
fessione laicali siue agatur de peccatis mor
talibus, siue fieret confessio laico de venia-
libus tantùm, licet enim venialia non sint
de necessitate Sacramenti, neque de essē-
tia confessionis, eorum tamen absolutio
est munus clauium, quæ laico non sunt
indultæ, imò nec confessio facta laico per
modum Sacramentalis ceremoniæ cum
absolutione deprecatoria remittit venia-
lia ad modum aquæ benedictæ, vel abso-
lutionis generalis, quam facit sacerdos in
introitu missæ, cùm nullum videatur fun-
damentum. teste Soto in prædicto loco,
vt tantum laicæ absolutioni tribuamus,
posteaquām nullibi reperitur id ab eccle-
sia institutum. Quod ex ea radice consur-
gere videtur, quia tametsi pœnitentia Sa-
cramentalis sit omnino ad salutem post
peccatum necessaria simpliciter, cum ta-
28 men eius sint † tres partes, videlicet cor-
dis contritio, oris confessio, & operum sa-
tisfactio; in casu necessitatis, idest, defi-
ciente sacerdote, qui audiat confessionē,
tota pœnitentia suppleri solet per contri-
tionem, vtpote quæ de sui natura virtua-
liter includit alias duas partes, vt commu-
niter innuunt omnes theologi, & summi-
stæ quorum ante omnia, & vt semper Pię
Matris Ecclesiæ Sanctissimæ determina-
tioni cernuus me submitto, omnesque
lucubrationes subijcio, nec aliter, &c. &
quamuis eo casu non sit Sacramētalis pę-
nitentia, nisi in voto potest tamen esse
perfecta virtus merens, & satisfaciens vn-
de in nullo necessitatis casu negligi potest
præceptum de pęnitentia, siue eius reme-
diū ad salutem, eius nihilominus mediū si
non in re nobis cōparare possumus, suf-
ficit in voto ex communi ecclesiæ vsu sic
Valentia loco præcitato disputat. septima.
quæst. 1. de pęnitentia vt Sacramentum
est, puncto 6.

Nec obstat, quod aliquando fuerit in
vsu habendi laicorum confessionem po-
tissimum tempore Sancti Thomæ, qui in
4. distinct. art. 7. q. 2. ad primum dicit,
quando necessitas imminet, debent pœni-
tentes in absentia sacerdotis cōfiteri, laico,
quoniā Sot. præcitato loco explicat illud
29 † verbum (debent) vt importet decentiā
quandam: non autem denotet præceptū.
vt quidam summistæ malè interpretati
sunt, ad quem decentiæ sensum reducen-
di sunt scholastici, & quotquot aliter sen-
serunt, cùm pro subiacente materia verbū
(debet) modò sit honestatis, modò ne-
cessitatis, modò officij nota. l. non solum.
§. 1. ff. de nou. ope. nunt. l. prætor. ff. de
edend. l. sæpe. ff. de off. præsid. Fel. ad cap.
nam concupiscentiam, de constit. nu. 5.
Saly. ad l. creditores. C. de pignor. & glo.
ad clem. attendentes. de stat. monac. Mo-
dò sit consilij, & non obligationis teste
Magistro sententiarum exponente illum
D. Thomæ locum.
30 Neque mutat tex. † in cap. secundo, de
furtis. vbi præcipitur, vt fur, qui in actuali
furto interficitur, careat sepultura; mox
subdit, si presbytero, vel diacono confes-
sus fuerit, communione non priuetur.
Stringitur difficultas ex tex. in dicto cap.
quem

quem pœnitet. ibi; tanta itaque est vis confessionis, vt si deest sacerdotis confiteatur proximo; sæpe enim contingit, quòd non potest quis verecundari coram sacerdote, quem desideranti, nec locus, nec tempus offert, vt si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habeat, fit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis, id quod corroboratur auctoritate Sancti Cypriani epist. 17. incip. miror, vos vbi cōmisit diacono, vt in absentia presbyteri reconciliet pœnitentem iam animam agentem; ergo confessio saltem fieri posse videtur diacono.

Quoniam tex. in dicto cap. secundo, loquitur de ostendente signa confessionis, & pœnitentiæ, cui non est deneganda cōmunio, specialiter præterea fit ibidē mentio sacerdotis, & diaconi, quia à sacerdote potest absolui, & communicari diacono

31 † verò, quamuis nequeat illum absoluere fit tamen ei potestas in illo, articulo, & deficiente sacerdote ecclesiastica sacramēta ministrandi illi, dummodò aliàs se sufficienter dispositum ostendat. ita Suarez prædicto in loco. qua ratione consulitur saluti animarum: sicuti prorogatur iuris-

32 dictio † in casu absoluēdi à peccatis quoad quēcunque sacerdotem, in articulo mortis. Sayr. d. Thes. cas. conscient. lib. 2. cap. 21. nu. 2. etiam si ageretur de excommunicationibus quibuscumque reseruatis,

33 & sacerdos non esset † parochus; vel depositus esset, aut excommunicatus quoad alium excommunicatum absoluendum, vel degradatus. Sot. 4. distin. 18. quæst. 4. art. 4. & Sayr. Thesau. cas. conscient. lib. 2. cap. 10. nu. 26. Fr. Eman. Roder. tom. 1. q. canon. seu regul. quæst. 20. art. 1. Ad citatum canonem, quem pœnitet, cōfert traditio superius relata à Soarez. & Sot. admisso actu confitendi citra facultatem soluendi. Quatenus verò ad D. Cypriani Epist. cōstat, haud dubie Diuum Cyprianum loqui de his, qui erant in pœnitentia publica, & respectu censurarum, deinde D. Cyprianus non infert ad sacramentalē absolutionem quæ dūtaxat residet pœnes eum, qui habet potestatem ligandi, & soluendi. ca. Remissio nem. 1. q. 1. & Valent. cit. disp. q. 10. puncto 1. §. vlt. vbi explicat locum Diui Cypriani.

Hinc merito præualuisse legimus, & credimus opinionem eorum, qui tenuerunt in eo mortis articulo, concessam minimè censeri laico facultatē, vt deficiente illo qui aliàs absoluere posset, ipse ab excommunicatione validè ex se sine commissione superioris absoluere possit, cùm versetur hic casus in his, quæ sunt iurisdictionis, quoad absolutionem à censuris,

34 quam facere potest laicus † in subsidium, scilicet, in defectum sacerdotis, dūmodò liqueat de præambulo ordine superioris, Palud. 4. distinct. 20. quæst. 1. art. 2. Sot. 4. distinct. 18. quæstion. 4. art. 4. Nauar. suo Manuali cap. 26. num. 26. & in c. 1. num. 84. de pœnit. distin. 6. Couar. in cap. Alma mater. par. 1. §. 11. nu. 9. de sent. excomm. in 6. quia non est sacramentalis absolutio. Felyn. tract. de indulgēt. nu. 19. quicquid

35 in oppositum senserit † Glo. ad cap. pastoralis. §. præterea. vers. præterquam in mortis articulo, ibiq; Panormit. de offic. ordin. Oldrad. cons. 94. Palud. 4. distinct. 17. quæst. 3. art. 3. concl. 7. Rip. de peste. tit. de priuil. ind. caus. pestis. nu. 46. quos cum alijs cumulauit Sayr. Thes. cas. conscient. lib. 2. cap. 21. nu. 3. & 4. vbi quoque reddit hanc rationem ex sacratissima Synodo Trid. de refor. sessione 14. cap. 7. vbi æque agitur de facultate absoluēdi à peccatis, atque à censuris ad excludendum laicum præcisè, quoad sacramentalem absolutionem: at causatinè quatenus ad

36 censuras, si quidem illa † sit ordinis, quæ in laicum nequaquam cadit: hæc verò iurisdictionis, idcirco capax est laicus ex dispensatione superioris. Est quidem verū, quòd si hic excōmunicatus peteret à laico absolutionem, proderit ei huiusmodi postulatio, vt post mortem ab excommunicatione absolui possit, ob præmissum si-

36 gnum † contritionis, quod requiritur omnino, vt post mortem quis absoluatur. ca. sacris, & ca. à nobis il 2. de sentent. excommunic. Nauar. d. cap. 1. in princ. nu. 81. de pœnit. distinct. 6. Couar. d. §. 11. num. 9.

37 Cæterùm si in articulo mortis sit † copia eius, ad quem de iure pertinet absolutio, erit ante omnia ad illum recurrendum, cùm sit ad vnguē seruandus hic ordo, videlicet,

delicet, vt deficiente illo, ad quem de iure spectat absolutio, habeatur recursus ad summum superiorem, qui commodè haberi potest. Quòd si in excommunicatione Papali non possit de facili recurri ad sedem Apostolicam ob nimiam distantiam, recurrēdum est ad Episcopum: sin autem ad proprium parochum, qui si non possit commodè haberi sine periculo, & detrimento infirmorum, recurritur in subsidiū ad quēcunque propinquum sacerdotem. can. Aurelius 26. quæst. 6. si enim absoluitur ægrotus à peccatis directè sine onere iterum confitendi, quoties conualuerit. Ab excommunicatione verò reseruata pariter absoluitur, & quidem verè, ita vt si deinceps moriatur, alia non sit opus absolutione post mortem, etiam si Papæ absolutio reseruata sit. Nauar. suo Manuali d. cap. 26. nu. 26. Couar. d. §. 11. nu. 8. sed indirectè collata intelligitur abso-
38 lutio, idest, cum hoc onere: vt si † conualuerit, præsentet se personaliter illi, cui excommunicatio fuit reseruata intra tēpus arbitrio iudicis præscribendum, mandatū eius, & nouam pœnitentiam, si placuerit, iniungere, humiliter suscepturus: quod si non fecerit, re incidit in excommunicationem eandem specie ex vi retrotractionis, seu piæ cuiusdam fictionis. ca. eos qui de sent. excommunicat. in 6. Butr. ad ca. de cætero. nu. 6. de sent. excommunicat. Graffius. consi. 4. num. 24. de sent. excommunicat. lib. 5. Sayr. d. cap. 20. n. 27. apud nos tract. de fiction. cap. 8. casu 15. Polyd. Rip. d cap. 93. num. 7. 8. & 9. habetur de
39 hoc antiquissimum exemplum † relatum in Annalibus Card. Baronij tom. 5. anno 410. fol. 312. de Synesio Episcopo Ptolemaidis, qui asserebat. Lamponianū quendam ob sua facinora excommunicatum, cuius absolutio erat reseruata Patriarchæ Alexandrino, ita esse in articulo mortis absoluendum, vt testitutus pristinæ sanitati se præsentaret Patriarchæ, aliàs eadem censura esset innodatus. quod tamquam antiquissimum factum valde notat Baronius.

40 Atque ita fit perspicuum, quod † articulo mortis vrgente, vel præsumpto, vel vero, idest, quando probabiliter arbitrio boni viri, & prudētis secutura est mors, siue ab intrinseco siue ab extrinseco, vel quādo ratione præsentis periculi mors est quodammodo in fieri, siue infra pauculos dies quis est moriturus, vel ex infirmitate, vel ex senectute, vel alia ex causa iudicio medicorum peritorum. Io. Andr. & Panormit. in d. cap. pastorali. §. 1. Nauar. d. cap. 26. num. 31. Couar. d. §. 11. num. 8. Decian. consi. 29. nu. 19. vol. 5. scitissimè Polyd. Rip. d. tract. cap. 1. vbi mortis articulum inferre nauigationem, pestem, bellum, senium, iter per loca insidiosa, hostiū incursum, tyranni crudelitatem, dolores partus, & alia scribit optimè Felyn. d. tract. de indulgent. num. 16. loquens de extrema vnctione, quæ dicitur sacramentum exeuntium, dandum his qui cōmuni æstimatione reputantur morituri, etiam in schola theologorum receditur à regulis iuris, fitque repente locus remedijs subsidiarijs animæ. cap. vlt. vbi Abb. nu. 3. de sepult. Glo. ad clem. 1. §. pen. ver. ex tunc de hæretic. vbi absoluitur excōmunicatus in articulo mortis, etiam non præstita satisfactione reali, si vel vrgente morte non detur tempus satisfaciendi, vel ob facultatū inopiā non valeat satisfacere, sufficiēte cautione iuratoria, vbi fideiussoriæ nō pateat aditus, etiam inuito & contradicente aduersario, ne sinum occultet pia
41 Mater ad se redeunti. † Glo. ad cap. ex parte. el j. ver. pro contumacia de verborum signif. Sayr. lib. 2. c. decimooctauo, num. 10. præclarè Fr. Emanuel Roderic. tom. 1. quæst. canonic. seu regul. quæst. 61. art. 8. vbi luculenter de sensu & sententia d. text. in c. ex parte, sicq; passim exprimitur in Iubileis, dum de criminibus reseruatis loquuntur, excipiendo semper
42 constitutos in articulo mortis & † Synesius præfat⁹ Episcopus Protlemaidis apud Baronium loco citato, auream protulit sententiam, nemo, videlicet, ligatus mihi moriatur.

REME-

REMEDIVM. CXXVIII.

Ex c. hortamur. 4. quæst. 9. & Sacrosanct. Concil. Trid. cap. 3. sess. 24. circa Visitatoris; tam Apostolici, quam Regij munus eminentissimum.

SVMMARIVM.

1 *Visitatoris, seu syndicatoris generalis, tum apostolici, tum regij munus quale sit, & origo eius vnde fluxerit. num. 3.*
2 *Præfectus pretorio plurimæ authoritatis magistratus.*
4 *Syndicatus est totius iustitiæ experimentum, & compendium.*
5 *Visitator an dicatur delegatus Regius ad vniversitatem causarum.*
6 *Visitationis modus, & materia, ac tempus etiam apud priscos reiusq; summæ potestas num. 9.*
7 *Censorum munus quale foret apud Romanos.*
8 *Visitatoris sententia inappellabilis tam Regij, quam Apostolici, sacrum tamen consilium supremum eminet, ad quod recurri potest.*
10 *Visitatoris officium latissimum omnium.*
11 *Visitator generalis an possit recusari suspectus.*
12 *Visitator generalis an concedat personis, seu locis priuilegiatis restitutionem in integrum, & an maioribus indulgeat remissionis beneficium saltem semel.*
13 *Visitatoris subsidia multa.*
14 *Visitator quando contra semel absolutos in alia visitatione se ingerat.*
15 *Visitator generalis quando impediatur per specialem.*
16 *Generi per speciem non derogatur in iurisdictionalibus.*

Placulum visum, est basim & fundamentum totius iuris
1 subsidiarij hoc est, munus †
Sindicatoris, seu Visitatoris generalis silentio præterire, Tum Regij, tum Apostolici motu proprio concessi ex Corn. cons. 76. nu. 8. vers. nec obstat vol. 1. Tantæ autoritatis
& grauitatis officium, vt præfecto præto-
2 rio † anteponendum nemo neget, cuius
quanta apud Rom. priscos dignitas & amplitudo, testatur Bart. ad l. omnes populi num. 8. ff. de iust. & iur. Pancirol. de notit. vtriusq; imper. c. 25. colu. 4. versic. qui hodie. Quanta autoritas, & potestas tradunt Impp. in l. formam. C. de offic. præfect. prætor. orien. in l. 1. §. Deo itaque C. de offic. præfect. prætor Afric. vbi Iustinianus eius potestatem maximam appellat. l. C. in l. vnica. ff. de offic. pręf. prætor. Imper. in l. si quis. C. de precib. imper. offer. in l. vnica. C. de sentent. præf. prætor. in l. vnica. C. ne liceat tertiò prouoc. Camill. Borrell. cons. 85. & sexcentis alijs in locis.
Hunc magistratum antiquitas Roma-
3 na primùm introduxit de cuius † origine
videre est apud Pomponium in l. 2. §. post deinde. ff. de orig. Iur. Fenestella. de Magistratib. Roman. cap. 17. apud quam ab effectu sortitus est vocabulum: Censores enim appellabantur, rationes magistratuum malè administratorum reposcentes iuxta præceptum Domini in Sacro Euāg. Vnusquisq; reddat rationem villicationis suæ. Et Sindicatus sanè est totius iustitiæ
4 † experimentum, vsu receptus, quia alio-
qui principis summa bonitas, & facilitas defraudaretur ab iniustitia subditorum, perbellè F. Eman. Roderic. suis quæst. regul. tom. 2. quæst. 4. art. 1.
5 Dicitur autem Visitator † delegatus cū
plenitudine potestatis ad vniuersitatem causarum, veluti probat idem Fr. Eman. annotato loco art. 3. Quæ visitatio con-
6 tingit † per viam inquisitionis generalis,
& particularis, per viam denuntiationis, & accusationis, idem Fr. Eman. d. loco quæst. 5. in princip. ad Prouincias ipsas expurgandas, atque potissimum ad corrigendos mores hominum, teste Fenestel. d. cap. 17. Brisson. tract. de formul. lib. 4. Bud. in Pandect. l. vltim. ff. de Senator. Simon German. in suo lexico iuris in verbo Censores Cic. plenissimè in orat. pro A. Cluentio Francisc. Syl. in Cic. de Senectute, Ascon. Pedian. in primam Cic. Verrin. act. Duos enim legimus fuisse delectos, nimirum Papyrium, & Sempronium, cēsuique habendo præfectos, vnde censo-

rum

7 rum † nomenclatura; M. Gegario Ma-
cerino & T. Quintio Capitolino Coſs. in-
ſtitutuſq; vt quinquennio primum is ma-
giſtratus perduraret, quod tandem tēpus
immutatum eſt, ad annumq; redactum,
A. Mamerco Æmilio dictatore, Iulio Vir-
gilio, & M. Appio Coſs. Eo quippe per-
uenit, vt morum disciplinæq; Romani
Senatus, Equitumq; regimen, decoris,
dedecoriſq; diſcrimen ſub eius ditione
magiſtratus priuatorum, vis publicorum
locorum vectigalia populi Roman. repo-
ſita eſſent; Senatum legere, Senatus Prin-
cipem deſcribere, cenſum agere, luſtrum
condere, equos adimere, quos autem pu-
taſſent parum dignos ordine quocumq;
amouere, refert Feneſtell. præcitato loco,
Turneb. lib. Aduerſ. 27. c. 32. Hinc pro-
dijſſe creditur cenſoria lex de qua in l. in
lege cenſoria. ff. de Verb. ſignif. Paul. Ma-
nut. de legibus Roman. apud Tull. 3. in
Verr. act. & de legib. lib. 3. vbi formulam
quoque exponit, qua cenſores creaban-
tur, cum Tit. Liu. lib. hiſtor. 29. Turneb.
lib. aduerſ. 3. c. 1. & lib. 27. cap. 1. quæ ad
400. vſque ann. durauit vt ſcribit Cic. in
orat. contra L. Piſonem. Hinc quoq; Cē-
ſoriæ notæ; & Cenſoria edicta ex Briſ. d.
tract. de formul. lib. 2. & 3. cuius exempla
aliquot vide apud Aul. Gell. lib. 7. cap. fi.
& lib. 4. cap. fin.

Porrò Cenſorum æquiſſima opera ſu-
bleuantur oppreſſi à potentiorum tyran-
nide; reuocantur quoque res iudicatæ do-
lo promulgatæ: reddenda ex fide admini-
ſtrati muneris ratio: inde ſuſpenſiones, &
aliquando depoſitiones contra reos. Pro-
ceditúrque in cauſis, quas Cenſores per-
tractant ſummariè, de plano, ſine ſtrepi-
tu & figura iudicij, vſque adeo vt ſit pro-
hibita appellatio, atq; inhibitio. veluti de
8 Viſitatore † Apoſtolico diſertè cautum
extat Sacro Oecumen. Concil. Tridentin.
de reformat. ſeſs. 13. Graſſius Deciſ. aur.
par. 2. lib. 5. cap. 28. nu. 106. Henriquez.
conſ. 80. nu. 16. vbi refert ita fuiſſe decre-
tum in Sacra Congregatione cap. 8. ſuper
materia appellationū de ordine Sanctiſ-
ſimi. Natar. conſ. 2. de appellat. Mar. An-
ton. reſol. 85. nu. 9. & 10. ac reſol. 95. nu.
11. lib. 1. Tuſcus. concluſ. 412. tom. 1. lit-
tera A. Sic in Viſitatore Regio, cum in
9 vtriuſque † officio agatur de reformando
reſpectiuè Eccleſiæ, & prouinciæ, de pu-
blico bono, de honore Dei, de ſalute ani-
marum, de correctione morum, de habē-
tes immediatè autoritatē à ſupremo prin-
cipe ad cuius tribunal dumtaxat, & ſic ad
Regium Conſilium Supremum reclama-
re, ſeu prouocare licet. Borell. dicto conſ.
85. num. 5. Vterque eſt acerrimus legſ iu-
ſtitiæ vindex & caſtigator. Vtriuſque mu-
nus eo pertinet, vt rempublicam tuean-
tur & purgent, grauatos reſtituāt, quibus
alia ratione ſatisfieri nō poſſit. Lancellot.
de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 8. num. 6.
Et ſententia ab eorū quolibet lata habeat
paratam executionem, vt quippiam am-
plius ei concedi intelligatur, quàm ſentē-
tiæ Senatus, & in hoc Præfecto Prætorio
æquiparatur, cuius ſentētia executionem
habebat paratam, beneficio tamen cau-
tionis, ob præſumptionem vigentem in
hoc ordine, potiſſimū ex facultate Apo-
ſtolica vel Regia, propter clauſularum
amplitudinem in diplomate Pontificio,
aut Regio inſertarum, a quibus regitur
Cenſorū poteſtas. Auth. quæ ſupplicatio,
C. de precib. imper. offer. & Theſaur. De-
ciſ. 2. In vtroque præterea concurrit finis
tutandæ, ac mundandæ reipublicæ atque
remouēdorum grauaminum, quibus alio
pacto occurri nō poteſt, ſaltem æquè be-
nè. Pauin. tract. de viſitatione. q. 1. n. 6. q.
8. n. 45. & q. 10. n. 1. vbi refert hoc officiū
10 † viſitatorum eſſe velut ordinariorum la-
tiſſimum, vtpotè ad quos ſpectat cūcta ri-
mari diligenter, & rerum ordinem plena
inquiſitione diſcutere. c. iudicantem 3. q.
9. tutum locum partibus aſſignare. c. vlt.
2. q. 2. dilationes moderari, timoremque
à partibus remouere, in quibus potiſſimū
conſiſtit virtus ſubſidiaria, quę Cenſorum
peculiaris eſt. cap. hortamur. 4. quæſt. 9.
Pauin. d. tract. p. 2. q. 5. nu. 16.

Præterea non omittam, quòd Viſitator
præcipuè Pontificius, viſitationem gene-
ralem aggrediens, non admittit exceptio-
11 nem † recuſationis, ne impediatur hoc
bonum pro communi vtilitate introdu-
ctum. Sacr. Concil. Trid. ſeſs. 24. cap. 3. §.
viſitationem autē. Gomen. in ſuo Manua-
li viſitat. lit. I. tit. 1. & 3. Theſaur. for. eccl.
par. 2. cap. 31. Niſi modū excedat euiden-

tissimè, quo casu, vt censuit Sacr. Cōgreg. sess. 25. de reform. ad cap. 5. postquàm Iudex quilibet tam ordinarius, quā delegatus quauis fulgeat dignitate. Ioan. Iacob. de Laurent. tract. de iud. suspect. cap. 5. Lancel. de attent. p. 2. cap. 6. potest citra calumniam recusari, ob iustam, legitimāque causam suspicionis ca. suspicionis de offic. deleg. cap. legitima de appellat. in 6. & c. postremo vbi Abb. & alij de app. Diuersum statuitur in Visitatore speciali, vt habetur in terminis Sindicatoris apud Par. de Put. tract. de Sindicat. §. est tamen circa prędictam. in indiuiduo quòad Visitatorē generalem (quatenus verba commissionis non pugnent) procedentem tamen circa ea, quæ morum correctionem non attingūt immediatè, vel aliàs propter euidentissimum excessum, Fr. Eman. Roderic. d. loco art. 2. quoniam talis præsumitur Principis intētio in priuilegijs, qualis est legis scriptæ, & rationis naturalis. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. l. nec auus. C. de emancip. liber. Crauet cons. 5. num. 2. erudite Bald. ad c. 1. nu. 3. in vsib. feud. tit. apud quem, vel quos cōtrouers. debet dici, Surd. Decis. 2. nu. 25. & optimus quisque Princeps pręsertim vero Rex Catholicus non præsumitur velle aliquid iniustum, aut violentum, aut tertio valde præiudiciale quamuis dubio procul sit supra ius positiuum. lege. authoritatem, ibique Salyc. C. vnde vi. Fely. in c. postulasti. de rescript. Afflict. Decis. 391. nu. 4. Grammatic. Decis. 65. nu. 37. Rot. Roma. Decis. 614. n. 5. par. 1. in nouissimis, nisi quādo ex certa scientia facit, & cū clausula, non obstante. Alex. in l. si quis iniquum. §. si is pro quo. num. 7. ff. quod quisq; iur. Thesaur. Decis. 87. & 91. vel quando ius esset quæsitum in spe tantum, Rot. Roma. Decis. 368. nu. 17. par. 1. in nouiss.

12 Vlterius idem Visitator † generalis cōcedit restitutionem in integrum personis priuilegiatis aduersus propriam sententiā: maioribus verò vnicam reuisionem l. prefecti. ff. de minor. d. l. si quis. C. de precib. Imp. offer. Gamma. Decis. 110. nu. 7. & 8. D. Old. collega doctiss. tract. de restit. in integr. q. 32. art. 17. & 18. atq; Vallasc. Decis. 51. Igitur fit perspicuum, quod initio præfatus sum, scilicet, eminentissimam esse Visitatoris auctoritatem.

Ad hæc dignoscitur hoc remediū val-
13 de † subsidiarium, quia nō obstante præscriptione legali aut statutaria, actionem vel accusationem fortasse excludente, potest adhuc easdē visitator prosequi quoad correctionem delinquentis: non satisfaciat parti, contra quam militat præscriptio legalis, aut statutaria: sed vt Reipub. faciat satis, pro cuius satisfactione potest iudex ex officio procedere. Innocen. ad cap. ad nostram. de app. Capell. Tholos. Decis. 140. & 188. Fr. Eman. Roder. d. tract. tom. 2. q. 5. art. 11. Imò etiam circa
14 crimina iam antea † decisa, pro quibus processit absolutoria, potest adhuc cognoscere Visitator, duobus casibus, scilicet, quando absolutoria lata fuit cum clausula (rebus sic stantibus) vel quando volēs de nouo accusare seu denunciare, fuisset ignarus, aut absens l. si cui. §. eiusdem. ff. de accusat. cap. de his eo. dem tit. Paris de Put. d. tract. §. officialis functus officio. nu. 2. Clar. praxi crim. §. vlt. q. 57. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 10. Boss. sua praxi crim. de sentent. nu. 65. Eugen. co. s. 58. nu. 4. cum seq. Bertaz. cons. crim. 396. vol 2. & Farinac. tract. crimin. p. 1. q. 4. num. 1. 2. 3. & 27.

Immo verò Visitator specialis si motu proprio deputetur ad certa loca, generalis
15 Visitator † non prohibetur visitare ea loca. Surd. cons. 56. nu. 44. vol. 1. quia gene-
16 ri † per speciem non derogatur in iurisdictionalibus. Bald. ad l. vnicam. §. vbi autē. nu. 6. C. de cad. toll. Afflict. decis. 41. nu. 2. & Dec. atq; Cagnol. ad l. in toto ff. de reg. iur. eoq; minus quando species tendit ad coadiuuandum genus. Bald. annotato loco cum aggestis per Surd alleg. cōs. 56. nu. 35. cum seq. Ias. in l. quod in rerum §. si quis post. n. 11. ff. de leg. 1.

Nec

NEC aliam ob rem à Rege Catholico statis temporibus, in Insubriam mittuntur grauissimi Censores, in quibus cùm nos semper sit iuris, & iustitiæ: tum fructus vberrimi, etiam nunc ex Philippo de Haro moribus Præfecto leguntur sapientiæ, qua fucus omnis in administratione Reip. tollitur officij: caueturq; ne pro munere, fumi vendantur muneris: sicuti hac patet inscriptione, quam honoris ergo, in operis calce pro Subsidiarij Remedij firmamento iam adijcio.

CENSVRA

PHILIPPI AB HARO VIRI FORTIS, ET IVSTI, QVI ÆGROTÆ REIP. VENIT MEDICVS:

SALVTARIS EST, POTENS GLORIOSAQVE.

SALVTARIS,

QVIA PECCATI PRÆTERITI POENA, CAVTIO EST FVTVRI.

POTENS,

QVIA ET THESEI, ET IASONIS VIS OMNIS,

IAM FACTA EST IVSTITIÆ PRÆDA.

GLORIOSA,

QVONIAM SAPIENTIÆ CONSORS, VIRTVTVM

OMNIVM COMITATV TENETVR STIPATA.

REGNVM IGITVR IS

MAGNITVDINE VINCIT VTILITATIS.

NAM

VIRTVTIS EIVS EXIMIÆ PRÆMIVM

EST IPSE DEVS.

NONNVLLA ALIA REMEDIA,

QVÆ AVTHOR AD CALCEM HVIVS OPERIS BREVI MANV DESCRIBIT.

EMEDIVM est subsidiarium dum Clerico conceditur licentia deponendi in iudicio sæculari contra laicum, maximè si veniat imponenda pęna sanguinis super delicto in genere. Prax. Archiep. Neapol. capit. XXXVI. num.2.

Alium de timente offendi nec habente aliam securitatem adducit Rip.ad rub. ff. de damno infect.ad fin. Magon. Rot. Lucens. decis. 100.

Maritus emphyteuta si vult alienare debet denunciare vxori iuxta tradita. l. fin. C.de iur.emphyt. si tamen vxori denunciari non possit sufficit denunciare amicis. Ita Rosenthal.de feud.cap.9.membr.1.cōclus. XXXI. in addit.

Debitor suspectus de fuga potest etiā ex incompetentis Iudicis ordine capi si non potest haberi copia Iudicis cōpetentis. Caccialup. de debitore fugitiuo. quæst. 6. & quæst.4.nu.4. & 15.

Quando legatarius nō implet modum possibilem quia non vult tria sunt prodita remedia. Primum est quod legatarius priuatur legato, & hæres repetit. Secundum est quod hæres agit de stipulatione, vt modus impleatur. Tertium, & vltimum est, quod ille in cuius commodum modus impleri debet agat actione ex testamento. Hæc Bar.in.l.quibus diebus.§. Termilius. nu.17. ff.de cond.& demonstr.

Pupillaris substitutio excludit etiam in foro conscientiæ matrem à legis auxilio, nisi Mater esset valdè inops. Rip.in leg.2. num. 45. ff. de vulg. & pupill. Trentacinq; de substit.par.2.cap.16.

De auo donante filijs primi matrimonij &c. Vid. casum notabilem apud Fontanell. tract. de pact. dotal. clausul. 4. glos.9. par.1.nu.38.

De libris emptis Filio studenti, & de expensis pro doctoratu Patre præmortuo, quando studens non potest de suo proficere. Vid. Crauet. cons.125. latè Oinotom. in.§. quædam actiones. num. 48. cum seqq. de actionibus. Bartol.tractat.de duob.Fratrib. num. 17. in addit.& l.1.§. nec Castr. ff. de collat.bon.

Circa dotis promissionem in casu. l. si pro dote. C. de dot. promiss. Vid. omninò Steph. Grat. Rom.discept. Forens. cap.49. nu.26.cum seqq.Gabr.concl.3. de iur. dot. Surd. cons.291.in fin.Laderch. consil. 131. Rip. respons. 3. de secundis nupt. Syluan. cons.13.in fin.Cephal.cons.713. vol.5.

Solutio facta vni creditori altero negligente non retractatur: sed ambobus instantibus, si pupillus est qui soluerit, quod solutum est in subsidium communicatur, vel pupillo restituitur, si de suo soluit. l. si non expedierit §.si pupillus.ff.de bō.auth. Iud.possid. &c. Tepat.vol.2.tit. qui pot.in pig.hab. ver.solutio facta.

Datio in solutū cum clausula (ex nunc prout ex tunc) in defectum solutionis an, & quando sit suspecta ob legem commissoriā Menoch.pleno cōs.1111. lib. 12. Gallia cons.32. Surd.decis.113. col. vlt. Thesaur. decis.147. ibiq; in addition. Stephan. Grat. Rom.decis.Marchiæ.117.in addit. Hōded. cōs.31.lib.1.Gaspar. Roderic.de annuis redit.lib.2.q.2. apud nos tract.de fiction. cap. 10.effectu.1.Crau.cons.327.nu.16.Turret. cons.92.lib.2.

Licitato-

Licitatore nullo existente quando bona subhastantur dantur in subsidium creditori pro iusto prætio. Becc. consf.95. nu.17. lib.1. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. cap.7. num.23. Salyc. in l.1. C. si in caus. iud.pig. &c. Afflict. decis.185. nu.5. & tunc æstimatio peritorum debet præcedere.

Si statuatur præmium alicui indicanti malefactorem debet primo solui de bonis delinquētis si fieri potest, aliter de bonis eius ad cuius vtilitatem vindicta summittur, & in subsidium deniq; de publico. Alex. in. l. æris alieni. nu.2. ff. ad l. Falcid.

Clericus non potest esse fideiussor laici, nisi sit pro valdè egeno, vel pro alio Clerico, vel pro Ecclesia &c. Henriq. de fideiuss. cap.7. n.239. cum seqq. apud nos in allegat. anni. 1612. Addo Surd. cons. 396. nu.25. Felyn. cons.9. Glos. in c. pen. ver. fideiubent de fideiuss.

Episcopi visitant pia loca priuata in casu negligentiæ, vel dilapidationis Rectorum sæcularium. c. tua nos, & c. Ioannes de testam. Clem. quia cōtingit. de relig. domibus. Vid. mea scripta in causa Consortij Misericordiæ Bergami.

Mariti consensus in emphyteutici feudi vxoris alienatione quando sufficiat, & cui denunciandum. Vid. Corbul. de iur. emphyt. tit. de iur. priuat. ob alienat. limit.15. Maur. Burg. de landim. par.1. insp.4. n.17. Eugen. cons.25. nu.23.

Mercator qui non vi fluminis fuit reductus in insulam, sed vi alicuius inimici, an in subsidium incidat in commissum. Vid. Bart. ad l. Cæsar. n.14. ff. de public. & vectig.

Iuramenti in locum deficientis Inuentarij. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. cap.59. nu.14. cum seqq.

Prælegatum cum onere alimentorum transit ad hæredes hæredis licet sint plures, si autem hæredes hæredis sint discordes recurritur ad remedium. l.3. ff. de alim. & cib. leg. Legendus est Bart. ad l. cum vnus. §. vltim. ff. eod. Surd. de alim. quæst.5. nu.4. cum seqq. Pontan. de alim. cap.10. nu.4. Crauet. cons. 189. nu.9. l. si in fraudem. C. de legat. l. vlt. C. de petit. hæred. l. is à quo ff. de rei vendic.

Contra illū, qui cedere debebat actionem, quem tamen cogere non poteram cōceditur actio vtilis in subsidium. Ex Bart. ad l. damni infecti stipulatio. XVIII. §. si procurator meus ff. de damn. infect.

Negantis possidere ex cautela an possit conueniri. Vid. ea quæ habentur. l. in rē fin. ff. de rei vendic. & insuper Angel. in l. fin. ff. de acq. poss. Gabr. suis commun. tit. de acq. poss. concl.5. Alex. cons.35. vol.5. Bertazol. consf. crim. 470. & seq. vol.2. Quibus addo Gratian. cons.137. lib.2. Marsil. singular.242. Ias. in §. omniū. n.91. & seqq. Instit. de actio. vbi declarat procedere solum ante litis contestationē nō post. Latè Surd. cons.214. vol.2. & Becc. cons.64. Cōtard. in Repet. l. vnic. quæst.14. C. si de moment. poss. Plenissimè Cucch. in tract. de mentiente circa possess. Rom. cōs.70. n.5. Quid si conuictus de mēdacio nolit, quod transferatur possessio, sed velit statim probare de dominio. Vid. Lap. alleg.63. Declarat aliter Marz. cons.43. in fin. Capell. Tholos. decis.167.

Maritus qui non habuit dotem nō tenetur ad sepulturam vxoris nisi in subsidiū, & nisi in quantum facere potest Cæphal. cons.127. nu.11. vol.1.

Quando quis consequitur lucrum ex dolo alterius, primo reconueniendus est dolosus, quo non existente soluendo conueniatur ille qui lucrum sentit. Ex quibus colligitur quod quamuis cōmodum perueniat ex causa lucratiua, in subsidium nihilominus datur regressus cōtra eum ad quem res defertur ex causa onerosa. Ita Alex. ad. l. ex hoc edicto. n.1. & 2. ff. de eo per quem fact. erit &c. Rot. Flor. decis.102. num.21. cum seqq.

An officium Iudicis succedens in loco actionis exerceri possit contra singularem successorem, dum emptor emit rem pro pignore iudiciali captam, & publico in loco subhastatam. Vid. Rip. in l.1. §. si hæres ad fin. nu.22. & 23. ff. S.C. Trebell. per l.1. C. si vend. pig. agat.

Emptor sponte in se recipiens actiones passiuas potest conueniri à creditoribus hæreditarijs, quamuis hæres sit soluendo: aliter non potest conueniri nisi in subsidium. Ita Rip. respons. 3. in fin. tit. de secund. nupt. volum.2.

Aliud remedium suppeditat Paul. de Castr. ad l. ordo rei. nu.3. C. de execut. rei iudic. nimirum de pignoribus, quæ capiuntur, quæ non statim sunt adiudicanda parti: sed prius debent poni ad hastam iustoq; prætio venun-

venundari: & in subsidium postmodum dari parti. Au autem in licitatorem transferatur possessio, & quid stante constituto sine alia traditione. Vid. Tiraq. de constitut. limit. 17.

Excommunicatus per se agere potest in subsidium, quando in loco non reperitur idoneus procurator. Dec. in c. intelleximus. nu. 45. de Iudic.

Circa Syndicatores de barataria &c. remedium affert Paseth. cons. 182. Carpan. ad statut. Mediol. par. 2. cap. 40. cum seq. Ioseph. Lud. suis communibus concl. 38. nu. 102. vbi etiam de Iudicibus accipientibus munera. Praeclarè Grammatic. cons. 54. num. 12.

Filio existenti in studio subuenitur de aequitate, vt nimirum possit implorare officium Iudicis, & vti vtili certi condictione in subsidium cum directa patri competere videatur. l. cum filius fam. ff. si cert. pet. Quin imò in iudicijs non est iudex diutius expectandus, sed alius loco eius est summendus cum res non patiatur moram l. si longius ff. de Iudic.

Iudex aequitate vti debet, intelligendo vel de aequitate informata à iure, vel in subsidium quando ius scriptum non adinuenitur. Dec. in c. ne innitaris in prima lectura de constitut. Decian. cons. 36. num. 41. cum seqq. vol. 1. c. fin. de transact.

Necessitate imminēte potest actus expediri sine consensu illius, qui alias requiri deberet: Exempli gratia in causa necessitatis potest tutor administrare bona pupilli licet non sit confectum inuentarium. Felyn. in c. cum accessissent. num. 21. de constitut. Item attenta vtilitate Ecclesiae potest Episcopus disponere de beneficio patronali, etiam inuito patrono. Amplius si parentes propinquiores iuxta normam statuti in contractu minoris requisiti cōsensum suum interponere denegauerint, quamuis res esset in casu quo ob vrgentem, & instantem necessitatem denegare non debuissent, potest superior causa cognita minori licentiam concedere, vt contrhaat. Felyn. d. c. nu. 20.

Si res Ecclesiae fuerit malè alienata pro illius reuocatione cuilibet de Clero competit actio, & in subsidium data negligentia Prelati deficientibus Clericis parochiani etiā laici admittuntur in subsidium. Felyn. in c. cum olim. num. 3. de testib.

Remedium quoq; Nou. Cōstitut. Mediol. de aqu. & fluminib. est subsidiarium. De qua materia latè Carpan. ad statut. Mediol. par. 2. cap. 247. per tot.

Ex glos. in auth. qua in prouincia. versic. eo autem. C. vbi de crim. ag. opport. colligitur remedium subsidiarium, exempli gratia. Dominus domus, qui cum suis hospitibus habitat, si è domo aliquid ab ipsis eiectum fuerit, potest dominus lege Aquilia illos conuenire: quinimmo etiam dominus potest conueniri quia opera malorum vtitur. Ad rem igitur nostram haec auth. permittit rem domino nunciari, quod si veniat praesens damnatur, alioquin in subsidium satisfit etiam de rebus absentis.

Proxeneta, & praestans opem furto, quando in subsidiū teneātur differit Stracc. de proxenet. tom. 6. tract. par. 1. fol. 341. nu. 34. & seq.

Ad §. Collegijs de paen. potest alienari in forensem causa studij, & alimentorum in subsidium. Plot. cons. 19. num. 83. & 84. Carpan. in d. §. Collegijs nu. 117.

Fideiussor simplex, & fideiussor in subsidium differunt. Magon. Rot. Flor. decis. 30. nu. 13.

Minister laicus potest Sacerdotē Missam celebrantem adiuuare, etiam tempore interdicti, si alius commodè non reperiatur. Spin. specul. testam. glos. 3. princ. nu. 64.

In testamento caeci quando Notarius non potest haberi octauus testis in subsidiū inter caetera adhibeatur. l. hac consultissima C. qui testam. fac. poss. Durand. de art. test. tit. 1. cautel. 8. Clar. in. §. testamentum q. 17. Bertaz. cons. ciu. 66. Spin. specul. testam. glo. rub. par. 7.

Circa Paulinam dicunt aliqui etiam operari in subsidium, quatenus confirmant alienationes absque consensu Summi Pontificis &c. scilicet praeterquam in casibus à iure expressis, ita vt Paulina non deroget iuri communi, nec illud corrigat, sed ab eo, quod erat prius occidatur. Rot. Rom. decis. 225. lib. 2. par. 3. Nauarr. in comment. de alien. re. Eccles. nu. 2. Borell. controuers. 91. num. 5. Fachin. lib. 10. controuers. iur. lib. 98.

Decipiuntur, qui autumarunt, quod clausula (omni meliori modo) operetur

dumtaxat in subsidium, nimirum quando actus non valet. Gozad.cons.78. num.15. Serafin.de iuram. priuil.98.nu.4. postquam receptius est, quod prædicta clausula transfundat actum in aliam speciẽ per quam potest actus valere efficacius. Honded. cons. 40.nu.39. & cons.45.num.56. vol.2. Non. cons.44.nu.7. cum adductis per Fachin. in puncto. lib.10. controu.iur.cap. vlt. Eoque magis falluntur sentientes Trebellianicam intelligi prohibitam per d. clausulam (omni meliori modo) data potestate prohibendi. Ruyn.cons.146.nu.16.vol.3. Turret.de clausul.codicill.q.37.

Allegata in subsidium censentur allegata conditionaliter. Alex. cons.70. nu.5. lib.7.

Viæ mutatio est subsidiaria in Nou. Cõstit.tit.de vijs publ.mun.& Pont. manuten.

Remedium prorogationum Instantiæ, videtur subsidiariũ ex inductione. §. & quia sæpissimè.in Nou.Cõstit. de Iudic. ita, vt qui obtinuit prorogationes de consensu nõ possit redire ad illas ibidem concessas, nam surrogatio &c. Item tempus non recipit functionem: sed contra, quia feralia non currunt pendente compromisso.

Dos reseruata à statuto an in subsidiũ reseruetur. Vid. Barz.decis.97.nu.7.

In subsidium quando non subdito vẽdi liceat contra statuta. Caball.cons.149.nu. 21. & 22.

Creditor admittitur in subsidium ad lucrandum. Serafin. sub Rot.Rom. decis. 1478. nu.1.

Datio in solutum alia fit præcisè: alia in subsidiũ loco puræ Steph. Gratian.Rom. decis. Marchiæ 117. nu.2.

Maritus non potest expellere vxorem ob dotem non solutam, quãdo qui promisit non est soluendo. Surd. de alimen.tit.1. quæst.17.nu.28. cum seqq. Cæsar. Manent. cons. 36. ad fin. Fachin. controu.iur.lib.3. cap.48.

Cessantibus veterum legum dispositionibus, iure nouo in subsidium debetur filio legitima. per glos. cautelam in l.3.§. sed vtrum ff.de minoribus. Peregr.de fideicom. art.36.nu.55. plenè Laderch. cons.51.

Quando non potest haberi copia Iudicis deputati ad hoc, vt coram ipso fiat insinuatio, in subsidium potest recurri ad alium. Caroc.decis.89.

Iudice sæculari negligente circa dotes viduarum potest adiri Iudex Ecclesiasticus in subsidium. Fachin. lib.10. controu. iur. cap.37.

Actio extincta non reuertitur ad primæuam actionem, recedendo à transactione quando lis suscitatur, quæ fuit extincta, nisi in subsidium, quatenus scilicet alia via non fuerit succursum. Ita Tusc. in littera. A. concl.116.nu.10.

Hæres in re certa non tenetur ad debita defuncti, sed hæres vniuersalis. Tusc.littera.Hæres.concl.89.nu.17.

Ago vt agas nouum genus agendi. Steph. Gratian. Rom.discept. Forens.cap. 62. nu.48.

Ad actiones exercẽdas quem compellere remedium est subsidiarium Vinc. Frãc. decis.41. nu.4. lib.1. Mysingher. centur. 3. obseru.78. Tepat.in tit. vt nemo inuit.

Creditoris qui in subsidium obtinuit ius percipiendi fructus in emphyteusi. Vid. Corbul.fol.227.nu.3.

De fœno, & pascuis, quomodo præferatur hic creditor alijs. Vid. Surd. de alim. tit.8. priuileg. 62. & tit.1. quæst. 70. quam opinionem confutat Martin. Coller. tract. itidem de alim.lib.3.cap.8. nu. 17. Quid de mutuante in refectionem alicuius rei. vid. Mysingher. obseru.60. centur.1. Gayl. obseru.12.lib.2.

Legati taciti remedium, quando aliunde via haberi non potest apud nos ad l. primam.ff de leg.

Denuntiatio non fit procuratori nisi in subsidium. Steph. Gratian. Rom. discept. Forens. cap. 145. an autem facta denunciatione liceat penitere. Vid. Molin.de cõtract. disp.391. clausul. 10.

Apud Rusticum ad l. cum auus lib. 4. cap.1. num.44. dicit ibi author, quod Oldr. cons.21. cessat vbi testator vocat in subsidiũ legitimatos.

Positionum materiam, & remedia peregregiè disputat Menoch. cons.363.

Inter autoritatem, & decretum differentiam notat Abbas. quæst. 3. colum. 14. & 15.

De promittente indemnitatem. Vid. Benin.decis.81.nu.13.

In casu mensuræ non factæ intra tempus

pus conuentum. Vid. Bim. conſ. 148. col. pen. vol. 2.

Abſolutionis à iuramento. Abb. q. 2. col. pen. Tuſcus in littera. A. concl. 54. nu. 14. & concl. 57.

Plura alia remedia adducit Tuſcus. tom. 7. concl. 769.

Ignorantia creditoris de idoneitate debitoris poteſt probari per iuramentum. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 479. nu. 3.

Qui emit à Rectoribus Eccleſiarum debet eſſe cautus, quod præcium vertatur in vtilitatem Eccleſiæ, alioquin contra male alienantem datur regreſſus ad præcium: etenim contra Eccleſiam non datur regreſſus niſi in ſubſidium. Magon. Rot. Flor. deciſ. 69. in fin.

Fideiuſſor pro euictione diù ſtans in fideiuſſione an poſſit petere liberationem. Anch. q. 34 num. 8. cum ſeqq. lib. 3. Afflict. deciſ. 241. nu. 4. & 5.

Contra compellentem teſtari remediũ adducit Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 6. nu. 7.

Inter ſocios ſe inuicem impedientes in re communi. Vid. Purpur. conſ. 192.

In contrahente cum minore, vel Eccleſia ſine forma. Vid. Menoch. conſ. 655. vol. 7.

De fure nocturno occidendo. Clar. in §. homicidium. nu. 47.

Vtrum debeatur legitima filio in bonis parentis ſtatim emiſſa profeſſione, & ſecuta morte ciuili, an vero attendatur mors naturalis. Honded. conſ. 61. vol. 2.

Iuramentis ſe non recordari. Vid. omnino Theſaur. deciſ. 256. ad fin.

Frater præteritus inſtituta turpi perſona expugnat teſtamentum, etiamſi fratri relicta fuiſſet integra legitima, & quamuis in teſtamento inſerta fuiſſet clauſula codicillaris. Farinac. q. 129. nu. 47. & 48. in interdicto vnde vi.

Promiſſoris indemnitatis remedium extat apud Serafin. de iuram. priuil. 88. nu. 11. & ſeq.

Contra Notarium auctorẽ inſtrumenti falſi eſt videre remed. apud. Trentacinq; lib. 2. var. reſol. tit. de fid. inſtr. nu. 10. Natta conſ. 595.

De relaxando carceribus obligato ad pœnam corporalem in ſubſidiũ. Vid. Oſaſch. deciſ. 18.

De procuratore ad vendẽdum. Rom. ſingul. 629. Tepat. par. 1. fol. 109.

Demonſtratio quando ad occulum, vel ad pedem fieri debeat. Vid. Specul. de actor. §. 1. num. 71. Plot. de in lit iur. num. 824. Natta conſ. 235. & 236. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. vlt. num. 353. Bart. in l. 1. n. 11. ff. de edend. Zuccard. conſ. 12. nu. 1. Intelligas tamen procedere in iudicio particulari, niſi actor, vel reus ignoraret, & ita iuraret. Franch. Marc. deciſ. 558. par. 1. nu. 5.

Alienata quando in legitimam imputentur. Farinac. inter deciſ. Rot. Rom. deciſ. 487. cum ſeq. nu. 4. Surd. conſ. 71. vol. 1. & conſ. 128. nu. 22. Alba conſ. 364. vol. 2. cõſ. 226. num. 33. conſ. 468. & conſ. 502. Rol. à Vall. conſ. 78. vol. 1. Et imputatio fit attento communi valore, non autem prætio redacto. Gab. conſ. 137. nu. 16. vol. 2. Declara tamen, vt per Surd. conſ. 128. num. 21. vol. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 163. num. 16. cum ſeqq.

Conditio quę filij inſtituti fauorem reſpicit non facit locum querelæ nec inſtitutionem annullat. l. filijs matrem. C. de inoff. teſtam.

Prælati, & capitula tenentur tranſmittere ſcholares dociles ad ſtudia Theologiæ. quod ſi reditus præbendarum, & beneficiorum ſuorum non ſint ſufficientes debet prælatus cum capitulo prouidere. c. ſuper ſpecula de Magiſtr. Si autem religioſi audiant phiſicam vel leges ex cõſtitutione Alex. Pap. in Conc. Turonenſ. debent per ordinarios puniri. c. ſuper ſpecula ne cler. aut Monach.

Quando periculum eſt in mora multa tolerantur, quæ alias non tolerarentur: Exẽpli gratia in iuramento, quando enim imminet neceſſitas, & non poteſt haberi copia ſuperioris à quo petatur abſolutio à iuramento, tunc contra iuramentum licet venire propria auctoritate abſq; abſolutione. Marſil. ſingul. 421.

Mater vidua admitti poteſt in iudicio pro cauſa filij, quando proceditur ex æquitate, & ſine apicibus iuris. Viui. deciſ. 521. num. 30.

Si fideicommiſſarius approbat venditionem rerum ſibi reſtituendarũ ex eo quod hæres grauatus tantundem ſibi dederit, an rebus datis euictis poſſit redire fideicommiſ-

ßrij ad vendicandum alienata. Paul. de Castr.conf.372.vol.2.

Testator reliquit mille in constructionem Ecclesiæ, & reliquit quatuor hæredes, vtrum obligatio sit indiuidua, vt singuli teneantur insolidum. Fachin. controu. iur. cap.61.lib.10.

Oeconomus si vẽdat alicui nõ habenti vnde soluat, Ecclesia in subsidium petit ab œconomo prætiũ, si rem suam malem alienatam euincat. Guttierez. pract. quæst. lib. 3.q.8.nu.10.

Minores adulti, qui sunt discreti, & consilij capaces in consentiendo obligationibus mulierum stante statuto illum requirente ad eorum validitatem, admittuntur, quando extant maiores. In repert.cõs.Caball.vol.1.versic. minores adulti.

In substitutione compendiosa cõtinetur vulgaris ex qua præmortuo viuo testatore succedunt substituti. Bald. conf. 141. & 166.vol.4.

Fœmina ad feudum captum pro masculis, & fęminis, admittitur in subsidium deficientibus masculis. Morot.conf.29.nu. 4.Gab.de reintegrat.fœmin.concl.14.vol.2.

Salaria in subsidiũ sequestrari possunt. Ias.in l.commodis in princ.ff.de re iud.

Pro debitis testatoris fit executio in fructibus beneficij in subsidium. Aret.conf. 114.vol.4.

Remedium competens sorori contra fratrem circa quartam est subsidiarium magis quam quartæ. Barz.decis.Bon.130. nu. 87.cum seqq.

Fideiussor in subsidium obligatus liberatur à creditore, si aliqualis ei culpa in exigendo creditum imputari queat. Burs.conf. 428.nu.12.vol.4.

Verbum non teneri est abnegatiuum obligationis, & consequenter non executiuum, & dicitur in subsidium legis, quando constat confessionem esse falsam, & ex certa scientia quia recidit in idem. Cuman. conf. 24. ante nu.3.

Episcopus tenetur in subsidium de delictis eius officialium. Bellamer. consil. 4. per tot.

In casu venditionis ad hastam ob lęsionem enormissimam in magno excessu competit remedium rescissorium. Cagnol. vol. 2.nu.163. C.de de rescind.vend.

Perhorrescentia, & credulitas non cõsequendæ iustitiæ probatur iuramento in subsidium. Mancin.tract. de iuram. part.4. effect.77.

Assumptus in socium potest conueniri in subsidium Magon.sub Rot.Flor. decis. 94. nu.8.

Cessionario hęredis competit remediũ continuatiuum Bald.conf.436. nu.4.vol.3.

De Falcidia in subsidiũ. Vid. Zuccard. conf.78.nu.65.

Appellatio admittitur coram Iudice ad quem in subsidium si non potest haberi copia Iudicis à quo. Brederod. de appellat. par.1.tit.22.fol.610.

Bona fideicommissaria etiam stante specifica promissione, vt ex causa dotis distrahi possint, adhuc in subsidium non possunt alienari. Menoch.conf.704.nu.17. & conf.736.num.20.quem refert Carol. Bardellon.conf.14.nu.39.

Actio triticaria pro recuperanda possessione datur contra quoscumq; etiam bona fide possidentes. Alex. conf. 92. num.7. volum.5.

Ad testificandum parentes, & coniuncti admittuntur in subsidium. Plot. ad l. si quando nu.149.C.vnde vi.

FINIS.

SI quid in toto hoc opere dictum, scriptum, aut quoquo modo exaratum, quod à susceptæ Christianæ fidei præceptis: aut à Sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ scitis decretis vel receptis opinionibus alienum, quod abhorreo, comperitur; id omne & quodcunq; ex nunc aboleo, reuoco, detestor, & anathematizo: & pro non dicto, scripto, & exarato vel concepto haberi volo, dico, protestor, expressè constanter & enixè: quia mentis meæ semper fuit, est, & erit in perpetuum, viuere & mori velle sub Christi vexillo, & in gremio ac obedientia præfatæ Sanctæ Matris Ecclesiæ. Ita me **Deus** adiuuet, & sacrosancta ipsius Euangelia.

LAVS DEO.

REGISTRVM

† a b c d e A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z .
AA BB CC DD EE FF GG HH.

Omnes ſunt Terniones excepto † HH eſt Duerniones .

TICINI. MDCXXIX.

Apud Io. Baptiſtam Rubeum .

DE CONSENSV SVPERIORVM. 9.77.